Historiæ ecclesiasticæ gentis Anglorum libri V / a Venerabili Beda, tribus præcipuè mss. Latinis, à mendis haud paucis repurgati: ab ... Anglo-Saxonum rege Aluredo (sive Alfredo) examinati; ... Quibus accesserunt Anglo-Saxonicæ leges [Gulielmo Lambardo interprete]: et ultimò, leges Henrici I nunc primùm editæ.

Contributors

Bede, the Venerable, Saint, 673-735.
Bede, the Venerable, Saint, 673-735.
Alfred, King of England, 849-899.
Lambarde, William, 1536-1601.

Publication/Creation

Cantabrigiæ : R. Daniel & C. Bee, 1644.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/vvnh9paq

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


BEDE
1644

1147
12902/b

VENERABILIS

BEDÆ

HISTORIA ECCLESIASTICA:

Cui accessere

LEGES

ANGLO-SAXONICÆ.

26595

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ GENTIS ANGLORUM LIBRI V.

A Venerabili BEDA PRESBYTERO *scripti; tribus præcipuè MSS. Latinis, à mendis haud paucis repurgati:*

Ab Augustissimo veterum *Anglo-Saxonum* Rege ALUREDO (*sive* ALFREDO) *examinati; ejúsque paraphrasi* Saxonicâ *eleganter explicati; tribus nunc etiam MSS. Saxonicis collati:*

Unà cum annotationibus, & analectis è publicis Veteris ECCLESIÆ ANGLICANÆ HOMILIIS aliísque MSS. Saxonicis, hinc indè excerptis, nec anteà Latinè datis:

Quibus in calce operis Saxonicam Chronologiam *seriem hujus inprimis Historiæ complectentem, nunquam antea in lucem editam, nunc quoq; primò Latinè versam contexuimus:*

Opera hæc ferè omnia *Saxonica* hactenus in archivis recondita, nunc demum in Reipublicæ Literariæ usum deprompta

E BIBLIOTHECA PUBLICA CANTABRIGIENSI.

Quibus accesserunt

ANGLO-SAXONICÆ LEGES:

Et ultimò,

Leges HENRICI I. *nunc primùm editæ.*

CANTABRIGIÆ:
Ex Officina ROGERI DANIEL, celeberrimæ Academiæ Typographi.
MDCXLIIII.

Prostant Londini *apud* CORNELIUM BEE, *sub Insignibus Regalibus in vico vulgo vocato* Little-Brittain.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

¶ Ad Nobilia & Præclara Sidera
ACADEMIÆ
CANTABRIGIENSIS:

Ad Nobiliſsimum
D. HENRICUM *HOLLANDIÆ* Comitem,
Cancellarium ejus Honoratiſsimum:

Et ad Reverendiſsimum in Chriſto Patrem
RADULPHUM, D. *Epiſcopum* EXON.
Aulæ *Katharinæ* integerimum Præfectum,
& Academiæ Procancellarium
prudentiſsimum:

Nec non Reverendos Collegiorum Rectores, Doctores, Publicos Profeſſores, Magiſtros, & reliqua ſcientiarum lumina.

TErtium jam propè luſtrum excurrit, (Honoratiſſime Cancellarie, Reverendiſsime Procancellarie, Patres, viriq; Academici) ex quo publicæ veſtræ Bibliothecæ cura, mihi demandata fuit. Acceſſere mihi poſtmodum in hac veſtra provincia philoſophanti, à Mecœnatibus literarum neceſsitudines aliæ; & apud vos à tenuitate mea obeunda munera; nempe à munificentiſsimo cive, & nunc quidem Senatore prudentiſsimo *Londinenſi*, D. *Thoma Adamſio*, poſt triennium *Arabica* prælectio; atque denuo poſt decennium ab inchoato Librario officio; linguæ, & hiſtoriæ *Eccleſiaſticæ Britanno-Saxonum*, in Academia veſtra explicandæ, procuratio; eáq; mihi deſtinata à viro nobili, nunc, non ſine detrimento literarum hac in terris vita defuncto; Antiquiſsimæ, dum vixerat, literaturæ, & fidei, D. *Henrico Spelmanno*; & (quod me aliàs huic

oneri planè imparem, plurimùm confirmavit,) ſub auſpiciis *Reverendiſſimi Armachani*, totius *Hiberniæ* primatis, qui *Londino* huc ad majora Comitia *Cantabrigiam* veniens, voluntatem pii & inclyti ſenis Reverendiſſimo D. Procancellario, & Collegiorum Præfectis conſultiſſimis, qui in Collegio *Sydniano* unà aderant*, explicuit; mihíque ipſe Præſul ampliſſimus *Saxonica Evangelia* auditoribus, ex idiomate *Saxonum* antiquo aperienda tunc quidem propoſuit. Abſit igitur ut integerrimi Herois exemplum, & vota prorſus exciderent, aut reſpub. literaria ingratâ reticentiâ, injuriam pateretur. Sed dum recolo liberaliores haſce mentis & induſtriæ occupationes à veſtris primò ſuffragiis profectas eſſe, continuò in mentem mihi ſubit oportere me, ſpecimen aliquod gratitudinis quantillumcunque, ídque de theſauris antiquitatum veſtris, terſum ab annoſo pulvere, expolitúmque vobis offerre. Poſsim quidem optare, vidiſſe me, inter tot mihi concreditos literatum principes, hujus veſtræ canitiei paſsim decantatæ, (ex quo fieri cœpit Chriſtiana,) autorē *Sigebertum Chriſtianiſſimum*, & *doctiſſimum*, Angliæ Orientalis, cujus nos pars magna ſumus, Regem: eundem autē & [a]Regem, & [b]Monachum, & [c]Martyrem*; ut ex ſcriptore uno trinos quidem; alterum [a]*Rectorem*, [b]alterum *Doctorem*, [c]*Hortatorem* alterum, potuiſſem vobis commendare. Verùm *Sigeberto* noſtro à monaſterio ſuo in prælium contra *Pendam* nequiſſimum vicinæ Merciæ tyrannum, à ſuis quantumvis contrà renitente, diſtracto; & in bello, inermis cùm eſſet monachus, cæſo; atque hinc libros, huic veterrimæ *Scholæ* ſuæ, & vobis delegandi, abreptâ occaſione; apparuit mihi demum inter codices manuſcriptos *Alfredus*, veterum Anglorum ſive Saxonum Rex; *Venerabilis Bedæ* monachi hiſtoriæ elegantiſſimus paraphraſtes: in quo, ut & in *Sigeberto* noſtro, & rex, & monachus, Saxo uterque, illibatam antiquitatem, lectione inſuper, & fide veſtrâ dignam, mihi exporrexit. Sunt qui memoriæ mandarunt, Ven. *Bedam Grantæ* hujus noſtræ ſtuduiſſe; quanquam quod me angit, ipſe *Beda* cum hac ſententia pugnare videtur: ſunt qui affirmant Regem *Alfredum* ſororem *Academiam Oxonii* inchoaſſe; ſuadet nobis, & perſuadet charitas ſororia, ut celeberrimæ illius *Academiæ* ſatorem, conſtituamus Regem; eúmque, quem nunc in lucem edimus, *Alfredum*; virum per omnia,

* Ann. 1640.

* pag. 147.

* pag. 207, 208.

* pag. 492. lin. 16.

omnia, excepto duntaxat martyrio, *Sigeberto* noſtro parem: diſſuadet verò utriuſque diſpar vetuſtas; nè dum tantum *Academiæ Oxonienſis* Regio honori per *Alfredum* rectè tribuamus, tantundem quoque de ejus antiquitate, æquè illi charâ, atq; hujus noſtræ nobis, iniquè minuamus. Abeant ſororum rixoſæ lites. Sufficit *Heroinis* quòd monachus *Beda* utramque *Hiſtoricè*; utramque autem rex *Aluredus Saxonicè* doceat.

Annotationes quas operi paſsim intexuimus, haûd auſim uſque adeò pertinaciter defendere; verùm quæ ex antiquæ Romano-Saxonicæ Eccleſiæ teſtimonio deprompta, doctrinam *Catholicam*, propugnaverint, annon à vobis ſummo delectu (Academici) fovenda ſunt? vobis præſtabunt antiquitatem quæ crimen novitatis eluet: præſtabunt veritatem, ſi accuſatores ſibi conſtare velint, hæreſis expultricem: præſtabunt conſenſum, quæ noſtram cum grandæva matre *Eccleſia* communionem prolixè monſtrant.

Legenda ſunt quidem majorum monumenta; ſecernenda tamen eſt fides *Catholica*, à privatis paucorum ineptis ſomniis quæ legentibus occurrunt; & perpaucorum, ſi cum toto mundo conferantur, perverſa dogmata. Hujuſmodi *incerta* (inquiunt ipſi *Tridentini) *vel quæ ſpecie falſi laborant, evulgari, & tractari non permittant* Epiſcopi, *ea verò quæ ad curioſitatem quandã, aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiunt, tanquam ſcandala, & fidelium offendicula prohibeant*. Si hoc per totam doctrinæ ipſorum *Eccleſiaſticæ* ſeriem obtinuiſſet conſilium; & fides ubique loci refulſiſſet *Catholica*; & pax *Catholica* comes veræ fidei, longè latéque refloruiſſet. * Seſſione nona.

Chronologiam Saxonicam à me vobis, totíque doctorum choro Latinè datam, ſi per otium luſtrare viſum erit, & lucubrationes haſce meas penſitare, non deſperabo fautores vos mei in Academiam hanc veſtram ſtudii, & officii adfuturos: neque dubium erit mediocritatem meam veſtræ rei librariæ, ſummâ, quâ potui, anxietate; & reipubl. literariæ veſtræ, ſummâ quâ ſemper debui, obſervantiâ conſuluiſſe.

Honoris, & Celebritatis veſtræ ſtudioſiſſimus,

ABRAHAMUS WHELOCUS.

¶ Ad Senatorem prudentiſsimum, Hiſtoriarum callentiſsimum, prælectionis Arabicæ CANTABRIGIÆ Patronum,

D. THOMAM ADAMSIUM;

Mecœnatem meum ſemper colendiſsimum.

CUm munificentia tua (Prudentiſsime Senator) Arabicis ſtudiis in Academia noſtra alendis, propenſa & copioſa; antiquitates quoque Patrias provexerit; Puto equidem eaſdem literas aut piam gratitudinis frugem, & ſementem tibi adjutori facere oportere; aut philoſophiam, quam docere illas, noſtræ conſentaneam promittimus, inanem prorſus umbram præ ferre fateamur: iiſdem ergò literis, quibus per te inſtitutionis meæ tantùm autorem, & ſolatii, poſt Deum, ſolum parentem, nos profecimus; gratias tibi, quas poſsimus, maximas, licèt meritis tuis impares, refundimus. Nec mireris Saxonicas muſas pro ſororiis Arabicis hoc tibi gratitudinis præſtare officium; dum ab Arabicis, cùm hoc, quòd hìc in præſenti opere ſuperſint; tum quoque quòd pro Saxonibus ſuis, majoribus noſtris & nobis dicere poſsint, acceperint beneficium: Illæ quoque huic Genti Patriæ & vernaculæ, id à Typographo ad propagandas literas nato, citò didicerant; quod peregrinæ Arabum dictiones, ob indigentiam characterum, nondum aſſequi potuerunt: feſtinarunt verò ante ſeptennium retrò, aut id circiter temporis, ad ſpecimen edendum: ſed defuit tunc quidem nobis Typographia; nè dicam Typographis, reipubl. literariæ gratificandi ſtudium: ſed Philarabes expectent longè limatiora ab egregiis viris Edowardo Pocoko, Johanne & Thoma Graveſio Oxonienſibus: neque aio me hanc mihi à talibus viris palmam præreptam patienter ferre; ſed id in gratiam boni publici triumphare ſeriò, et victoribus honorem, quem merentur juſtum, gratulari. Magnam ſeptennii quod effluxit partem conſumpſi Saxonum noſtrorum

rum inquirendo monumenta; eorúmque vetus idioma veritatis et pacis Catholicæ magistram perquirendo; nè nobilissimi viri, et in his studiis monitoris mei honoratissimi, & μαθητε D. Henrici Spelmanni *antiquitatum nostræ Gentis instauratoris eximii, consilio defuissem. Fateantur literati, qui fidem Catholicam à dogmaticis, scepticis, & politicis speculationibus distinguere noverint, annon talia doceant Academiarum, & illustrium virorum penetralia; in quibus omnes Catholici, nisi qui bellonæ ætatem litare studuerint, unanimes conquiescerent. Nec nobis incommodum erit, nè dum tu nos hac luce orientali illustrare satagas, nos contrà, (ni antiquitatum nostrarum lumina ancillando interfuerint) eandem aut caliginis occiduæ nostræ nebulis obscurari, aut tenebris deleri patiamur. Impensas tu musis utrisque apertâ manu, &, quod summum est, exporrectâ fronte largiris: appensas hasce gratitudinis tabulas, musæ Orientales juxtà, & Occidentales nostræ, quas in tristissimis etiam rebus alere contendis honori Gentis, & familiæ vestræ dicare, certatim moliuntur.*

Virtutùm tuarum,

veríq; honoris nunquam intermorituri;

observantissimus,

Abrahamus Whelocus.

¶ Ad Lectorem.

HAbes hîc, Lector ingenue, Bedæ historiam *Saxonico-Latinam*, cujus neutra pars antea in Britannia typis mandata fuit: opus mihi tui causâ millies optatissimum, tibi hodie, ut spero, gratissimum; *Saxonicum* opus in archivis quidem vetustissimum, at in luce doctorúmque omnium conspectu planè novum: Paraphrasis *Saxonica* Regem *Aluredum* magnum sapit; illum *Danorum* victorem, illum pacis Ecclesiæ, populique sui veteris Anglicani sive Saxonici Doctorem, *Pastorúmque pastorem*: sacram nempe Scripturam magnâ ex parte, & S. *Gregorii* * Pastoralia, librosque alios in linguam *Saxonicam* Rex eleganter comptéque transtulit: hominem scias si mentem ejus divinitùs inspiratam contempleris, non obstante morte, immortalem. A *Rege* ergò accipe historiam *Venerabilis Bedæ*; si Regi pientissimo, & veteri Ecclesiæ, & Monachis anagnostis diffidere nefas sit, nullibi malefidam: multis in locis eloquentiâ Regis excelsâ atque aulicâ, prudenter illustratam: tribus codicibus *Saxonicis* fideliter collatis; Altero quem omnino præcipuè sequimur, bibliothecæ publicæ *Cantabrigiensis*; altero Collegii *Corporis Christi*, sive *S. Benedicti Cantabrigiensium*; tertio denique nobilissimi, & ultra merita mea, & mei & hujus operis favent tissimi, *D. Thomæ Cotton* Equitis aurati, filii & hæredis famigeratissimi D. *Ro. Cotton* antiquitatum nostrarum vindicis, custodis, conservatoris: ejusdem historiæ textum *Latinum* Rege *paraphrastâ* dignum, ex adverso vides, & legis: ut cùm *Saxonicè* intelligere, tum quoque scire historicè (Lector) possis, apposui: tribus quoque codicibus *Latinis*, altero florentissimi Musarum omnium apud *Cantabrigienses* Athenæi, *Collegii Trinitatis*; altero reverendissimi *Doctoris Ward* Macaritæ, Collegii *Sidniani Cantabrig.* integerrimi Præfecti; hujus operis fautoris eximii, hominis super omnê eloquentiam docti, pientissimi; qui hoc anno non sine bonorum luctu *Cantabrigiæ* diem suum obiit: Tertio nobilissimi D. *Thomæ Cotton* equitis aurati: Atq; his tribus acuratissimâ, quâ fieri potuit, diligentiâ comparatis: Sed ingenii hac in re meritò curiosi scisciteri erit (quod & per typographum nuncium fidelem mihi demonstrandum proposuit Reverendissimus & amplissimus *Armachanus*, totius *Hiberniæ* primas;) quo autore evincendum, hanc Regi *Aluredo* paraphrasin *Saxonicam* debere nuncupari. *Willielmus* * *Malmesburiensis* de gestis Regum *Anglorum* testis locuples erit: *Plurimam partem* (inquit) *Romanæ bibliothecæ Anglorum auribus dedit R.* Aluredus; *opimam prædam peregrinarum mercium, civium usibus convellans*; *cujus præcipui sunt libri*, Orosius, Pastorale Gregorii, Gesta* Anglorum Bedæ, Boethius de consolatione Philosophiæ, *liber proprius quem patria linguâ* hanbboc, *id est, manualem librum appellavit*. Rem verò confirmat Saxonica* Ecclesia. IIII. Iduum Martii Sci. Gregorii Papæ Urbis Romanæ inclyti. Manega haligе bec cýþaþ hiſ þpohtmunge. ⁊ hiſ haligе hiſ. ⁊ eac hiſtopia Anglopum þa þe ſelfneð cýnnig oþ Lebene on Engliſc apende. hoc est, *Multi sacri libri conversationem* S. Gregorii, *vitámque ejus sanctam testantur*; necnon *Anglorum historia*, quam * ALFREDUS *Rex de sermone Latino in Anglicanum vertit*. Nemo hîc in opere *Saxonico* à me petat, Quis sit V. *Beda*, mundo notissimus, aut cujas; qualis vitæ; quorum operum autor esset; an *Alcuinum Caroli Magni* præceptorem, (unde manavit celebre *Parisiorum* studium,) idem *Beda* discipulum necne habuerit: Quærat, qui scire velit, de his Balæum, Bellarminum, Pitsæum, aliósque autores, qui antiquitatem gentis *Saxonicæ* pinxerunt; quorum *Bedæ* magister disertus est. Clarissimus *Malmesburiensis* multa de suis *Bedæ* tribuit; multa *Rogerus de Hovedan*, *Ethelwerdus*, *Florilegus Westmonasterienſis*, multa; haud pauca *Florentius Wigornienſis*, *polychronicon Ranulfi Higden*, quem *Cestrensem* dicimus, nisi magister præiviſſet *Beda*, in antiquissimis aut mutum aut nullum fuisset. *Richardus Chichestrensis* in speculum historiale suum quantum potuerat, ex hoc fonte, ad guttas ferè singulas, deprompsit. *Simeon Dunelmensis* Ecclesiæ suæ *Lindisfarnensis* & *Dunelmensis*, fundamento caruisset, si *Beda* hic noster operi defuisset: Taceo reliquos haud paucos.

Historicum opus, commentationes historicas desiderat: has, si Reverendissimi Armachani Britannicarum Ecclesiarum primordia (quibus quid addere conari, esset Iliadas post Homerum scribere) ad manum habeas, ex illis pete: horum indicium erit

* *Vide præfat. R. Aluredi ad Wulfsigum Episcopum in Past. Gregor. MS. Biblioth. Publ. Cantabr. Vide Asserium Menevensem.*

* *Lib. 2. de gestis Regum Anglorum.*

* *Nota.*

* *Serm. Cath. MS. Sax. Bibl. Publ. Cantabr. pag. 390.*

* *Nota.*

* *Ut in marg. pag. 26, 27, 28 & in notis pag. 29. passimque in opere.*

*RR. Armach.** oræ libri appositum. Ego quidem operi Saxonico, Ecclesiastico, ubi doctrinæ hodie disputatæ occurrunt, commentationes adjeci doctrinarum; Saxonicas nempè, & vel maximè Ecclesiasticas: ex ipsis Ecclesiæ sermonibus ad populum depromptas: nec displicebunt doctis; licèt specimina quæ dedi, totum homiliarum opus non complectantur: Pauca hactenus exhibui, & quæ in his angustiis rerum potueram; quæque & veritas, & pax Catholica flagitare videantur. His omnibus Chronologiam Saxonicam egregiam, & veterem è duobus MSS. nempe Biblioth. Collegii Benedictini Cantabrig. & nobilissimi D. Cotton, cum versione mea calci operis attexui.

Deo immortales gratias lubens profiteor qui bibliothecæ *Cantabrigiensis* publicæ custodiam Academicorum virorum suffragiis mihi immerenti concessit. Cujus archiva, ni fallor, ut & *Oxonii*, si cum sacris illis *Ecclesiarum* cathedralium penetralibus, & nobilium virorum archivis, parùm adjutentur, controversias graviores quæ *Ecclesiam* vexarunt, absque strepitu dirimerent. Sed ad tale munus in tam illustri *Academia* obeundum me non tam adduxit ambitio mea, quàm clarissimorum virorum in me studia & voluntates.

Acerbitas communis nostri casûs, summis viris, nè verbis quidem patitur, quod factis ut præstarem jubet pietas, gratias agere. Hinc mihi emersit munificus candor nobilissimi D. *Henr. Spelmanni*, qui pro incredibili suo in antiquitates excolendas studio, huc *Cantabrigiam* veniens, unà cum viro doctissimo, Antiquitatum Saxo-Britannicarum callentissimo M^ro. *Feremia Stephano*, petiit Bibliothecam; quíque Concilia *Britannica* in lucem editurus, me sæpe ut anagnostâ, at sæpiùs ut discipulo, usus est. Accessit postea & hoc; Ut *Heros* me huic muneri præsenti non illiberali quidem commendaverit; ut & legendo *Saxonicè* in *Academia*, & libros *Saxonicos* publici juris faciendo, antiquitates *Saxonicas* nostras, & linguam *Saxonicam* quasi è postliminio restituerem. Quamvis non deerant in avorum nostrorum memoria, cœnobitæ in agro *Devonienſi Taveſtokienſes*, qui, (nè *Saxonica* lingua, *Normannis* qui huc venerant illam corrumpentibus, exoleſceret,) prælectiones in monasterio *Saxonicas* instituerunt: nè (quod evenit, inquit Cl.**Camdenus*) hujus linguæ cognitio intercideret. Hoc ipsum monasterium memorat unus è cod. MSs. Bibliothecæ publicæ nomine *Homiliarum* 34. notus, viz. *Hunc Codicem cum altero consimilis reperit* R. Farrar *servus Comitis* Bedfordiæ *in domo quondam cœnobio Monachorum de* Tavestock *in* Devonshire, *Anno* 1566. Monachis his *Taveſtokienſibus* proximè succesſerunt magni literarum Patroni; D. *Matthæus Parkerus*, Cantuarienſis Archiepiscopus, Ædium *Corporis Christi* apud nos dudum Magister; qui ut providus *Catholicæ* fidei propugnator, codices MSs. *Saxonicos* quantivis pretii, è ruderibus monasteriorum eruitos, in *Cantabrigienſem* bibliothecam publicam, & privatam Collegii *Corporis Christi* olim sui, asservandos reposuit. Cui & in seculo nostro *Metropolitanus* alter in hoc genere, ut in singulis perfectissimus, succesſit; *Reverendiſſimus Armachanus* totius *Hiberniæ* Primas; præsulis autem *Cantuarienſis* vestigia premebant viri celebres; *Caius* noster verè inclytus, *Antiquitatis* nostræ strenuus assertor: clariss. *Lambardus*, *Lelandus*, *Balæus*, *Jo. Foxius* Martyrologus: & in ætate nostra, inter jurisconsultos, Honoratissimus D. *Edowardus Cocus*, egregius Doctor *Cowellus*, scientissimus *Tatus*: inter historicos *Magnus Camdenus*; & quem honoris causâ nuncupare gestio, omni literarum genere instructissimus vir, in Senatu hodie pro *Academia Oxonienſi* Burgensis Orator D. *Jo.* * vulgò *Lile* *Seldenus*: Gratus nominabo clariss. *Wilhelmum** *Liſlæum*; cujus legendis lucubrationibus multùm puto me profeciſſe. Nobiliss. D. *Ro. Cotton* D. *Thomæ*, pater inclytus; divinus ille antiquitatum nostrarum ærarius: D. *Christophorus Hatton*, literarum omnium, nostrarum inprimis assiduus cultor & patronus: nec non D. *Simondſius D'ewesius*, quem Antiquitatum nostrarum verè nuncupes domicilium: D. *Johannes Spelmannus*, D. *Henrici* filius primogenitus; qui non ità pridem Psalmos *Saxonicos* in lucem emisit, vir acerrimi judicii, comptissimi ingenii, probatissimæ morum suavitatis; qui non sine justo dolore mee, hoc anno, *Oxonii* inter serenas Musas animam efflavit.

Exteri quoque antiquitates nostras *Saxonicas* perscrutantur præclari autores; Clariss. *Gerardus Voſsius* dudum *Leidenſis*, hodie *Amſtelodamienſis*: & clariss. *Joh. Lætius Leidenſis*, (D. *Hen. Spelmanni* amicus intimus,) uterque *Saxonicè* accuratè norunt. Si liceret alios conjecturâ persequi; mirum, si *Danicarum* antiquitatum instaurator cl. *Olaus Wormius*, Professor *Hafnienſis*, vetus nostrum *Saxonicum* idioma, cum *Runica* literatura sua grandæva commiscuisse non delectaverit. Et D. *Patricius Junius*, Sereniſsimæ Regiæ Majestati fidelis Bibliothecarius, vir inclytus; alter inter nos *Casaubonus*, ut Latinas, sic & patrias literas cum *Græcis* conjunxisset.

Redeamus

* *Cambden in Denſhire, ſive Devonia.*

D. H. Spelman ad Lector. in Concil.

Redeamus jam ad *Coryphæum* noſtrum D. *Henricum Spelmannum*; hujus in *Academiâ* noſtra eruditionis facilè principem. Qui licèt ipſe ſenex propè octogenarius, ſenio & ſtudiis confectus eſſet, & moriendi cupidus, has tamen literas, quas vivus amabat, nunquam eſſe voluit emorituras; quin hîc in *Academia Cantabrigienſi* futuras Deo, muſis, atq; æternitati ſacras. Hinc de cenſu ſuo annuo, mihi minerval annuum (præter Eccleſiaſticum *Middeltoniæ* citra *Lin-Regis* beneficium, quod mihi per amicum ſuum, M. *Th. Thorowgood* Theologum verè eximium, in præſenti Britannorũ presbyterio conſultiſſimum ſignificaverat) in literas haſce, ſive publicè legendo, ſive codices MSS. in lucem edendo, promovendas deſignavit. Atqui ille *Heros* opera, quibus *Eccleſia* noſtra carere poſſe nullo modo cenſenda eſt, ſplendidè quidem inchoata, at, quo neſcio infortunio, aut ſeculi ingratitudine, imperfecta nobis reliquit; *Gloſſarii* partem alteram; partémque ſecundam & tertiam Conciliorum. Strenuè modò ſe agant, qui *Conciliorum* noſtrorum gnari eſſe cupiunt; atque exinde, miſſis incertis, fidem *Catholicam* commentatione veterum, & noſtrorum, illuſtrare volentes, vires ſuas conferant: reſpiret *Eccleſiaſtica* hiſtoriæ noſtræ callentiſſimus, & cupientiſſimus adornandæ M. *Jeremias Stephanus*; cujus hortatu (ut ipſe *Heros* mihi recenſuit) D. *Henricus* concilia noſtra divulganda aggreſſus eſt. *Mecænates* erogandis ſumptibus non deerunt, neque hodie quidem deſunt. Nobiliſsimus Dominus *Bathoniæ* Comes, Honoratiſſimus Legatus ad illuſtriſsimos ordines *Hollandiæ*, D. *Wilhelmus Boſwellus*, fautor hujus operis maximus; equites aurati, viri inclyti, à ſuis electi Burgenſes *Senatores*, D. *Chriſtophorus Hatton*, cujus ut publicam animam ſcias, bibliothecam locupletiſsimam in uſum *Theologorum* viciniæ ſuæ, aliorúmque, pretio ſuo congeſsit: D. *Simondſius D'ewesius*, peregrinorum, quos doctos, & probos, non hebetes & impolitos noverit, hoſpes munificus. Tales patroni, cum innumeris aliis, nè in magna nomina annumeranda ambitioſus viderer, antiquitatibus noſtris provehendis læti accurrent: non ſibi nati, ſed Eccleſiæ: opera MSS^ta. D. *Henr.* penes ſunt virum nobilem, juriſprudentiâ & autoritate judiciariâ inclytum, D. *Radulfum Whitfeldum*, quocum ætatem ſuam ſuaviter agebat Heros; quíque D. *Henrici* filiam, Heroinam & ſpectatiſsimam, & prudentiſsimam, uxorem duxit. Utriuſque favore, opinor, aditus in ſacra nobiliſsimi Herois penetralia patebit. Nec deerit operi Rev. D^r. *Watteſius*, Sax. hiſt. & linguæ propagator.

Sed ad provinciam meam redeo; Fruſtra me aut conſilia, aut munera nobilis Herois D. *H. Spelm.* moviſſent, ſi non permoviſſet antea *Saxoniſmi* neceſsitas; ejúſq; haud paucæ & in Repub. & in diviſa Eccleſia utilitates, atq; jucunditates, fidei *Catholicæ*; fixæ, immutabiles nulli temporum iniquitati obnoxiæ demonſtrationes; quas ſi in rebus turbidis, (miſsis privatorum hominum commentis,) premerent oratores, novæ cicatrices non adeò recrudeſcerent; quin potiùs membra ejuſdem corporis Chriſti nunc diſceptando diviſa, tunc quidem, *Catholicam* doctrinam Chriſtianis omnibus ubique gentium ſemper conceſſam demonſtrando, coaleſcerent: fratres Chriſtiani de religione nunc in perniciem fidei & charitatis altercantes, tunc eadem matre Eccleſia præeunte, veteri ſc. *Anglicana*, uſq; ab incunabulis inſtituti, in mutuum ſtudium redirent. Vetus enim Eccleſia Anglicana eandem *Chriſti* fidem; eandem maternæ charitatis neceſsitudinem *Britannis* univerſis naturali & materno jugo, ſuis quidem filiis, invicem fratribus, premit, urget, imperat.

Occurrunt, fateor, veteribus legendis noſtris incredibilia hiſtoriarum portenta. Quid hæc ad fidem *Catholicam*? prudens Lector non dubitabit *ſceptica* quævis, *dogmatica* incerta, & alia (quę ob inopiam ſermonis *Technica* dixeris,) ad piam docentis fraudem, diſcentiſque credulitatem ſpectantia, & ſimilia id genus, quæ forma *Catholicæ* fidei non admittit, à doctrina *Apoſtolica* diſcriminare.

Ariadnæ filum Index in fine ſatis locuples in multis erit: experire modò in vocibus *Invocatio*, *Petrus*, & *Petra*, *Sacramenta*, *Tranſubſtantiatio*, *Scriptura*, *Oratio*, *Miſſa*, *Purgatorium*: in his quidem guſtum præbemus; fontes, ſi Deus pacem & otium dediſſet, copioſiores, Sermones Catholicos Saxonicos, & *Lexicon Saxonicum* editurus aperuiſſem.

Typographiam quod attinet; Quę inter Saxonica monumenta minuſculis characteribus imprimuntur, poſt vocem *NOTÆ*, ſcias non eſſe Bedæ verba; ſed Latinam Saxonicarũ antiquitatum verſionem meam: meam quoq; verſionem majoribus typis in chronologia datam. Memineris inſuper *B.* notare *MS.* Benedictini Collegii, ſive Corporis Chriſti Cantabr. *C. MS.* nobilis viri D. Thomæ Cotton. *T. MS.* Collegii Trinitatis Cantabr. *W. MS.* R. Doctoris Ward Cantabr. *Deeſt Sax.* margine inſcriptum,

ptum, notat Saxonici interpretis silentium. [ ] talibus septis inclusa in codice Lat. Bedæ, non docent locum, aut vitio, aut suspicione laborare; sed Regem Aluredum Saxonicè isthæc non vertisse. Sed Lector diligens, plura iisdem repagulis claudenda, legendo comperiet.

Saxonicæ Homiliæ viz. Sermones Catholici pro Ecclesia veteri Anglicanâ inprimis, quandocunque doctrinam nostram propugnaverint, nullo modo à Romanensibus rejiciantur; si constanter affirmaverint, Ecclesiam Romano-Catholicam, (quæ nostram particularem ità instituit) in fundamentis fidei errare non potuisse: Nos verò cuncta veterum dogmata, offucias, & πχιάσμα non defendimus. Serm. Cath. & Homilias Sax. reliquas, viz. Hom. 34. & Hom. 51. tres codices distinctos esse intelligas; quos in archivis Biblioth. Publ. Cantabrig. consulere oportet. Cæteros, & qui, atq; ubi sint, suis locis designavi. Indicem, si rerum nostrarum perturbatio spatium dedisset, dedissem ego juxtà quidem, & locupletiorem, & multò perfectiorem. Doleo, quòd sub voce *Monasterium*, Scripturarum lectioni veteres Monachos naviter incubuisse non significaverim: Tu legendo adverte, & supple: namq; alienâ operâ in Indice permultùm usus sum.

Errata in hoc opere minima, proclive mihi est pro maximis habere: quæ, non sine anxietate & mea & indefessi Typographi, qui impensas nunquam sibi pœnitendas erogavit, graviora inveneram, nec ut tibi noceant, néve te offendant, operam navavi.

Lector ingenue, vale; & mihi in hoc opere, partim meâ, partim aliorum incogitantiâ multoties erranti favere digneris, humilis obtestor. Errata post finem, indignâ quippe ante finem aliquo loco, favens videto: in tantum incommodum resarciendum, elementis his & regulis haud contemnendis utere.

Elementa Sax. quæ à Lat. differunt.

ꝺ	ꝼ	ȝ	ſ	ɾ	ꝛ	ꝑ	ẏ	Ð	ð	þ	ƿ	⁊
d	f	g	r	ſ	t	w	y	Th	th	th	that	and

Regulæ Sax.

Ge, *otiosum sæpe est*; ó, é, ú, *nam etiam & verbis præponitur.* **ge** & **ge** *sæpius ut* cùm & tum: *at*, **ge lære ge bysne**, cùm vità tum exemplo.

Nomina. **God.** Deus, **gód**, bonus. *Gen. utriusque in* **es**, **godes**, dei, boni: *sed Dat. numin. Adject. utriusque numeri* **godum**, bono, bonis: **gode**, deo; **godum**, diis. *Accus.* **God**, Deum: *sed Accus. Adjectt. fit à Nom. per additionem* **ne**, *ut* **godne**, bonum. *Gen. plur. in* **a**, *ut* **goda**, deorum: *sed nominis Adjectt. in* **ra**, *ut* **godra**, bonorum, bonarum, -- *Accus. in* **al**, & *sæpe in* **a**, *ut pag.* 1 *lin.* 19, 20.

ealdra manna cwidas ⁊ dæda.
veterum hominum dicta factáque.

Adjectiva sic comparantur, **rihtwisa, rihtwise, rihtwisra**, justus, a, um; **rihtwisere**, justior & justius; **rihtwisesta, ste, ste**, justissimus, ma, mum.

Sangere, cantor, **sangystre**, cantrix.

Patronymica: ut **Elesing**, Elesides *vel* filius Elesæ. *Vide plura pag.* 5 *l.* 25.

Gentilia in **isc.** *ut* **Romanisc**, Romanus; **Lundenisc**, Londonensis; **Cantwarisc**, Cantabrigiensis.

Pronomina. **Ic**, Ego; **me**, mei; **from me**, à me; **we**, nos; **ure**, nostri; **us**, nobis, nos.

Thu, Tu; **thin**, tuus, a, um, tibi; **the**, te; **eala thu**, ô tu; **ge**, vos; **eower**, vester, a, um, vobis; **eow**, vos; **eala ge**, ô vos.

hit, Sui; **him**, sibi; **hine**, & **hine selfne**, sese.

He, Ille; **hit**, illius, suus; **him**, illi, illis; **hine**, illum; **hig**, illi, illæ, illos; **heora**, illorum, illarum--. **heo**, illa; **hyre**, illius.

That, Illud; **thæt**, illius; **tham**, illi; **tha**, illa; **thæra**, illorum; **tham**, illis.

Thes, Ille; **thisel**, istius; **thisum**, isti, isto, istis; **thisse**, istum; **thas**, isti, istos; **thissera**, istorum.

This, ista, & istud; **thisse**, istius; *ut in mast.*

Thes, theos, this, hic, hæc, hoc; **thisel** *vel* **thissere**, hujus; **thisum**, huic; **thisne, thas, this**, hunc, hanc, hoc; **thas**, hi, hæ, hæc.

He, seo, thæt, is, ea, id; **thæs**, ejus; **tham**, ei. *Plur.* **tha**, eas; **thæra**, eorum; **tham**, eis.

He selfa, *vel* **se ylca**, ille ipse; **heo selfa**, *vel* **seo ylce**, ipsa.

Min, minre, min, meus, mea, meum.

Thin, tuus, tua, tuum; **thinre**, tui.

Urne, ure, ure, noster, nostra, nostrum; **hwa, hwylc, hwylc**, quis, & qualis, &c. quæ, quod; **hwæs**, cujus; **hwam**, cui; **hwylcne**, quem; **hwylcum**, quo, quibus.

Swa hwa, swa hwylc, quicunque, quæcunque, quodcunque.

Verbi Activa secund. pers. sing. in **ast, est**: *tertia in* **th, d, de.** *Plur. in* **th, don**, *nunc in* **ath**. &c.

Infinitivus desinit in **an**, *vel* **anne**, *ut* **gelufian**, amare; **to gelufigenne**, amandus; *Gerund.* **to lufigenne**, amandi; **lufigende**, amando; **to lufigende**, amandum.

Passiva à verbo Sum *adjungantur*; *ut* **Ic eom gelufod**, Ego amor; **thu eart, he is, we synd, ge synd, hig synd.** Eram, **Ic wæs, thu wære, he wæs, we wæron, ge wæron, hig wæron.** Ero, **Ic beo, thu bist, he bith, we beoth, ge beoth, hig beoth.** Es esto, **si thu, si he.** Esse, **beon.**

Si tamen libri excusi ab his paululùm varient, ne te perturbet; modò ex ipsu adjuteris.

Verbis præponuntur nomina, aut pronomina expressè, **Ic, thu, he**, &c. *Reliqua docebit facilis observatio.*

Vitam

Vitam Venerabilis BEDÆ *autor incertus MS. Coll.* Ben.

num. 41. *partim à* BEDA *ipso, partim à discipulo quodam suo Cuthberto descriptam, nobis reliquit, viz.*

Incipit vita Venerabilis BEDÆ Presbyteri.

VEnerabilis Domini famulus Beda, Presbyter & monachus, natus est in provincia Northan-hymbrorum, in territorio monasterii Apostolorum *Petri* & *Pauli*; quod est ad *Weremuthe* & *Ingiruum*, anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo septuagesimo septimo, qui est annus secundus solitariæ vitæ Beatissimi Patris Cuthberti; in quod monasterium curâ propinquorum, cùm esset septem annorum, datus est educandus Reverendissimo Abbati Benedicto; ac deinde Ceolfrido, anno scil. decimo postquam idem monasterium Sancti *Petri* Apostoli fundatum est; ex quo autem Sancti *Pauli* monasterium fuerat inceptum, anno tertio: quæ utraque monasteria tantâ pace, & concordiâ, & eâdem familiaritate, & fraternâ societate fuerant conjuncta, ut, sicut ipse Beda postea describit, pro uno in duobus locis posito, haberentur monasterio: unde in * *Historia Anglorum* unius mentionem faciens, *Monasterium*, inquit, *Petri & Pauli, quod est ad ostium* Wiri *amnis, & juxta amnem Tynæ in loco qui vocatur* Ingiruum.

* *vide hic pag.* 492. *lin.* 16, 17.

Hic itaque infantulus bonæ spei, & divinâ & seculari literaturâ diligenter imbuitur; quandoque sancti Spiritûs organum futurus, quo ejus præcordia irradiante, in sanctæ universalis Ecclesiæ mûnimentum plurimos in Novi & Veteris Testamenti expositionem libros erat compositurus. Et cùm in Latina eruditetur lingua, Græcæ quoque peritiam non mediocriter percepit; quippe per id temporis, in monasterio præfato deditus erat studio, quando Theodorus Archiepiscopus, & Adrianus Abbas (qui literis sacris simul & secularibus abundanter ambo erant instructi,) peragratâ totâ Britanniâ, congregantes discipulorum * catervam, scientiæ salutaris quotidie flumina irrigandis eorum cordibus emanabant: ità ut etiam Metricæ artis, Astronomiæ, & Arithmeticæ Ecclesiasticæ disciplinam, inter sacrorum apicum volumina, suis auditoribus contraderent. Hic, viz. Beda, in extremo quidem mundi angulo vivens latuit; sed post mortem, per universas mundi partes, omnibus in libris suis vivens, innotuit: in quibus, terrarum regionúmque diversarum situs, naturas, qualitates subtiliter, ac si cuncta ipse peragrasset, plerúmque describit. Cùm ab infantia in monasterio nutritus, totam ibidem usq; ad evocationis suæ diem, vitam transegerit: nè verò quisquam aliud, quàm est, de illo nos dicere suspicetur, ipsius de semet ipso dicta congruum subjungere videtur: * *Ego*, inquit, *Beda, famulus Christi & Presbyter monasterii beatorum Apostolorum* Petri & Pauli *quod est ad* Weremuthe & Ingiruum, *natus in territorio ejusdem monasterii; cùm essem annorum septem, curâ propinquorum datus sum edu-*

* *pag.* 254.

* *pag.* 492.

educandus Reverendiſsimo Abbati Benedicto; ac deinde Ceolfrido: cunctúmque ex eo tempus vitæ in ejuſdem Monaſterii habitatione peragens, omnem meditandis *Nota. SCRIPTURIS *operam dedi; atque inter obſervantiam diſciplinæ regularis* *Nota. *& quotidianam cantandi in Eccleſia curam, ſemper aut* DISCERE, *aut* DOCERE, *aut* SCRIBERE *dulce habui. Nonodecimo autem vitæ meæ anno, Diaconatum; triceſimo gradum Presbyteratûs, utrumque per miniſterium Reverendiſsimi Epiſcopi Johannis, jubente Ceolfrido Abbate, ſuſcepi. Ex quo tempore accepti presbyteratûs, uſque ad annum ætatis meæ quinquageſimum nonum, hæc in Scripturam ſanctam, meæ, meorúmq; neceſsitati, ex opuſculis venerabilium* *Nota. *patrum breviter annotare, ſive etiam ad formam ſenſûs, & interpretationis eorum ſupradicere curavi.*

IN principium Geneſis uſque ad nativitatem Iſaac, & electionem Iſraelis libros tres.

De tabernaculo & vaſis ejus, ac veſtibus ſacerdotum, libros tres.

In primam partem Samuelis, id eſt, uſque ad mortem Saulis, libros quatuor.

De ædificatione Templi allegoricæ expoſitionis, ſicut & cætera, libros duos.

Item in Regum, librum triginta quæſtionum.

In Proverbia Solomonis, libros tres.

In Eſdram & Neemiam, libros tres.

In Cantica Canticorum, libros ſex.

In canticum Abacuch librum unum.

In librum beati patris Tobiæ, explanationis allegoricæ de Chriſto & Eccleſia, librum unum.

Item capitula lectionum in Pentateuchum Moſis, Joſuæ, Judicum.

In libros Regum, & verba dierum.

In librum beati Patris Job.

In parabolas, Eccleſiaſten, & Cantica Canticorum.

In Iſaiam Prophetam, Ezram quoque & Neemiam.

In Evangelium Marci, libros quatuor.

In Evangelium Lucæ, libros ſex.

Homiliarum Evangelii, libros duos.

In Apoſtolum, quæcunque in opuſculis Sancti *Auguſtini expoſita inveni, cuncta per ordinem tranſcribere curavi. *Nota.

In Actus Apoſtolorum, libros duos.

In epiſtolas canonicas, libros ſingulos.

In Apocalypſin S. Johannis, libros tres.

Item capitula lectionum in totum Novum Teſtamentum, excepto Evangelio.

Item librum epiſtolarum ad diverſos, quarum de ſex ætatibus ſeculi una eſt.

De manſionibus filiorum Iſrael, una.

Una de eo quod ait Iſaias, *Et claudentur ibi in carcere, & poſt dies multos viſitabuntur.*

De ratione biſſexti, una. De æquinoctio juxta * Anatholium, una. *al. Anatolium

Item

Item de hiſtoriis ſanctorum, librum vitæ & paſsionis ſancti Felicis Confeſſoris, de metrico Paulini opere, in proſam tranſtuli.

Librum vitæ & paſsionis S. Anaſtaſii, malè de Græco tranſlatum, & pejùs à quodam imperito emendatum, prout potui, ad ſenſum correxi.

Vitam S. Patris monachi ſimul & antiſtitis Cudberti, & priùs heroico metro, & poſtmodum plano ſermone deſcripſi.

Hiſtoriam Abbatum monaſterii hujùs, in quo ſupernæ pietati deſervire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, & Huberti in libellis duobus.

Hiſtoriam Eccleſiarum noſtræ Inſulæ ac Gentis, in libris quinque.

Martyrologium de natalitiis Sanctorum martyrum diebus, in quo omnes quos invenire potui, non ſolum quâ die, verùm etiam quo genere certaminis, vel ſub quo Judice mundum vicerint, diligenter annotare ſtudui.

Librum hymnorum de diverſo metro ſive rhythmico.

Librum Epigrammatum heroico, ſeu elegiaco.

De natura rerum & de temporibus, libros ſingulos.

Item de temporibus, librum unum majorem.

Librum de Orthographia, alphabeti ordine diſtinctum.

Item de metrica arte, & huic adjectum alium, de ſchematibus, ſive tropis libellum, hoc eſt, de figuris modiſque locutionum, quibus Scriptura ſancta contexta eſt.

Cùm ergò hos libros pervigili ſtudio edidiſſet, obiit ſeptimo kalendarum Junii *Ingiruæ*; ibíque ſepultus eſt: ſed poſt multa annorum curricula, oſſa illius indè tranſlata, & cum incorrupto ſanctiſſimi Patris Cuthberti corpore ſunt collocata: tranſiit autem ipsâ die ſolenni aſſcenſionis Dominicæ, cujus nos tranſitum meliùs verbis ipſius ſcribendum putamus, qui ejus diſcipulus vocabulo Cuthbertus præſens affuit, ad condiſcipulum taliter ſcribens.

Dilectiſsimo, inquit, *in Chriſto collectori Cuthwino, Cuthbertus condiſcipulus in Deo æternam ſalutem. Munuſculum quod miſiſti multùm libenter accepi, multúmq; gratanter literas tuæ devotæ eruditionis legi, in quibus, quod maximè deſiderabam, *miſſas viz. & orationes ſacroſanctas pro Deo dilecto Patre noſtro ac magiſtro BEDA, à vobis diligenter celebrari reperi, unde delectat magis pro ejus charitate (quantùm fruor ingenio) paucis ſermonibus dicere, quo ordine migravit è ſeculo, cùm etiam hoc te deſiderâſſe & poſcere intellexi. Gravatus quidem eſt infirmitate maximâ creberrimi anhelitus, ſine dolore tamen, ante diem Reſurrectionis Dominicæ, id eſt, ferè duabus hebdomadibus; & ſic poſtea lætus, & gaudens, gratias agens omnipotenti Deo omni die & nocte, imò horis omnibus uſque ad diem Aſcenſionis Dominicæ, id eſt, ſeptimo kal. Junii vitam ducebat, & nobis ſuis diſcipulis quotidie* lectiones dabat, & quicquid reliquum erat diei in Pſalmorum decantatione occupabat, totam quoque noctem in lætitia & gratiarum actione pervigil ducebat, niſi tantùm modicus ſomnus impediret: evigilans autem ſtatim conſueta repetivit, & expanſis manibus Deo gratias agere non deſiit; ô verè beatus vir! Canebat ſententiam Beati Pauli Apoſtoli*, Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis; *& multa alia de Scripturis ſacris, & in noſtra quoque lingua, hoc eſt Anglicana, ut erat doctus in noſtris carminibus, nonnulla dixit; nam & tunc hoc dictum Anglico ſermone componens multùm compunctus aiebat*, Ante neceſſarium exitum prudentior, quàm opus fuerit, nemo exſiſtit ad cogitandum: *viz. hinc antequam proficiſcatur anima, quid boni vel mali egerit; qualiter poſt exitum judicanda fuerit.*

* *vide citra finem.*

* *vide infrà.*

Cantabat

Cantabat etiam Antiphonas secundùm nostram consuetudinem, & sui; quarum una est, O Rex gloriose, Domine virtutum, qui triumphatus hodie super omnes cœlos asscendisti; nè derelinquas nos orphanos; sed m[illegible]e promissum Patris in nos, Spiritum veritatis: Allelujah. *Et cùm venisset [illegible] illud verbum*, nè derelinque nos, *prorupit in lacrymas & multùm flevit, & post horam cepit repetere quod inchoaverat, & nos hoc audientes luximus cum illo. Alterâ vice legimus, alterâ ploravimus, imò semper cum fletu legimus. In tali lætitia quinquagesimales dies usque ad diem præfatum, deduximus; & ille multùm gaudebat; Deóque gratias agebat, quia sic meruisset infirmari. Referebat & sæpe dicebat*, Flagellat Dominus omnem filium quem recipit. *Et multa alia de sacra Scriptura; Sententiam quoq; S. Ambrosii*, Non sic vixi ut me pudeat inter vos vivere; sed nec mori timeo, quia bonum Deum habemus. *In istis autem diebus duo opuscula multùm memoriâ digna (exceptis lectionibus quas accepimus ab eo & cantu psalmorum) facere studebat; Evangelium scil. S. Johannis in nostram linguam ad utilitatem Ecclesiæ convertit; & de libris notarum Isidori Episcopi exerptiones quasdam, dicens*, Nolo ut pueri mei mendacium legant, & in hoc post obitum meum sine fructu laborent. *Cùm venisset autem tertia feria ante asscensionem Domini, cœpit vehementiùs ægrotare in anhelitu; & modicus tumor in pedibus apparuit; totum autem diem illum diem ducebat, & hilariter* dictabat, & nonnunquam inter alia dixit*: Dicite cùm festinatione, nescio quàm diu subsistam, & si post modicum tollat me * factor meus. *Nobis autem videbatur quod suum exitum bene sciret; & sic noctem in gratiarum actione pervigil duxit. Et mane elucescente, id est, quartâ feriâ, præcepit diligenter scribi quæ cœperamus; & hoc facto usq; ad tertiam horam* ambulavimus cum reliquis sanctorum, ut consuetudo illius diei poscebat: unus erat ex nobis cum illo qui dixit illi*: Adhuc, Magister dilectissime, capitulum unum deest; videtúrne tibi difficile plus te interrogari? *at ille*, Facile est, *inquit*; Accipe tuum calamum & tempera; & festinanter scribe. *Quod ille fecit: nonâ autem horâ dixit mihi*, Curre velociter & Presbyteros nostri monasterii adduc ad me, *& allocutus est unumquemq;, monens & obsecrans pro eo* missas & orationes diligenter facere, quod illi libenter spoponderunt; lugebant autem & flebant omnes, maximè quòd dixerat*, Quia ampliùs faciem ejus in hoc seculo non essent visuri: * *gaudebant quod dixit*, Tempus est ut revertar ad eum qui me ex nihilo firmavit: multum tempus vixi bene; mihi pius judex vitam meam prævidet: tempus resolutionis meæ instat, quia cupio dissolvi & esse cum Christo: *sed & alia multa locutus, in lætitia diem usque ad vesperum duxit; & præfatus puer dixit*; Adhuc una sententia, Magister dilecte, non est scripta: *at ille*, Scribe, *inquit*, citó. *Post modicum dixit puer*: Modò sententia descripta est: *at ille*; Bene, *inquit*, veritatem dixisti: Consummatum est. Accipe meum caput in manus tuas, quia multùm me delectat sedere ex adverso loco sancto meo in quo orare solebam, ut & ego sedens patrem meum invocare possim, & in pavimento suæ casulæ decantem, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Cùm* Spiritum Sanctum *nominasset, spiritum è corpore exhalavit ultimum; ac sic regna migravit ad* * CŒLESTIA: *omnes autem qui vidère Beati Patris obitum, nunquam se vidisse ullum alium in tam magna devotione atque tranquillitate vitam finivisse dicebant. Quia sicut audisti, quousque anima in corpore fuit*, Gloria Patri, *& alia quædam* spiritualia *expansis manibus Deo vivo & vero gratias agere non cessabat. Scito autem, frater charissime, quod multa narrare possem de eo; sed brevitatem sermonis ineruditio linguæ facit.* Explicit vita Venerabilis Bedæ Presbyteri. Ex MS. Coll. Ben. Cantabr.

* *Creator scil.*

* *Ambarvalia, the Gang sweek: vel Perambulatio Christiana, gentilium lustrationum expultrix.*

* *Ergò, quid opus missâ, nisi ut pro salute V. Bedæ gratias agerent. vide pag. 164. & 192. & 297*

* *V. Beda jam moriens discipulis suis dictabat.*

* *Missæ pro V. Beda faciendæ. vide infrà.*

* *Certitudo salutis suæ V. Bedæ fuit.*

EN tibi, Lector, Heptarchiam *Angliæ lineamentis illustratam, quibus tanquam manu docere volui, quantum saltem in tanta loci angustia præstari potuit, illorum septem regnorum fines, quæ uno atque eodem tempore in Angliæ fuisse historici una voce omnes prodiderunt. Atque ut intelligas, paulò longius exordium rei repetamus.* Anno salutis humanæ 443. *distracto undique à barbaris in Italia imperio, Britanni à* Scotis, *&* Pictis *finitimis populis, gravi bello petiti, & ab* Ætio *patricio externis bellis in Gallia occupato, frustrà implorantes auxilium, excusso* Romanorum *imperio, quingentis, & tribus annis posteà quàm à* Caio Julio Cæsare *subacti, Romanis ducibus parere consueverant, suæ genti regnum restituere conati sunt, rerumq; suarum summam uni* Vortigerio *deferunt. Sed is irruentibus in eum magno impetu hostibus, viribus impar,* Anglo-Saxones *feroces Germaniæ populos in auxilium accersit, qui statim* Hengisto & Horsa *ducibus, cum magna suorum multitudine, in insulam trajicientes,* Scotorum, Pictorumque *vim aliquandiu prohibuerunt, sed mox* Britannicarum *opum desiderio, ex consuetudine illecti, icto cum hostibus fœdere in ipsos* Britannos, *quos juvare debuerant, arma convertunt, à quibus nec destiterunt, donec pulsis in* Walliam, Cornubiam, *& continentem Galliæ* Armoricam *Britannis, universam ferè insulam in suam ipsorum potestatem redegissent. Ac primo quidem per principatus in* septem regiones, *sive regna diviserunt, quæ partim à ventorum nominibus, partim à locorum situ diversam appellationem inter se sortitæ sunt, donec progressu temporis victricis populi opes in unum corpus coalescentes, ad amplissimam posteris, qualem hunc cernimus,* Monarchiam *concrevissent. Anglicum autem imperium post aliquot annos* Daci *frequenti in Britanniam irruptione, applaudentis fortunæ successu excepere, sed horum barbara tyrannide brevi explosa,* Normanni *ex Gallia profecti,* Guilielmo *duce, felicioribus auspiciis, ad nostram hanc usque ætatem stabilem regno successionem dedere. Hæc ex* Lilio *summatim; Nunc igitur regnorum fines particulatim enarremus. Quæ etsi vix unquam, ob mutua Regulorum inter se bella, suis certis limitibus constiterint, nos tamen idoneos sequuti Autores, aliquid ea de re certi, aut saltem quod minus à vero abhorrere videbitur, in medium proferemus.*

Occiduorum *igitur* Saxonum *regnum eisdem terminabatur finibus, at hac nostra memoria* Suthamptona, Bercheria, Wilcoria, Dorsetus, *&* Somersetus *provinciæ, sive ut vocant, comitatus: nisi quod præterea* Surræ, Glouceſtriæ, *&* Devoniæ *partes aliquot in se continebat.*

Australium Saxonum *principatus eisdem terminis claudebatur, atque hodie* Sussexiæ *provincia, & reliqua* Surræ *pars.*

Cantianorum *imperio iidem constituti sunt fines, quibus nostra tempestate* Cantium *circumscribitur.*

Orientalium Saxonum *principatus tam latè patebat, atque hodie* Essexia, *&* Midelsexia *comitatus, habuitque nonnullam* Hertfordiensis *provinciæ partem.*

Orientalium Anglorum *regnum eisdem ferè finiebatur terminis, quibus nostro tempore* Elienſis Insula, Nordovicensis, Suthfolciensis, *&* Cantabrigiensis *provinciæ absolvuntur.*

Merciorum *regnum intra suos fines complectebatur,* Lincolniam, Northamptonam,

Carlil 55
Holm
St Bez 54 1/2
Fomell
Lancaster
Riffle caster
Halifax

Mancaster 53 1/2
Doncaster 80
Caster — 53

Hol. Isl. Landisfarn 50
Tinmuth 55
Wera muth
Ealnwic
Tinmuth 55
— Weramuth
Heorra Dunhome
Scarburg 54 1/2
Flamburg 54
Beverleal 53 1/2
Lindwellan 53
Walsingham 52 3/4
Nordanwic 52 1/2
Cerdicsford 50
Carterness 52 1/2
Herewic 52
Mealdon
Scapig

riam, Rotelandiam, Huntingtonam Comitatus, præterea & Bedfordienſem, Buckinghamienſem, Oxonienſ. Ceſtriam, Derbiam, Nottinghamenſem, & Staffordienſ. atq; nonnullam Herefordenſ. Hertfordenſ. Varvicenſ. Salopienſ. Lancaſtrenſ. & Gloceſtrenſ. provinciæ partem habuit. Dicta eſt autem Mercia, ſive à fluvio Merſey, ut quidam ſuſpicatur, ſive ut ego conjicio à meapce, quod eſt terminus, & finis. Erat enim Mercia reliquorum omnium regnorum confinis ac limitanea.

Northumbrorum imperii magnitudo ea fuit, quæ nunc eſt Eboracenſis, Dunelmenſis, Northumbriæ, Cumbriæ, & Weſtmorlandiæ comitatuum, atque reliquam præterea Lancaſtrenſis comitatus partem complectebatur. Hoc porro regnum, Northumbriæ nomen eſt ſortitum, non ab umbra, ut quidam oſcitans allucinatus eſt, ſed quòd ad Septentrionem Humbri fluminis ſit ſitum. Veteres enim, Nopþanhýmbpaпice, id eſt, regnum ad Septentrionem Humbri ſitum, appellabant. Diviſa eſt ſane aliquando Northumbrorum regio in regna duo, Deirorum ſcilicet, & Berniciorum: verùm illa cum parvo admodum tempore durarunt, & minus memorabilem de ſe poſteris hiſtoriam reliquerunt, recenſere haud operæ precium fuerit. Hæc igitur de regnorum finibus dicta ſint. Reſtat ut quibus tandem quique ſubjecti fuerint legibus, paucis aperiatur.

Iuri igitur Occidentalium Saxonum parebant Occidui, & Auſtrales Saxones, & qui Cantium incolebant.

Dacorum leges obſervabant, quicunque Orientalium Saxonum, & Anglorum, aut Northumbrorum regiones coluerunt.

Habebant quidem Mercii & ſuam autonomiam, verùm an in tota Merciorum regione non affirmaverim. Habeo etenim autores, qui Orientales & Septentrionales Merciorum fines Dacorum legibus contineri tradunt.

Gloriosissimo Regi CEOLVVLPHO, *BEDA Famulus CHRISTI & Presbyter.

Versionem hanc Saxonicam Regis ALUREDI, utpote in initio operis valde spinosam, & plùs solito à verbis venerabilis BEDÆ deflectentem; sic ad verbum in gratiam studiosorum harum antiquitatũ Latinè dedimus.

IC Beda Cristes Ðeop ⁊ *Mæsse Preost sende gretan· Ðone leofastan Cýning ⁊ halettan Ceolpulf. ⁊ ic þe sende ꝥ spell ꝥ ic nipan appat be Angel þeode· ⁊ Seaxum· ðe sýlfum to rædanne· ⁊ on emtan to smeageanne. ⁊ eac on ma stopa to pritanne ⁊ to læranne. ⁊ ic getreopige on ðine geornfulnýsse forþon ðu eart spýðe gýmende. ⁊ smeagende ealdra manna cpidas ⁊ dæda. ⁊ ealra spiþost þara * mærena þera ure þeode; Forþon þis geprit oððe hit god sagað be godum mannum ⁊ seþe hit gehýreþ he onhýreþ þam· oððe hit ýfel sagaþ be ýfelum mannum· ⁊ seþe hit gehýreð. he flýhþ ꝥ ⁊ onscunaþ. forþon hit is god godne to herianne ⁊ ýfelne to leanne. ꝥ se geþeo seþe hit gehýre (gif se oþer nolde.) hu þurþ he elles gelæred; For þinre þearfe. ⁊ for þinre þeode ic þis appat· forþon ðe God to cýninge geceas þe gedafenaþ þine þeode to læranne. ⁊ ꝥ þý læs tþeoge hpæðer þis sað sý;

*mærra manne. MS. Ben.

17. *De Synodo quæ fuerat facta in campo, qui fuit nominatus* Hathfeld, *præsidente Archiepiscopo Theodoro.*

* præsente. Sax.

18. Be Johanne þam heahgenge þæs Apostolican setles se fore lange com to Breotone;

18. *De Johanne Summo Cantore Apostolicæ sedis, qui propter docendum venerat Britanniam.*

19. Ðæt seo Cwen Æðeldryð clæne mæden þurh wunode þæne lichama on byrigenne gemenged be-
* þegen cyning-as. C.
on ne mihte. ⁊ be þam hymene he se be hine gesohte ;

19. *Ut regina Ætheldrythapura virgo permanserit, cujus corpus in sepulchro corruptum esse haud potuit, & de* hymno *quem nos de illa consecimus.*

* at in ipsa hiſtor. Saxon. hymnus deeſt.

20. deest Sax.

21. Ðæt se biscop Theodorus betweox Ecgfriðe· ⁊ Æðelrede þam * cyningum sibbe * gesohte;

21. *Vt Episcopus Theodorus inter Ecgfridũ & Æthelredum reges pacẽ fecerit.*

* gesætte. B.

22. Ðæt

22. Ðæt ða benda rumes ge-
*to rli- hæftes *to lysende pæron þonne
tene. B. þos him mærran sungene pæron;
23. Be lyfe ⁊ þosþfore Hilde þæ-
re Abbudisran;
24. Ðæt on hire mynstre pæ-
rum brodor þam godcundlice þos-
gifen pæs seo gyfu to ringanne;
25. Hpilc gesihþ rumum godes
pere ætýpde ær þam de þ mynstер
æt Coludesbýrig mid bryne þos-
numen pære;
26. Be deade þara tpegea cýnin-
ga Ecfers ⁊ Hlotheres;
27. Ðæt se arihtnes pes Cud-
brýht pæs biscep geporden. ⁊ þ
he ða gyt on munuclicum life ge-
reted læde ⁊ bodade;
28. Ðæt se ylca pes Cuðbýht-
us on ancer life gereted an ea
rprinc of dritre eorðan gebio-
dende up gelædde· ⁊ ænne æcer of
ðam gepinne his agenre handa ofer
þa tid ðæs sæteres onfenc;
29. Ðæt se ylca Bp' Cuþbrýht
his forþfore ða toweardan Here-
bebýrhto þam ancran forecwæde;
30. Ðæt his lichoma æfter end-
leofon gearum his býrigenne pæs
clæne ælcere brosnunge funden. ⁊
gemeted. ⁊ æfter noht mycele
fýrste. ðæs his æfterfýligend of
*gepat· þýrrum middan earde *geferde;
B. 32. Ðæt æt his reliquium nu
forþ- nigan pæs rum man gehæled þam
ferde.B ðære adle his eagan. Ðæt oðer æt
his býrigenne þam lyfte adle pæs
gehæled;
Her endað seo feorðe boc·
Her onginneð seo fifte boc.

Ðæt ðelpolo Sce' Cuþbeorhtes æfterfýligend on ancer regle
*on life *ond life gereted þam pinnendum
in vita. MS. Cant & Cot. broðrum on re gebiddende done rtorm he gestilde ⁊ gestilde;

22. *Ut vincula cujuſdam captivi ſoluta fuerint, cum pro eo Miſſæ cantatæ eſſent.*

23. *De vita & obitu Hildæ Abbatiſſæ.*

24. *Quòd in ejus Monaſterio fuerit quidam frater cui divinitus conceſſum erat donum canendi.*

25. *Qualis viſio cuidam Dei viro apparuit, priuſquam illud Monaſterium Colodanæ urbis incendio conſumptum eſſet.*

26. *De morte illorum duorum Regum Ecgfridi & Lotheri.*

27. *Ut Domini vir Cudbertus ſit Epiſcopus factus: & quòd ille adhuc in monaſtica vita poſitus docuerit & vixerit.*

28. *Ut idem vir Cudbertus in Anachoretica vita poſitus, quendam aquæ fontem de arida terra orando produxerit, unámq; *meſſem de laboreſuarum manuum ultra tempus ſerendi acceperit.* *ſegetem.

29. *Ut idem Epiſcopus Cutbertus ſuum obitum futurum Hereberto anachoretæ prædixerit.*

30. *Ut corpus illius poſt undecim annos ſepulturæ fuerit immune cujuſvis corruptionis repertum & inventum: & poſt non multum temporis, ejus ſucceſſor de hoc præſenti mundo tranſierit.*

31, 32. *Ut ad ejus reliquias nuper fuerit quidam homo ſanatus à languore ſuorum oculorum: ut alter ad ejus tumbam à paralytico morbo fuerit curatus.*

Hîc deſinit quartus liber: Hîc incipit quintus liber.

UT Ethelwoldus S. Cudberti ſucceſſor in anachoretica ſede & vita poſitus laborantibus fratribus orando tempeſtatem compoſuerit & ſedaverit.

2. Ðæt ſe biſcop Johannes ænne dumbne monn gebiddende gehælde;

3. Ðæt ſe ylca biſcop an adliende mæden gebiddende gehælde;

4. Ðæt he anes gefidmannes pif untruum mid gehalgode pætere *gelacnode;

* gehælde. B

5. Ðæt ſe ylca biſcop anes gefidmannes cniht * gebiddende fram deaðe * gecigde;

* gelædende. C.

6. Ðæt he hiſ Pheorta ænne of horſe fallende ⁊ gebrysedne gelice gebiddende ⁊ bletsigende fram deaðe gecyrde;

* gecirde. C.

7. Ðæt Ceadpala peſt Seaxna cyning to gefullianne com to Rome· Ða eft hiſ æfterfylgend ine ða ylcan þæſtcaldaſ þara eadigra Apoſtola * eft gefohte;

* eftſul. B.

9. Ðæt forðferdum Deodore done Arcebiſcop had Beorhtpald onfeng. ⁊ betpeox oðra monige þe he gehadode eac ſpylce Tobium done gelæredeſtan pes dæge cyninges æt Hrofceaſtre biſcop gehalgode;

10. Ðæt ſe halga pes Æcbyrht * becuman polde on Gefmaniam to bodianne godcunde lare. Ac he ne mihte. ac Pihtbyrht þyder becom for him. ⁊ dær * nopht nefne mede. ⁊ þa eft pær ham hpeorfende on Scotland þanon he ær becom;

* becuman. B.

* nahte. B. & C.

11. Ðæt Pilbrord on * Frysena lande bodiende monega to drihtne gecyrde· ⁊ ſ hiſ geferan tpegen * healicne martyrdom pæron þroiende;

* Frefland. *B. & C.

* healicne martyrdom. C.

12. Ðæt ſe arpurða pes Sridbyrht on Bpeotone ⁊ Pilbrord æt Rome biſcopaſ pæron Frefna þeode gehalgode;

13. Ðæt rum on Norðanhymbra mægðe of deaðe ariſende rume ſpiðe ondryrlicu ⁊ eac to gepil-

2. *Ut Epiſcopus Johannes quendam mutum hominem * benedicendo curaverit.*

* Sax. orando

3. *Ut idem languentem puellam orando ſanaverit.*

4. *Ut ille cujuſdam comitis conjugem infirmam, per benedictam aquam curaverit.*

5. *Ut idem Epiſcopus cujuſdam comitis puerum orando à morte revocaverit.*

6. *Ut ille ſuorum ſacerdotum quendam de equo cadentem & contuſum ſimiliter orando ac benedicendo à morte revocaverit.*

7. *Ut Ceadwalla occidentalium Saxonum Rex ad baptizandum venerit Romam, ſicut poſtea ejus ſucceſſor Ina, eadem limina beatorum Apoſtolorum petierit.*

8, 9. *Ut defuncto Theodoro, Archiepiſcopatus gradum Beorhtwaldus acceperit, & inter alios complures quos ordinavit, etiam ſimiliter Tobiam doctiſſimum virum Eccleſiæ apud Rhoſeceſtriam Epiſcopum conſecraverit.*

10. *Ut Sanctus vir Ecbertus venire voluerit in Germaniam ad prædicandam divinam doctrinam, ac is nequiverit: ſed Wihtbertus illuc acceſſerit pro illo: Et ibi nihil unquam profecerit: & tum poſtea fuerit domum reverſus in Scotiam, unde is antea venerit.*

11. *Ut Wilbrordus in Freſia terra prædicans, multos ad dominum converterit, & ut ejus ſocii duo * nobile Martyrium fuerint paſſi.*

* Sax. ſublime.

12. *Ut venerabilis vir Swithbertus in Britannia & Wilbrordus Romæ Epiſcopi fuerint Freſiæ gentis conſecrati.*

13. *Ut quidam in Nordan-Humbrorum Provincia à morte reſurgens quædam valde tremenda, atque etiam*

nienne

nienne ðaþe he geseah secgende þæs

14. Ðæt ongean þam oðer to deaþe becumende geseah him fram deoflum to brohte beon ða boc his agenra sýnna;

15. Ðæt eft oðer speltende him þa getealdon stope mid helparum his agenra þita geseah;

16. Ðæt monega cýricean on Hibernia læredum Athamnano þa eall geleaflican eastran onfengon. ⁊ be ealdelme se ða boc de uirginitate ⁊ eac oþra manega geþorhte ge eac þ suð Seaxan agenne biscopas onfengon Sadbýrht ⁊ Sollan ⁊ þeast Seaxan onfengon Danielum ⁊ Aldelmum· ⁊ be Aldelmes geþritum;

20. Ðætte Cýnred Mercna cýnýng· ⁊ Offa east Seaxna cýning on munuclicum hadum to Rome becom. ⁊ þær heora lif geendode. ⁊ be life ⁊ forþfore þæs arþurðan biscopes Þilfriþes;

21. Ðæt þam Saufæstan Abbude Adriano Albinus æfter fýligde· ⁊ fram þam biscope Þilfriþe Acca his Mæssepreost biscophade onfeng;

22. Ðæt se Abbud Ceolfrið Peohta cýninge * Neaton haten heah cræftigan somod· ⁊ eac epistolam be healdnesse rihtre eastran onsende;

23. Ðæt ðamunecas on Hii þam ealonde mid him ðam underþeoddum mýnstrum þa ða riht geleaffullan eastran (bodiendum Ecbýrhte· ⁊ læredum) þeorþian ongunnon;

24. Be forþfore Tobias þæs biscopes æt Hrofesceastre ⁊ Ecgbýrhtes þæs arþurþan biscopes * on þone forman Sastern dæg. ⁊ ðý ýlcan geare forþferde Osric Norðanhýmbra cýning;

Hþýlc se staþol is on ⁊ þeardnesse Angel cýnnes þeode ge eac ealre Breotone;

* Naitan. B. Naiton C.

* on þone forman dæg. eastern dæg. B. *Primo die scil. die Paschæ.*

desideranda quæ ipse viderat enarrans fuerit.

14. *Vt è contra alter ad mortem veniens viderit sibi à dæmonibus oblatum esse codicem suorũ ipsius peccatorũ.*

15. *Vt item alter moriturus sibi deputatum locum apud inferos suarum ipsius pœnarum viderit.*

16. *Vt plurimæ ecclesiæ in Hibernia docente Adamnano catholicum pascha susceperint: & de Aldhelmo, qui librum de Virginitate, atque etiam aliis multis fecerit:*

19 *Tum etiam ut Australes Saxones proprios Episcopos acceperint, (viz.) Sadbertum & Eollan; & occidentales Saxones acceperint Danielem & Aldhelmum: & de Aldhelmi scriptis.*

20. *Vt Cenredus Merciorum Rex, & Offa Orientalium Saxonum rex, in monasticis habitibus Romam venerint, ibiq; suam vitam finierint: & de vita & obitu venerabilis Episc. Wilfridi.*

21. *Vt religiosissimo Abbati Adriano Albinus successerit, & (statim) ab Episcopo Wilfrido Acca ejus missalis sacerdos Episcopatum (vel Episcopi ordinem) acceperit.*

22. *Vt Abbas Ceolfridus Pictorum regi Neatonus dicto, architectos (ecclesiæ) simul atque epistolam de observatione recti Paschatis miserit.*

23. *Vt Monachi in Hii insula cum sibi subjectis monasteriis * rectè credentium Pascha (prædicante Egberto, & docente) celebrare cœperint.*

24. *De obitu Tobiæ Episcopi apud Rhofecestriam, & Ecberti venerabilis Episcopi in primo Paschali die. Et eodem anno obiit Osric Nordan---Humbrorum Rex.*

Quis status sit in præsenti Anglicæ gentis nationis, atque etiam totius Britanniæ.

Sed hæc cap. scil. 16, 17, 18 MS. singulis in ipsa hist. desunt.

* *sive Catholicum.*

Swith very
Sithen since
Soth true
Acknowledge only
Drihten Lord
Ane one

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ GENTIS ANGLORUM LIBER I.

CAP. I.

De situ Britanniæ cum Hiberniæ, & priscis earum incolis.

BREOTON ıſ ȝaꝼꝛec-ȝeꝼ Ealonð ꝥæt ꝥæꝼ iuȝeaꝼa ALBION haten. ıſ ȝeꝼeteð betꝼýh Noꝛꝼðæle ⁊ Ꝼeꝛtðæle Geꝼmanie ⁊ Gallie ⁊ Hiꝛꝼanie. ꝥam mæꝛtum ðælum Euꝼope *mycclè ꝼæce * onȝeȝen. ꝥ ıſ Noꝛꝼ ehta hund mila lanȝ. ⁊ * tu hund mila bꝛað. hıt haꝼaþ ꝼꝛam Suþðæle ꝥa mæȝþe onȝean ꝥe mon hataþ Gallia Belȝica. hıt ıſ þelıȝ þıſ Ealond on Ꝼeꝛtmum ⁊ on tꝛeoꝼum mıꝼenlıcꝛa cýnna. ⁊ hıt ıſ * ȝeꝛcꝛæꝼe on læꝼꝼe ꝼceapa ⁊ neata. ⁊ on ꝼumum ꝼtoꝼum ꝼınȝeaꝛbaꝛ ȝꝛoꝼaþ. ꝼꝛýlce eac þeoꝼ eoꝼþe ıſ beꝼenðe mıꝼꝼenlıcꝛa ꝼuȝela. ⁊ ꝼæꝼıhta. ⁊ ꝼıꝛcꝼýllum ꝥæteꝼum· ⁊ * ꝼýll ȝeꝼꝼꝼýnȝum· ⁊ heꝼ beoþ oꝼt ꝼanȝene ꝼeolaꝼ· ⁊ hꝛonaꝼ· ⁊ meꝼeꝼꝼýn· ⁊ heꝼ beoþ oꝼt numene mıꝼꝼenlıcꝛa cýnna ꝼeolcꝼcýlle ⁊ muꝼcule. ⁊ on þam beoþ oꝼt ȝemette ꝥa betꝼtan Meꝼeȝꝛotan ælceꝼ hıꝼeꝼ· ⁊ heꝼ beoþ ꝼꝛýþe ȝenıhtꝼume ꝼeolocaꝼ. oꝼ þam biþ ȝeꝼeoꝛht ꝼe ꝼeoloc ꝼeaða * tælhȝ. præcipuè iſicio abundat & anguillâ.] Capiuntur autem ſæpiſsimè & vituli marini, & delphines, nec non & balenæ: Exceptis autem variorum generibus conchiliorum. In quibus ſunt & muſculæ, quibus incluſam ſæpe Margaritam omnis quidem coloris optimam inveniunt, id eſt, & rubicundi & purpurei & hyacinthini & praſini, ſed maximè candidi.

BRitannia Oceani inſula, cui quondam [b] ALBION nomen fuit, inter Septentrionem & Occidentem locata eſt Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, maximis Europæ partibus multo intervallo adverſa. Quæ per millia paſſuum octingenta in Boream longa, latitudinis habet millia ducenta, [exceptis duntaxat prolixioribus diverſorum promontoriorum tractibus; quibus efficitur ut circuitus ejus quadragies octies ſeptuaginta quinque millia compleat.] Habet à meridie Galliam Belgicam [cujus proximum litus tranſmeantibus aperit civitas quæ dicitur [c] Rutubi portus, qui portus à gente Anglorum nunc corruptè Reptaceſtir vocata, interpoſito mari à Geſſoriaco Morinorum gentis litore proximo trajectu, milliarium quinquaginta, ſive, ut quidam ſcripſêre, ſtadiorum quadringentorum quinquaginta. A tergo autem, unde Oceano infinito pater, Orcadas inſulas habet.] Optima frugibus atque arboribus Inſula, & alendis apta pecoribus ac jumentis. Vineas etiam quibuſdam in locis germinans; ſed & avium ferax terrâ marique generis diverſi, fluviis quoque multùm piſcoſis, ac fontibus præclara copioſis. [Et quidem

* *Nobilis inſula.* MS. D. W.

* mycclè ꝼæce. *deeſt* B.
*onȝen C.
*tꝼa. C.
*ꝼcꝼeoꝼe. C.
* ꝼæl. C.
* ꝼæll. B tæȝl. C.

ðone ne mæg sunne blæcan· nêne
* B. [*pen] þýsdan·ac sy he bið ýlda
negn. C sy he sægenna bið. hit hafað eac
þis land sealt seaðas. ⁊ hit hafað
hat sæten· ⁊ hat baðo ælcene
ýldo· ⁊ hade. ðurh to ðælede
stope gesceape; ðýlce hit is
eac benende on secga onum aned.
*ineneg ⁊ *sprenes. leaðes ⁊ seolsnes;
B. hes bið eac gemeted gagates. se
*sýlce stan bið *blæc gým gif mon hine
B. on fýr deð. þonne fleoð þæs neð-
ðan on weg; Þæs þis galond
* iu. B. eac*geo gewurðað mid þam æðele-
ieo. C. stum Ceastrum. aneg pana þrit-
tigum. ða se pæson mid wealle
lum. ⁊ torrum· ⁊ geatum· ⁊
þam trumegtum locum getim-
brade. butan oðrum læssan un-
þim Ceastra. ⁊ for ðan se ðis
galond undeg þam sýlfum norð-
dæle midðan geardeg nýht lig-
eð. ⁊ leohte nihte on sumera
hafað; ða þ oft on middre
nihte geflit cýmeð þam be heal-
denðum hwæðer hit si se æfen
glommung se on morgen da-
gung. is on ðon sweotol ðæt
þis galond hafað mycele lengran
dagas on sumera. ⁊ sua eac nihta
on pintra ðonne ða suð dælas
middan geardeg;

* nu. Ðis galond * nu on ðeard-
deest. B. nýsse æftes time fif Moyses
boca dam seo godcunde æ appit-
en is· fif deoda geneorðum æn-
ne pidom dæge hean soþfæst-
*anneg- nýsse· ⁊ ðæge soþan * heanesse
se. B. smeað ⁊ andettead. þ is on An-
gol cynnes geneorde· ⁊ Brittа·
⁊ Scotta· ⁊ Peohta·⁊ Ledenpapa·
þ an is þ Leden onsmeaunge ge-

Sunt & cochleæ satis superq; abundantes, quibus tinctura coccinei coloris conficitur. Cujus rubor pulcherrimus nullo unquam solis ardore, nullâ valet pluviarum injuriâ pallescere: sed quo vetustior, eo solet esse venustior. Habet fontes salinarum, habet & fontes calidos, & ex eis fluvios balnearum calidarum, omni ætati & sexui per distincta loca juxta suum cuiq. modum accommodos. [Aqua enim (ut sanctus Basilius dicit) fervidam qualitatem recipit, cùm per certa quædam metalla transcurrit, & fit non solùm calida, sed & ardens.] Quæ etiam venis metallorum æris, ferri, plumbi, & argenti fœcunda, gignit & lapidem Gagatem plurimum optimúmque. Est autem nigrogemmeus, & ardens igni admotus, incensus serpentes fugat; Attritu calefactus adplicita detinet æquè ut succinum. [d] Erat & viginti & octo Civitatibus quondam nobilissimis insignita, præter castella innumera, quæ & ipsa muris, turribus, portis ac seris erant instructa firmissimis. Et quia prope sub ipso Septentrionali vertice mundi jacet, lucidas æstate noctes habet, ità ut medio sæpe tempore noctis in quæstionem veniat intuentibus, utrùm crepusculum adhuc permaneat vespertinum, an jam * advenerit matutinum: [utpote nocturno sole non longè sub terris ad Orientem Boreales per plagas redeunte.] Unde etiam plurimæ longitudinis habet dies æstate, sicut & noctes contrà in bruma: [sole nimirum tunc in Lybicas partes secedente, id est, horarum decem & octo.] Plurimæ item brevitatis noctes æstate, & dies habet in bruma [hoc est, sex solummodo æquinoctialium horarum. Cùm in Armenia, Macedonia, Italia, cæterisque ejusdem lineæ regionibus longissima dies sive nox quindecim, brevissima novem compleat horas.]

* *perventrit.* W.

Hæc in præsenti juxta numerum librorum, quibus lex divina scripta est, quinque gentium linguis unam eandémque summæ veritatis & veræ sublimitatis scientiam scrutatur & confitetur; Anglorum videlicet, Britonum, Scotorum, Pictorum, & Latinorum, quæ meditatione scripturarum cæteris omnibus [est facta] commu-

pnita

ꝑꝛɪꝛa eallum þam oþꝛum ȝemæ-
ne. on ꝑꝛuman æꝛeꝛꞇ pæꝛon þýꝛ-
ꝛeꝛ Ȝalondeꝛ bɪȝenȝan Bꝛýꞇꞇaꝛ
ane. ꝑꝛam þam hɪꞇ naman on-
ꝓenȝ ɪꝛ þ ꝛæd· ðæꞇ hi comon
ꝑꝛam Aꝛmoꝛɪcano þæꝛe mæȝeþe
on Bꝛeoꞇone. ⁊ ða ðuþ ðælaꝛ
þýꝛeꝛ Ȝalondeꝛ him ȝeꝛæꞇon ⁊
ȝe ahnodon. ða ȝelamp æꝛꞇeꝛ
þon þ ꞇe Peahꞇe ðeod com oꝛ
Scýþþɪa landɛ on ꝛcɪpum. ⁊ ða
ýmbæꝛnðon eall Bꝛeoꞇone ȝe-
mæꝛo. þ hi comon on Scoꞇland
upp. ⁊ þæꝛ ȝemeꞇꞇon Scoꞇꞇa
þeode. ⁊ him bæðon ꝛeꞇleꝛ ⁊ eaꝛ-
*beꞇpýx B. ðunȝ ꝛꞇoꝛe on heoꝛa landɛ *be-
ꞇpýh him. * ⁊ꝛꝛeaꝛedon Scoꞇ-
* þa. B. ꞇaꝛ. þ heoꝛa land ne þæꝛe ꞇo
þæꝛ mýcel. þ hi mihꞇon ꞇꝛa þe-
oðe ȝehabban. ac cꝛæðon. þe ma-
ȝon eoꝛ ꝛellan halꝓendɛ ȝe-
þeahꞇe hꝛæꞇ ȝeðon maȝon. þe
ꝑɪꞇan heonan noht ꝛeoꝛ oþeꝛ
ealond eaꝛꞇ ꝑihꞇe. þ þe maȝon
oꝛꞇ leohꞇum ðaȝumȝeꝛeon. ȝɪf
ȝe þ ꝛecan þýllaþ. þonne maȝon
ȝe þæꝛ eaꝛðunȝ ꝛꞇoꝛe habban.
*þeꝛed. B. oþþe ȝɪf hþýlc eoꝛ *þɪþꝛꞇondeþ.
þonne ȝeꝛulꞇumiaþ þe eoꝛ; Ða
ꝓeꝛðon Peohꞇaꝛ ɪn Bꝛeoꞇone. ⁊
onȝunnon eaꝛðɪȝanþaNoꝛþ ðæl-
aꝛ þýꝛeꝛ Ȝalondeꝛ. ⁊ Bꝛýꞇꞇaꝛ
ꝛꝛa þe æꝛ cꝛæðon ða ꝛuþ ðælaꝛ;
* þa þa. B. * Mɪð þý Peohꞇaꝛ þɪꝛ næꝛðon
bæðon him ꝑꝛam Scoꞇꞇum. ða
ȝeþaꝛedon hi ðæꝛe aꝛeðneꝛꝛe. ⁊
him þɪꝛ ꝛealðon. þ þæꝛ ꝛeo þɪꝛe
on ꞇꝛeon cýme. þ hi þonne ma oꝛ
þam þɪꝛ cýnne him cýnɪnȝ cuþan.
þonne oꝛ þam pæꝛneð cýnne. þ
*ȝɪꞇ. B. * ȝeꞇ ꞇo ðæȝ ɪꝛ mɪð Peohꞇum
healðen; Ða ꝓoꝛþȝonȝenꝛe ꞇɪðe
æꝛꞇeꝛ Bꝛýꞇꞇum ⁊ Peohꞇum.
ðꝛɪðde cýnn Scoꞇꞇa Bꝛeoꞇone
* Peoh- ꞇa·C. onꝓenȝ. on *Pehꞇa ðæle. þa pæꝛon
cumene oꝛ Hibeꝛnia Scoꞇꞇa Ȝa-

nis in primis hæc inſula Britones
ſolùm, à quibus nomen accepit,
incolas habuit, qui de tractu Ar-
moricano (ut fertur) Britanniam
advecti, auſtrales ſibi partes illius
*vindicarunt. [Et cùm plurimam *vendicarunt; W.
inſulæ partem (incipientes ab au-
ſtro) poſſediſſent,] contigit[e] gen-
tem Pictorum de Scythia (ut per-
hibent) longis navibus non multis
Oceanum ingreſſam [circuma-
gente flatu ventorum] extra fines
omnes Britanniæ Hiberniam per-
veniſſe, [ejúſque Septentrionales
oras intrâſſe] atque inventâ ibi
gente Scotorum ſibi quoque in
partibus illius ſedes petiſſe [nec
impetrare potuiſſe. Eſt autem Hi-
bernia inſula omnium poſt Bri-
tanniam maxima, ad Occidentem
quidem Britanniæ ſita: ſed ſicut
contra Aquilonem ea brevior, ità
*in meridiem ſe trans illius fines *ità ut, W.
plurimùm protendens, uſq; con-
tra Hiſpaniæ Septentrionalia,
quamvis magno æquore interja-
cente, pervenit. Ad hanc ergò
uſque pervenientes navigio Picti
(ut diximus) petierunt in ea ſibi
quoque ſedes & habitationem
donari.] Reſponderunt Scoti,
quòd non ambos eos caperet in-
ſula: ſed poſſumus (inquiunt) ſa-
lubre vobis dare conſilium, quid
agere valeatis. Novimus inſulam
aliam eſſe non procul à noſtra
contra ortum ſolis, quam ſæpè
lucidioribus diebus de longè aſpi-
cere ſolemus: Hanc adire ſi vul-
tis, habitabilem vobis facere va-
leatis: vel ſi qui reſtiterint, nobis
auxiliariis utimini. Itaque pete-
tes Britanniam Picti habitare per
Septentrionales inſulæ partes cœ-
perunt; Nam auſtrinas Britones
occupaverant: Cúmque uxores
Picti non habentes peterent à
Scotis, eâ ſolùm conditione dare
conſenſerunt, ut ubi res veniret in
dubium, magis de fœminea re-
gum proſapia, quàm de maſculina
regem ſibi eligerent; quod uſque
hodie apud Pictos conſtat eſſe
ſervatum. Procedente autē tem-
pore Britannia poſt Britones &
Pictos tertiam Scotorum natio-
nem in Pictorum parte recēpit.
Qui duce Reuda de Hibernia

londe

londe mid heora hejevogan Reada hatte. of ða mid ꝼreondſcipe· ⁊ ða mid gefeohte him ſylfum betpih hiſ ebel⁊eaſdung ſtope geahnodon ða hi nugeſt habbaþ. ꝺ cynn nu geond to dæg Dalſeadingaſ pæſton hatene ⁊ Hibernia Scotta ſalond iſ on bpæd hiſ ſtealleſ. ge on halfendneſſe. ge on ſmylcnyſſe lyfta iſ betepe mycle ponne Bpeotone land. ſpa ꝺ ðæſ feldon ſnau leng ligeþ. ponne ðpý dageſ. ⁊ hæp nænig man foſ ſintſeſ cyle on ſumeſa heg ne maþ. ne ſcýpene hiſ neatum ne timbpeþ. ne hæſ monn ænigne * ſnicendne pýpm. ne ættepne gefihþ. ne hæſ ænig nædpe lifian ne mæg. foſ ꝺon. of Bpeotone nædpan on ſcipum lædde pæſton. ſona ſpa hi ðæſ landeſ lyfte geſtuncan ſpa ſpulton hi. eac neah ꝺan ealle ða þing ꝺe ðanon cuma ð. piþ ælcum attpe magon. ꝺ to tacne iſ ꝺ ſume menn geſapon ða ꝺe pæſton ꝼnam nædpan geſlegene. ꝺ man ſcoſ ða ða boca leaſ ꝺe of Hibernia coman. ⁊ ða ſceaſtan ðýde on pætep ⁊ ſealde ðpincan ðam mannum ⁊ ſona pæſ ꝺ attep opepnumen. ⁊ hi pæſton gehælde. iſ ꝺ *mid. Salond pelig * on meolcum. ⁊ on hunige. ⁊ ꝺingeapdaſ peaxaþ on ſumum ſtopum. ⁊ hit iſ ſiſcpýlle. ⁊ ſugolpýlle. ⁊ mæpe on huntunge heopta ⁊ ſpana. ðiſ iſ agendlice Scotta ebel heonon coman ſeo ðnidde ðeod Scotta. ſpa pe æſ cpæðon. eac be Bpýttum ⁊ Peohtum on Bpeotone;

* ſna-cau ne pýpm. C.

egreſſi, vel amicitiâ vel ferro ſibimet inter eos, ſedes quas hactenus habent, * vindicarunt. A quo videlicet duce uſque hodie Dalreudini vocantur: [nam linguâ eorum dal patrem ſignificat.] Hibernia autem & latitudine ſui ſtatus, & ſalubritate ac ſerenitate aerum multùm Britanniæ præſtat, ità ut rarò ibi nix plùs quàm triduana remaneat: nemo propter hyemem aut fœna ſecet æſtate, aut ſtabula fabricet jumentis. Nullum ibi reptile videri ſoleat, nullus vivere ſerpens valeat. Nam ſæpe illò de Britannia allati ſerpentes, mox ut proximante terris navigio, odore aeris illius [adtacti fuerint] intereant: quin potiùs omnia penè quę de eadem inſula ſunt, contra venenum valent. Denique vidimus quibuſdam à ſerpente percuſſis, raſa folia codicum, qui de Hibernia fuerunt, & ipſam raſuram aquæ immiſſam, ac potui datam, talibus protinus totam vim veneni graſſantis, totum inflati corporis abſumpſiſſe ac ſedâſſe tumorem. Dives lactis ac mellis inſula, nec vinearum expers, piſcium volucrúmque: ſed & * cervorum venatu inſignis. § Hęc autem propriè patria Scotorum eſt. Ab hac egreſſi (ut diximus) tertiam in Britannia Britonibus, & Pictis gentem addiderunt. [Eſt autem ſinus maris permaximus, qui antiquitus gentem Britonum à Pictis ſecernebat; Qui ab Occidente in terras longo ſpatio erumpit, ubi eſt civitas Britonum munitiſſima uſque hodie, quæ vocatur * Alcuith. Ad cujus videlicet ſinus partem Septentrionalem Scoti (quos diximus) advenientes ſibi locum patriæ fecerunt.]

* *progreſſi*, C. & W.

* Tr. Col. & W.

* *caprarum*, MS. ſing. & Sax.

* *Alcluith*. MS. Tr. & Cot. *Aldaich*. W.

NOTÆ.

[a] *Britannia Chriſti Sponſa (Eccleſiæ ſcilicet) hoſpitium, à ſitu, opibus, civitatibus & incolis, unà cum Hibernia nobili & ſorore Inſula, &c. hic capite primo deſcribitur; nam utraſque ut Britannicas complectitur Dionyſius in Periégeſi (ut & alii alibi)*

Δισσὴ νῆσος ἔκαν Βρεττανὶς ἀντία Πέρσης. & paulò pòſt,

——ἑτέρη τις ἔδεν
Νήσος ἐν πόντῳ Βρεττανὶς ἰνηκεσίζη.

Sed

Sed ante adventum Christi cum Sponsâ sua, opes Insulæ, locique commoditas huc in Britanniam Caium Cæsarem tanquam πρόξενον *invitârunt, cap. 2. & Claudium, cap. 3. neque id absque divino consilio factum, ut hinc incolæ Britanni naturâ indomiti, bellis facti mitiores, jugum Christi suave, cap. 4. libentiùs ferant.*

Britannia] *fama percrebuit, an verax nescio, (nec virorum magnorum, Nennii, Galfridi Monumethensis, Pontici Virunnii, Alexandri Nechamii, &c. nec non Joh. Lelandi horum omnium acerrimi defensoris, patrocinio indiget) Brutum Albanium (quem volunt Ascanii Trojani Albæ Italorum conditoris nepotem) Britanniam aut Albionem cum suis occupâsse; hinc antiquitus (ut aiunt) à Bruto,* *Βρυτίας, & * Βρύτον, *Sax. nomen obtinuit. Poeta quidam nostras, & Vetus. MS. Coll. Trin. pag. 10. ità cecinit;*

* Procop. in Goth.
* Hic cap. 7. pag. 31. lin. 30

--------of alle for one Piman
Dat Heleine pas icleped his baitaille furst bigan.
On hey man pas hen bifore ꝥ icleped pas Dardan.
Of him com he gode Bruigt hat pas he furste man
Dat louerd pas in Engelond. asc ich eu telle kan;

Sic Latinè dedi ——hæc unica fœmina, prima
Ante omnes sevit Troiani semina belli
Hanc Britones dixere Helenam, sed Dardanus ille
Excelsus Bruti pater extitit, unde Britanni
Heroum sumpsere genus; fortissimus idem
Hunc orbem primus regere, & dominarier ausus.

Et pag. 19. lin. 7.

After Bruyt his ope name he clepede hit Brutayne;
Insula dicta fuit Brutannia nomine Bruti.

Hæc sive fabula, sive historia, fruge suâ non caruit: (nè veterum prudentiam temerè rejiciamus) hoc enim Bruti exemplo, aliisque doctus Rex Edowardus primus, literis ad Papam Bonifacium missis totam Britanniam, ad lites intestinas inter Anglos & Scotos in æternum dirimendas, unius Regis imperio subesse indicabat; quod non tam insciti â rerum quàm publicæ communitatis & pacis studio historiarum interpretes, Britanni inprimis, tam anxiè excoluerunt. Lege apud Tho. Walsingham Edowardi primi ad Papam responsum.

b *Albion ab albedine rupium ab austro albarum, dici quidam volunt, quale quid Albion in summitate montis Alpium apud Strabonem præ se fert; Albion Hebr.* לבנון Lebanon (*mons thure aut nive albus*) *Libano quippe monti nomine & amœnitate quoque similis,* νῆσος λευκήνιος. *Sic de hac Insula Orpheus in Argonauticis, quod idiomate suo veri Albani, sive Britanni* Inis guin *insulam albam felicissimè exprimunt. Videantur egregiè doctissimi & politissimi viri Joh. Seldeni annotationes in Poly-Olbion Dratonianum Cantic. 1 pag. 19. Cl. Camdeni in nomine Britanniæ. Vide, obsecro, RR^m. Armach. in Primord. à pag. 721 & 733.*

c Rutubi portus, Ῥετάπιον *Ptolemæo: hodie* Richborrow *propè* Sandvicum *Cantiorum.*

d Erat viginti & octo civitatibus, *&c. has omnes vide apud RR. Armachanum luculentissimè commentatione suâ illustratas,* in Primord. *à pag. 59. quas enumerat Henricus Huntingdon, pag. 298. è Gilda sapiente; MS. Bib. Pub. pag. 65. desumptas: ubi scriba Gildæ (quem dicunt) pro Romanorum posuit Normannorum tempore, hac civitatum nomina fuisse. Rectè legit Hen. Huntingdon Romanorum.*

e Unam eandémque, *Anglorum viz. & Britonum* scientiam, *&c. Ven. Beda hic disertè asserit Britones (licèt proprium duntaxat agnoverint Archiepiscopum ritúsque proprios, à moribus licèt Universalis Ecclesiæ nonnihil discrepantes, nullam porrò capitum tonsuram admittentes, nec Christi solennitates (pascha intelligit imprimis) cum Ecclesiæ Christi societate (ut lib. 5. cap. 23. ostendit) celebrantes)* Unam tamen eandémque summæ veritatis & veræ sublimitatis scientiam scrutari, & confiteri: *hoc est, ut MS. Coll. Ben.* anneyre, *unitatem fidei cum reliquis Ecclesiis retinere; hanc fidei unitatem in Columbanis laudat Ven.* *sc. Columbæ successoribus.*

Beda lib. 3. cap. 4. & in Aidano lib. 3. cap. 16. Scotis, & proinde Britannicæ fidei utrisque, Propheticam, Evangelicam, & Apostolicam: quamvis tamen (quoad ritus lib. 2. cap. 2.) plurima unitati Ecclesiæ contraria Britannos facere, Ven. Beda, ut ibidem quoque Augustinus Archiepiscopus, conqueritur. Vide responsionem Abbatis Bangorensis Britannicè ad Augustinum Monachum in Concil. Ill. Dom. Hen. Spelman, ad ann. Christi 601. pag. 109. & in eandem limatissimas ipsius annotationes.

[f] Gens Pictorum de Scythia, *&c. hinc Sax.* Scyttyrc. *lib. 3 cap. 3. an è Cymbrica Chersoneso Scandinavia, sive Thule, vide RR. Armach. p. 578.*

[g] Hæc autem propriè patria Scotorum, *&c. Hibernia scil. sic Beda lib. 3. cap. 19.* ab ipsa (*inquit*) insula; *quam paulò antè* Scotiam *nuncupavit.*

[f] *RR. Armach. primord. pag. 579. 587. 593. 611. 615. 721. &c.*

Cap. 2.

*Ut Britanniam primus Romanorum * Gaius Julius adierit.*

* MS. *sing.* Caius, *edit. Col.*

Þæs Breotone Galond Romanum uncuð oþþæt Gaius se Casere oþre naman Julius. hit mid fyrde gesohte ⁊ geeode syxtygum þintra ær Cristes cyme;

VErùm eadem Britannia Romanis usque ad Gaium Julium Cæsarem [inaccessa atq;] incognita fuit. Qui [anno ab urbe condita * sexcentesimo nonagesimo tertio] ante verò incarnationis Dominicę tempus anno sexagesimo, [functus gradu Consulatûs cum Lucio Bibulo, dum contra Germanorum Gallorúmque gentes, qui Rheno tantùm flumine dirimebantur, bellum gereret, venit ad Morinos, unde in Britanniam proximus & brevissimus transitus est. Et navibus circiter onerariis atque actuariis octoginta pręparatis in Britanniam transvehitur, ubi acerbâ primùm pugnâ fatigatus, deinde adversâ tempestate correptus, plurimam classis partem, & non parvum numerum militum, equitum verò penè omnem disperdidit. Regressus in Galliam, legiones in Hibernia dimisit, ac sexcentas naves utriusque commodi fieri imperavit. Quibus iterum in Britanniam *primo vere transvectus, dum ipse in hostem cum ingenti exercitu pergit, naves in anchoris stantes, tempestate correptæ vel collisæ inter se, vel harænis illisæ ac dissolutæ sunt. Ex quibus quadraginta perierunt, cæteræ cum magna difficultate reparatæ sunt. Cæsaris equitatus primo congressu à Britannis victus; ibidem Labienus Tribunus occisus est. Secundo prælio cum magno suorum discrimine victos Britannos in fugam vertit. Indè ad flumen Thamesim profectus est, †quem uno tantùm loco vadis transmeabilē ferunt. ‡ In hujus ulterioris ripa, Cassibellauno duce, immensa hostium multitudo consederat, ripámque fluminis, at penè totum sub aqua vadum acutissimis sudibus præstruxerat. Quarum vestigia sudium ibidem usque hodie visuntur, & videtur inspectantibus, quòd singulæ earum ad modum humani femoris grossæ & circumfusæ plumbo immobiliter hæreant; in profundum fluminis infixæ. Quod ubi à Romanis deprehensum ac vitatum est, Barbari legionum impetum non ferentes, sylvis sese abdidêre, unde crebris eruptionibus Romanos graviter ac sæpè lacerabant. Interea * Trinobantum firmissima civitas, cum * Androgio duce, datis quadraginta obsidibus Cæsari sese dedidit. Quod exemplum secutæ urbes aliæ complures, in fœdus Romanorum venerunt; iisdem demonstrantibus Cæsar oppidum Cassibellauni inter duas paludes situm, obtentu insuper sylvarum munitum, omnibúsque rebus confertissimum, tandem gravi bello cepit. Exin Cæsar à Britannis reversus in Galliam, postquam legiones in Hiberniam misit, repentinis bellorum tumultibus undique circumventus & conflictatus est.]

* MS. *sing.*

*MS. *T. W.*

† ‡ *Verba hæc desiderantur.* C. & W.

* Trinovantum. *C. & VV.*

* Andragio, MS. *sing.*

NOTÆ.

NOTÆ.

[a] Britannia Romanis inaccessa; *scil. ante Julium Cæsarem, Christo verò subditam esse, & quando subdi cœperit, Ven. Beda è Tertulliano didicit; verba enim hæc Tertullianum adversus Judæos capite de nativitate Christi nonnihil sapiunt:* Quem (*Christum*) exaudierunt omnes gentes, id est, cui omnes gentes crediderunt, cujus & Prædicatores Apostoli in Psalmis David ostenduntur: In universa, *inquit*, terra exiit sonus eorum, & usque ad terminos terræ verba eorum, in quem enim alium universę gentes crediderunt nisi in Christum qui jam venit. *Et paulò pòst*, * BRITANNORUM INACCESSA ROMANIS LOCA, CHRISTO VERÒ SUBDITA: *Negat ad istæc loca Romanos accessisse; Romanos Ethnicos, Cæsares cum suis (opinor) intelligens; Apostolos tamen, sive in illa Ecclesiæ infantia Apostolorum sonum accessisse, sicut David & Paulus antea prædixerant, affirmavit: cujates fuerint Apostoli scimus; per quas demum civitates transvecti, quásque regiones peragrati huc applicaverint, V. Beda non comperuit, aut compertum siluit. Aliquot tamen Christianos Orientales tum quoque Occidentales cum tanta mole Romani imperii, Ecclesiæ vehiculi, per mundum disseminandæ, huc appulisse, nihil video quò minùs viri Docti absque omni veritatis jactura statuant.*

* *RR. Armach. p. 144.*

CAP. 3.

Ut eandem secundus Romanorum Claudius adiens, Orcadas etiam Insulas adjecerit Romano imperio. Sed & Vespasianus ab eo missus Vectam quoque insulam Romanis subdiderit.

When after that

ÐA æfter þon Claudius se Casere se þæs feorþa fram Agusto eft fýrde gelædde on Breotone ⁊ þær butan hefegum gefeohte ⁊ blodgýte mýcelne dæl þæs landes on anþeald onfeng; Spýlce he eac Orcadas þa Galond ða þæron ut on garsecge butan Breotone to Romþara rice geþeodde. ⁊ ðý sýxtan monþe ðe he hider com. he eft to Rome hþearf. ðeos fýrd þæs getogen ðý feorþan geare his rices. þ ger þæs fram Cristes hidercýme. þ sixte eac feoþertigum/fram ðam ýlcan Casere Claudie. þæs sended Uespassianus on Breotone. se æfter Nerone ricsode se geeode þ Galond on Þiht. ⁊ Romana on þealde underðeodde. þ is ðrittiges mila lang Gast ⁊ Þest. ⁊ tþelf mila brad Suð ⁊ Norð; Ða feng Neron to rice æfter Claudie þam Casere; Se naht freomlices ongan on þære cýneþisan. Ac

[ANno autem ab urbe condita septingentesimo nonagesimo *octavo] [a] Claudius Imperator ab Augusto quartus [cupiens se utilem reipublicæ ostentare principem, bellum ubique & victoriam undecunque quæsivit, itaque] expeditionem in Britanniam movit [quæ excitata in tumultum propter non * redhibitos transfugas videbatur. Transvectus in insulam est, quam neque ante Julium Cæsarem, neque post eum quisquam adire ausus fuerat] ibíque sine ullo prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partem in deditionem recepit. Orcadas etiam insulas (ultra Britanniam in Oceano positas) Romano adjecit imperio, ac sexto quâm profectus erat mense Romam rediit, [filióque suo Britannici nomen imposuit.] Hoc autem bellum quarto imperii sui anno complevit, qui est annus ab incarnatione Domini quadragesimus sextus. [Quo etiam anno [b] fames gravissima per Syriam facta est, quæ in actibus Apostolorum per Prophetam Agabum prædicta esse memoratur.] Ab eodem Claudio Vespasianus, qui post Neronem impe-

* *Septimo, Trin. Col. & edit. Colon.*

* M S. *singul. redditos. Edit. Col.*

Ann. Dom. 46.

Act. 11. 28.

betpuh oþepa unþim æpýndleana Rompapa þicep ðæt he * Bpeotona þice fopleti; ravit, in Britanniam missus, etiam Vectam insulam [Britanniæ proximam à meridie] Romanorum ditioni subjugavit. Quæ habet ab Oriente in Occasum triginta circiter millia passuum, ab Austro in Boream duodecim, [in Orientalibus suis partibus mari sex millium, in Occidentalibus trium à meridiano Britanniæ litore distans.] Succedens autem Claudio in imperium Nero, nil omnino in re militari ausus est. Unde inter alia Romani regni detrimenta innumera, Britanniam penè amisit. [Nam duo sub eo nobilissima oppida illic capta atque subversa sunt.]

*lýtelne. C.

NOTÆ.

[a] *Duo potissimùm modi sunt (atque hos attingit V. Beda in hoc capite (an consultò, incertum) & Agabus apud S. Lucam, Act.* 11.28.) *quibus Christiani orientales in Britanniam immigrare potuissent; fames illa per totum mundum grassata, & Claudii Cæsaris in Britannos nostros eodem tempore profectio:* [b] *fames Christianos illos in exercitum Claudii posset cogere; & Claudii imperiique necessitas, eosdem ut milites huc transvehere: his adde Stephani persecutionem, Act.* 8.4. *unde Apostoli passim prædicare cœperant; & Claudio mandante, Christianorum cum Judæis è Roma decessum, Actor.* 18.2. *ut de Sancto Petro* * *Baronius, & illum secutus Rob.* * *Personius, in Britannia versante tantùm conjiciunt. Sed Historiographorum conspirantes sententias (Apostolorum voces hic in Britannia nostra, Evangelii prima semina sparsisse) sectabimur. Vide RR. Armachanum in primord. cap.* 16. *pag.* 740. *de Claudio nonnihil: an S. Petrus in Britanniam venturus illi comes; pag.* 743. *De Apostolorum adventu in Britanniam à pag.* 1. *Primord. ad pag.* 12. *ità ut ad lacunas Glastonienses (asserentes Josephum Arimathæensem huc venisse cum sociis) recurrere, non opus fuerit: Vide ergò pag.* 12. *usque ad* 30. *Baronium ad annum* 183. 4. *qui Gildæ de antiquitate fidei Brit. adsentitur. & Nic. Harpsfeldium hist. Eccl. Angl. cap.* 1. *&* 2. *Consule etiam Joh. Pitsæum de illust. Brit. Script. pag.* 11. *in cap. De Antiquitate Ecclesiæ Brit. & ipsum Rob. Personium, De tribus conversionibus cap.* 1. *pag.* 12. 20. 21.

* Baron. tom. 1. pag. 512. ad ann. Christ. 58
* Rob. Personius, de tribus convers. part. 1. pag. 10, 11.

Cap. 4.

Ut Lucius Britannorum Rex, missis ad Eleutherium Papam literis, Christianum se fieri petierit.

Anno Dom. 156.

Anno ab incarnatione Domini centesimo quinquagesimo sexto, Marcus Antonius [Verus] decimus quartus ab Augusto regnum cum Aurelio Commodo fratre suscepit. Quorum temporibus cùm Eleutherius vir sanctus Pontificatui Romanę Ecclesiæ præesset, misit ad eum [a] Lucius Britannorum Rex * epistolam, obsecrans ut per ejus mandatum Christianus efficeretur. Et mox effectum pię postulationis consecutus est, [b] susceptámque fidem Britanni usque in tempora * Diocletiani Principis inviolatam integrámque quietâ pace servabant.

RR. Armach. pag. 44. & p. 182. & D. H. Spelm. in Concil. pag. 34 & Lambard. in ἀρχαιονομ. fol. 130.
* RR. Armach. p. 141. lin. 4.

Ða þæt þpam Cpiptep hiðep cýme hund teontiġ *ʒ þiftiġ ʒ þix ġeap þ Marcus oþþe naman Antonius þe þæt þeopteoþa þpam Aġuþto ðam Caþepe. þe onþenġ Rompapa þice mid Aurelia hip bpeþep; Ðapa cýninga tiodum þæt þe halga pep Eleuther biscop ʒ Papa ðape Romanipcan cýpican; *ðende to him Lucius Bpeotone cýninge æpend ġeþpit. bæd hine ʒ halpade þ he duph hip bebod Cpistene ġeþpemed pæpe. ʒ hnaþe þa ġeþpemednesse ðæpe apþertan bene pæp fýlġende. ʒ ða onþenġan Bpýttap þulluhte. ʒ Cpistes ġeleaþan

* ʒ þiftiġ. deest C.
* þa. B.

ȝeleaſan. ⁊ ðone anȝealo unȝemmeðne on ſmýltne ſibbe heoloan oþ Deoclitianeſ tiðe þæſ ýſelan Caſeneſ⁊

NOTÆ.

[a] *Anno (inquit) 156, &c. id eſt, Rex Brit. Chriſti luce, & baptiſmo imbutus autoritate fidei* ðone anȝealðe *populo prælucens* * Leuer Maur *lux magna nomine, ſive Lucius creabatur, idque à S. Eleutherio Romano Pontifice, ſed Regis hortatu. De fide Chriſti in hac inſula multò antè propagata, & per Regem Lucium, cum univerſis* † *Regulis baptizatum propugnata, Gildæ Britanni, & Bedæ Saxonis teſtimonia imprimis conferamus. Gildas in editione Polydori Virgil. pag. 14. l. 23.* Univerſo orbi, &c. Chriſtus ſua præcepta indulget tempore (UT SCIMUS) *ſummo Tiberii Cæſaris, quo abſque ullo impedimento ejus propugnabatur religio indicta Senatu nolente, &c. quę licèt ab incolis tepidè ſuſcepta ſint apud quoſdam tamen integrè, & alios minùs, uſque ad perſecutionem Diocletiani Tyranni, &c. Quòd V. Beda Gildam legerit è cap. 22. &c. conſtabit; unde antiquitatẽ Eccleſiæ Britannicæ didicit, neq; hic omnino dedidicit.* Præcepta Chriſti ſuſcepta, *inquit Gildas;* [b] ſuſcepta fides, *Sic V. Beda;* ad perſecutionem Diocletiani, *Sic Gildas: Beda autem,* in tempora Diocletiani Principis, &c. *ſenſus ergò eſt (ſi V. Beda Gildam probaverit) Britanni fidem* Chriſti *in Britannia tempore ſummo Tiberii Cæſaris, & nunc imperante Commodo, magis publicè & intrepidè per baptizatum Regem Lucium ſuſceptam uſque in tempora Diocletiani, &c. Thom. Stapeltonus Anglicè ſic vertit* [WHEREBY the Britaines RECEIVING EVEN the faith] UNDE Britanni RECIPIENTES TUNC fidem, &c. *Cauſæ poſitionem, particulæ (*tunc) interpolationem, & temporis mutationem, quomodo hîc ſanabimus aut excuſabimus, niſi publicam hîc fidei profeſſionem Regis autoritate ſuſtam intellexerit; atque hoc ſenſu Rex Aluredus hîc in verſione Sax. pleniè & planè rem narrat* ⁊ ða *& tunc temporis ſuſceperant Britanni baptiſmum & Chriſti fidem, illámque (ſuſceptæ fidei autoritatem) inviolatam, &c. ſervabant. Sed unde hîc Britannis tam repentè ſolis jubar ſalutare.* * ἐπιφάναι, &c. ἐπιφάνεια, *id. ni fallor, &c. hoc eſt,* Ità quidem certè cœleſti, divinâque virtute & præſidio REPENTÈ, nullâ ferè morâ interpoſitâ, tanquam quoddam ſolis jubar ſalutare, Dei verbum univerſum terrarum orbem ſuo ſplendore colluſtravit, ſacrarum literarum teſtimonio appoſitè reſpondens in omnem terram ſonus divinorum Evangeliſtarum, & Apoſtolorum exivit, & in fines orbis terræ: *ergò,* in penitus toto diviſos orbe Britannos, *aut Evangeliſtæ, Apoſtoli ve, aut illorum ſonus anno à Chriſto paſſo circiter quinto ſtatim pervenit. Vide RR. Armach. in locupletiſſimo illo Primord. Antiquitat. Britan. penu, pag. 3. & 27. & 740. & eruditiſſimum D. Hen. Spelm. in apparatu Concil. Britan. pag 12. Vide etiam Joh. Pitſæum de Antiquit. Eccl. Brit. in lib. de illuſtrib. Script. Brit. pag. 11.*

* *Nem.* MS. *Bibliothec. pub. Cantabr. cap. 18.*

† *Nem.* MS. *ibidem.*

* *Anno à Chriſt. nat. 38. & paſſo 5.*

* *& partic. JAM alibi interſerit. Thom. Stapl. De magnitud. Rom. Eccl. lib. 2. c. 5. ſc.* Jam & vetus Britannia, *&c.*

* *Euſeb. hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 3.*

CAP. 5.

Ut Severus receptam Britanniæ partem vallo à cæteris diſtinxerit.

ÞA þæſ ymb hund teontiȝ pintra ⁊ niȝan ⁊ hund eahtatiȝ pintra· ſnam opihtneſ mennircnyſſe ꝑ Seueſur Caſene ſe þæſ *ſcyſſnica cynneſ oþ þæne býriȝ ðe Lepti hatte ſe þæſ ſeoþonteoȝeþa ſnam Aȝuſto ꝑ he nice onȝenȝ. ⁊ ꝑ hæfde ſeoþontyne ȝeaſ þeſ Caſene

* Aſſnica. C

ANno ab incarnatione Domini centeſimo octogeſimo nono, Severus genere Apher tripolitanus ab oppido Lepti, decimus ſeptimus ab Auguſto imperium adeptus, decem & ſeptem annis tenuit. [Hic naturâ ſævus, multis ſemper bellis laceſſitus,] fortiſſimè quidem rempublicam, ſed laborioſiſſimè rexit. Victor ergò civilium bello-

Anno Dom. 189.

*ꝛihte ꝼꝛamlice *ꝛehte ðа cýneꝼiꝛan. C. Ac hꝼæþeꝛe mid ȝeꝼinne he com on Bꝛeotone mid ꝼýꝛde. ⁊ ðæꝛ mid mýclum ⁊ heꝼeȝum ȝeꝼeohtum mýcelne dæl ðæꝛ ꝺalondeꝛ on anꝼeald onꝼenȝ. ⁊ hit beȝýꝛde ⁊ ȝeꝼæꝛtnade mid dice ⁊ mid eoꝛþꝼealle ꝼꝛam ꝛæ to ꝛæ ꝼꝛam oþꝛum elꝛeoꝛdum ðeodum. ⁊ he ðæꝛ on ꝺoꝼoꝛꝼic ceaꝛtꝛe adle ꝼoꝛþꝼeꝛde. ⁊ Baꝛianuꝛ hiꝛ ꝛunu ꝼenȝ to Bꝛeoten ꝛice;

rum, quæ ei gravissima occurrerunt, in *Britannias defectu penè omnium sociorum trahitur, ubi magnis gravibúsque præliis sæpe gestis, receptam partem insulæ, à cæteris indomitis gentibus non [a]muro (ut quidam æstimant) sed vallo distinguendam putavit. [Murus etenim de lapidibus, vallum verò (quo ad repellendam vim hostium castra muniuntur) fit de cespitibus, quibus circumcisis è terra, velut murus extruitur altus super terram, ità ut *in antè *sit fossa, de qua levati sunt cespites, supra quam sudes de lignis fortissimis præfiguntur. Itaque Severus magnam fossam firmissimúmq; vallum, crebris insuper turribus communitum] à mari ad mare duxit. Ibíque apud Eboracum oppidum morbo obiit, [relinquens duos filios, Bassianum & Getam, quorum Geta hostis publicus judicatus interiit] Bassianus verò [Antonini cognomine] assumpto regno potitus est.

*MS. *sing.* Britanniam. *edit. Col.*

* in antè, *ut Gr.* ἐναντι.

* MS. *sing.* fiat, *edit. Col.*

NOTÆ.

[a] *Deus Opt. Max. unitati fideíque Christianæ futuræ gentis Britannicæ, Picticæ, Romanæ quoque, atque ex illis enascenti Ecclesiæ suæ Pambritannicæ consulturus, muro (à Cæsaribus Romanis consilium Dei nescientibus) interjecto, robusti, & bellicosi populi ad tempus sejungit corpora, ut mentes conjungat; sedato priùs tumultu civili atque intestino. Sed de quatuor prætenturis hujus muri (vel ut V. Beda, valli) sc. Julii Agricolæ, Adriani, Lollii Urbici, Severi denique de quo hîc V. Beda & de aliis ejusmodi, labores exantlatos RR. Armach. in addendis & emendandis, pag. 1021. & Cl. Camden. de muro Pictico consulite. Vide hîc etiam cap. 12.*

Cap. 6.

De imperio Diocletiani, & ut Christianos persecutus est.

ÐA ꝼæꝛ ýmb tu hund ꝼintꝛa ⁊ ꝛýx ⁊ hund eahtatiȝ æꝼteꝛ ðæꝛe dꝛihtenlican mennýꝛcnýꝛꝛe. ꝥ Dioclitianuꝛ Caꝛeꝛe ꝛe ꝼæꝛ ꝼꝛam Aȝuꝛto ðꝛidde eac ðꝛittiȝum ꝛe hæꝼde tꝼentiȝ ꝼintꝛa ꝛice. ꝛe ȝeceaꝛ Maximianum him to ꝼultume hiꝛ ꝛiceꝛ. ȝeꝛealde him Ꝼeꝛt dæl middan eaꝛdeꝛ. ⁊ he onꝼenȝ *cýne ȝeꝼædum ⁊ com on Bꝛeotone. ðа betꝼýh ðа moniȝan ýꝼel ðe hi dýdon [* Dioclitianuꝛ in ꝺꝛt dæle. ⁊ Maximianuꝛ in Ꝼeꝛt dæle] hi hýndon ⁊ heꝛȝedon Godeꝛ cýꝛican ⁊ ýꝼeledon ⁊ ꝛloȝan Cꝛiꝛtene

*cýnelicum. B.

*MS. *Ben sed* MS. *Cantabr.* Dioclitianuꝛ onꝼeꝛt dæle *tantùm; sed mutilum & falsum est.*

ANno incarnationis Dominicæ ducentesimo octogesimo sexto Diocletianus tricesimus tertius ab Augusto Imperator ab exercitu electus, annis viginti fuit. Maximianúmque [cognomento Herculium socium* creavit imperii. Quorum tempore Carausius quidam genere quidem infimus, sed consilio & manu promptus, cùm ad observanda Oceani litora (quæ tunc Franci & Saxones ininfestabant) positus, plus in perniciem quàm in proventum Reipublicæ ageret, ereptam prædonibus prædam, nulla ex parte restituendo dominis, sed sibi soli vendicando, accedens suspicionem, quia ipsos quoque hostes ad incursandos fines artificii negli-

Anno Dom. 286.

* ordinavit, *T.*

ſtene men. onfengon hiġa teoġan ſtope on ehtnýſſe Godef cýſ-cena æfter Nefone Cafefe pæſ ſeo ehtnýſſe þýſſa afleaſſa cýninga unmetna ⁊ ſingalne eallum þam * æfgedonum on middan eande forþon dunh týn pintef full Godef cýricena [*bæfneſſe] ⁊ unſceaþþiendra forðemednefſe. ⁊ ſlege haligra martýra unblinnendlice don pæſ. pæſ eac Bnýten da ſpýðe * gehýned on mýclum * puldre Godef geleafan. ⁊ ondetnýſſe; gentia permitteret. Quamobrem à Maximiano juſſus occidi] purpuram ſumpſit, ac Britannias occupavit [quibus ſibi per ſeptem annos fortiſſimè * vindicatis ac retentis, tandem fraude Allecti ſocii ſui interfectus eſt. Allectus verò poſtea ereptam Carauſio inſulam per triennium tenuit, quem Aſclepiodotus præfectus prætorio oppreſſit, Britanniámq; poſt decem annos recepit.] Interea Diocletianus in Oriente, Maximianus Herculius in Occidente vaſtari Eccleſias, affligi, interficíque Chriſtianos decimo poſt Neronem loco præceperunt; quæ perſecutio omnibus ferè anteactis diuturnior atque immanior fuit: Nam per decem annos incendiis Eccleſiarum, proſcriptionibus innocentûm, cædibus Martyrum inceſſabiliter acta eſt. Denique etiam Britanniam cum plurima confeſſionis Deo devotè *gloria ſublimavit.

* æfdædum. B.
* MS. B. hýnnýſſe. Cantabr.
* head. B. geheed. C.
*MS. B. & C. ſed Cantabr. dundre

* vindicatit. W.

* Sax. *in magna gloria Divinæ fidei & confeſſionis, ut* Rom. 10.10.

Cap. 7.

Paſſio S. Albani & ſociorum ejus, qui eo tempore pro Domino ſanguinem fuderunt.

Sýlce eac on þa tid on Bneotone pæſ dnopiende Scſ Albanuſ. be þam Fortunatuſ Preſbýter on fæmnena lofe. da he gemýnegode dara eadigra Martýra da þe of eallum middan geande to Dnihtne comon; Cpæþ he. Done æþelan Albanum ſeo pærtmbefiende Bnýton forþbeneþ; Pæſ he Albanuſ hæfen da gýt. þa dara treoflearra Cýninga beboda þiſ Criſtenum monnum grimmedon. da gelamp þe rumne Godef mann pneoſtehadef. ſe pæſ *da neþan ehtenaſ fleonde on geſtliſnýſſe onfeng. And mid þý de he hine da gefeah onfingalum gebedum ⁊ pæccum dæged ⁊ nihtef beon abýrgade. da pæſ he femninga mid þam godcundan gýfe gefafen ⁊ gemiddad. ⁊ he rona býrene hiſ geleafan ⁊ afæſtnefſe [* onhýrian] ongan. ⁊ ſſýlce eac ſtiece mælum hiſ þam halfendan týmnýſſum pæſ gelæred. þ he forlet þa dýſtro deofulgýlda ⁊ of innefeardre heortan Criſten pæſ

Siquidem * in ea paſſus eſt Sanctus Albanus, de quo presbyter Fortunatus in laude virginum, cùm beatorum Martyrum, qui de toto orbe ad dominum venerant, mentionem faceret, ait,

Albanum egregium fœcunda Britannia profert. Qui videlicet Albanus paganus adhuc, cùm perfidorum Principum mandata adverſum Chriſtianos ſævirent, clericum quendam perſecutores fugientem hoſpitio recepit. Quem dum orationibus continuis ac vigiliis diu noctúque ſtudere conſpiceret, ſubitò divinâ gratiâ reſpectus exemplum fidei ac pietatis illius cœpit æmulari, ac ſalutaribus ejus exhortationibus paulatim edoctus, relictis idololatriæ tenebris, Chriſtianus integro ex

Siquidem in ea tempeſtate paſſus eſt ſanctus Albanus regnante in tempore illo Maximiano Herculio in Britannia, paſſus eſt ſub eo ejuſdem Inſulæ incola ſanctus Albanus, de quo Presbyter, &c. W.

*ſe pæſ pneoſt ⁊ pæſ þæſ neþan. &c. B.
* MS. B. *ſed* onbýrigean. *Cant. pro* onhýrigean.

þæs geþorden. mid ðý ða se fo-
resprecena Godes man. fela da-
ga mid him þæs on gestliþnesse.
ða becom ꝥ to earan ðæs man-
fullan ealdormannes. ꝥ Albanus
* þeoþ. B. hæfde ðone Cristes * andettere
digollice mid him. ða het he
hraþe his ðegnas hine secan ⁊
acsian. ða sona ðæs ðe hi coman
to ðæs Martýres huse ða Scs̄
Albanus forðam cuman ðe he
* MS. Ben gefeormade [*⁊ his Magistre]
gegýrede hine ða his munuc ge-
gýrelan. ⁊ eode him on hond ⁊
hi hine gebundenne to him læd-
don ; Ða gelamp hit on þa ýlcan
tid þe Albanus to him gelæded
þæs. ꝥ he se dema stod æt his
godgýldum. ⁊ deoflum onsægd-
nesse bær. mid ðý ðe he beseah
Scm̄ Albanum. þa þæs he sona
ýrre geþorden. forþam he mid
his sýlfes þillum geþristade ꝥ
he hine sýlfne on geþeald sealde
sþýlcere frecednýsse forðam
cuman ðe he on gestliþnýsse
gefeormode. het hine ða teon
⁊ lædan to ðam deofolgýldum.
ðe he ætstod ; Cþ̄ him ðus to.
* man- forþon ðe ðu þone *mangengan
fullan. B. ⁊ ðone þiþfeohtend. ⁊ þone for-
hýcgend ura goda ðu me helan
þoldest. sþýþor ðonne minum
ðegnum secgean. ðonne þite
þu ꝥ ðu scealt ðam ýlcan þite
onfon. ðe he geearnode. gif ðu geþitan ðencest fram
bigange ure æfestnýsse ; And Scs̄ Albanus ða mid
his sýlfes þillan cýþde ⁊ openade ðam ehterum godes
geleafan ꝥ he cristen þære. ⁊ he ne þæs ondredende ða
* beot. B. *beotunge þæs ealdormannes. Ac he begýrded þæs mid þæp-
num þæs gastlican camphades. ⁊ he openlice sæde ꝥ he his
bebodum hýrsumian ne þolde ; Ða cþ̄ he se ealdorman ⁊ se
dema him to. Saga me hþýlces hiredes ⁊ hþýlces cýnnes þu
si. ⁊ þa andfþarede him Scs̄ Albanus. hþæt limpeþ þæs to þe
of hþýlcum þýrtruman ic acenned si. ac gif ðu þýlle ge-
hýran ꝥ soþ minre æfestnýsse ðonne þite ðu me cri-
stene

corde factus est. Cúmque præfatus clericus aliquot diebus apud eum hospitaretur, pervenit ad aures nefandi Principis, confessorem Christi, [cui necdum fuerat locus Martyrii deputatus] penes Albanum latere. Unde statim jussit milites eum diligentiùs inquirere. Qui cùm ad tugurium martyris pervenissent, mox se Sanctus Albanus pro hospite ac magistro suo ipsius habitu, id est, caracallâ, quâ vestiebatur, indutus, militibus exhibuit ; atque ad judicem vinctus perductus est: Contigit autem judicem eâ horâ, quâ ad eum Albanus adducebatur, aris assistere, ac dæmonibus hostias offerre. Cûmque vidisset Albanum, mox irâ succensus nimiâ, quòd se ille ultrò, pro hospite quem susceperat, militibus offerre ac discrimini dare presumpsisset, ad simulacra dęmonum, quibus assistebat, eum jussit pertrahi. Quia rebellem, inquiens, ac sacrilegum celare, quàm militibus reddere maluisti, ut contemptor * divûni, meritam blasphemiæ suæ pœnam lueret ; quæcunque illi debebantur supplicia, tu solvere habes, si à cultu nostræ religionis discedere tentas. At Sanctus Albanus, qui se ultrò persecutoribus fidei Christianum esse prodiderat, nequaquam minas Principis metuit, sed accinctus armis militiæ spiritualis palam se jussis illius parere nolle pronunciabat. Tum judex, Cujus, inquit, familiæ, vel generis es ? Albanus respondit, Quid ad te pertinet quâ sim stirpe genitus ? Sed si veritatem religionis audire desideras, Christia-

* Deorum, c. & VV.

*þegnum þenian þille. B.

Hunc quidem Teſtamentum veteris legis, ſicut & in ſuperiori capitulo jam diximus, pollutum dicit; & niſi lotum aquâ ei uſque ad veſperum intrare Eccleſiam non concedit. Quod tamen aliter populus ſpiritalis intelligens, ſub eodem intellectu accipiet quo prefati ſumus: quia quaſi per ſomnium illuditur, qui tentatus immunditiâ veris imaginibus in co-

ȝeþohte bið beȝmiten. ac he iȝ
mið þæteȝe to þþeanne. ꝥ iȝ þæt
he ða ȝýnne ðæȝ ȝeþohteȝ mið
*butan. B. teaȝum aþþea. ⁊ * nýmþe æȝ ꝥ
ȝýȝ þæȝe coȝtnunȝe ȝeþite. ꝥ he
hine ȝcýldiȝne onȝete ȝþa ȝþa
* æȝen tið ꝥ he æȝ on Godeȝ huȝ ne ȝa. B. oð æȝen tið*; Ac hþæþeȝe iȝ on
ðæȝe ýlcan býȝmȝunȝe ȝþýþe
nýð ðeaȝȝlic ȝeȝceað. ða þe
ȝmealice ȝeþencan ȝculan oȝ
hþýlceȝe þiȝan þam moðe hit ȝe-
ȝanȝe ðæȝ ȝlæpendan. ȝoȝþon
hþilum hit ȝelimpeð oȝ oȝeȝ-
ȝýlle. hþilum oȝ ðæȝ ȝecýndeȝ
oȝeȝȝloþnýȝȝe ⁊ untȝumnýȝȝe.
hþilum oȝ ȝeþohte. ⁊ þonne hit
oȝ ðæȝ ȝecýndeȝ oȝeȝȝloþnýȝ-
ȝe ⁊ untȝumnýȝȝe becýmeð eal-
le ȝemete ðeoȝ býȝmȝunȝ niȝ
to ondȝæðanne. mið ðý ꝥ moð
ðýȝ ne þitende aȝæȝnað. ȝoȝ-
*ȝþiþoȝ to ȝaȝȝienne. B. ðon heo iȝ ma to * ȝaȝianne
þonne to ȝeȝȝemmanne; Mið
þý heo ðonne ȝelimpeð ȝeo
býȝmȝunȝ ȝoȝ oȝeȝȝýllo þonne
haȝaþ ꝥ moð hþýlce huȝu ȝcýldo
* Sic MS. C. at MS. Cantabr. beȝe-nýȝȝe. nalæȝ hþæðeȝe oð [* beþeȝe-
neȝȝe] to onȝonne þam halȝan
ȝeȝýne oþþe ða ȝýmbelnýȝȝe to
mæȝȝianne * mæȝȝe ȝanȝeȝ. ꝥ
* Sic MS. B. nýð abæðeð oþþe ȝýmbel dæȝ
ȝelimpð oþþe oþeȝ ȝaceȝð on
þæȝe ȝtoþe ne bið. ȝeðe ȝoȝ hi-
ne ꝥ ȝeȝýne mæȝȝe ȝanȝeȝ ȝe-
* sic MS. B. & C. ȝeaȝþie. ȝiȝ þæȝ þonne oþȝe* ȝýnð
þa þe þa þenunȝe ȝeȝýllan mæȝe
þonne ȝceal he [*hine] eaþmoð-
lice ahabban ȝȝam onȝæȝðnýȝȝe
ðæȝ halȝan ȝeȝýneȝ. þæȝ ðe ic
deme; Giȝ þonne oȝ ȝcondlicum ȝeþohte þæȝ þæccendan
up cýmeð ȝeo býȝmȝunȝ ȝlæ-
pendeȝ. hþæt þonne openaþ
* biȝmeȝneȝ B. þam moðe hiȝ ȝcýld ȝoȝþon he ȝeȝýhþ ȝȝam hþýlcum
þýȝttȝuman ȝeo * beȝmiteneȝ ȝoȝþbecom. ꝥ iȝ ꝥ he þæc-
cende þohte ꝥ he no þitende aȝæȝnoðe. ac þonne ȝýt iȝ ȝe
ȝýlȝa

gitatione inquinatur, sed lavandus est aquâ, ut culpas cogitationis lacrymis abluat. Et nisi priùs ignis tentationis recesserit, reum sequasi usque ad vesperum cognoscat. Sed est in eadem illusione valde necessaria discretio, quæ subtiliter pensari debet, ex qua re accidat menti dormientis: Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cùm ex naturæ superfluitate vel infirmitate evenerit, omnimodò hæc illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulisse magìs dolendum est, quàm fecisse. Cùm verò ultra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atq; idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum; non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sancti *mysterii*, vel Missarum solennia celebrandi: cùm fortasse aut festus dies exigit, aut exhiberi mysterium (pro eo quod sacerdos alius in loco deest) ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alii, qui implere * *mysterium* valeant, [illusio * pro crapula facta, à perceptione sacri *mysterii* prohiberi non debet:] sed ab immolatione *mysterii* abstinere (ut arbitror) humiliter debet; [si tamen dormientis mentem turpi imaginatione non concusserit. Nam sunt quibus ità plerunque illusio nascitur, ut eorum animus etiam in somno corporis positus, turpibus imaginationibus non fœdetur. Qua in re unum ibi ostenditur, ipsa mens rea, non tamen vel suo judicio libera, cùm se, etsi dormienti corpore, nihil meminit vidisse, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluviem cecidisse.] Sin verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio dormientis, patet animo suo reatus * suus. Videt enim à qua radice inquinatio illa processerit, quia quod cogitavit sciens, hoc * pertulit nesciens. Sed pen-

* *ministerium. T. & C.*
* *Edit. Col.* per crapulam, *contra MS. sing.*
* *Sic MS. sing.*
* *Edit. Col.* protulit, *contra MS. sing.*

ſýlfa ȝeþoht to ſmeaȝeanne. hþæðeꝛ he ȝeeode þe mid ſcýlde ðe mid luſtfullnýſſe. oþþe hþæþeꝛ þonne ȝýt ꝥ maꝛe iſ mid ȝýfunȝe þæꝛe ſýnne. foꝛþon þꝛým ȝemetum bið ȝefýlled æȝhþýlc ſýn. ꝥ iſ æꝛeſt ðuꝛh ſcýnnýſſe ⁊ ðuꝛh luſtfulnýſſe. ⁊ þuꝛh ȝeþafunȝe. ſeo ſcýnneſ bið ðuꝛh deofol. ſeo luſtfulnýſ biþ þuꝛh lichoman. ſeo ȝeþafunȝ biþ þuꝛh ȝaſt. foꝛþon þa æꝛeſtan ſýnne ſe þeꝛiȝa ȝaſt *ſcýnde þuꝛh þa nædꝛan ⁊ [*ȝuan] ſþa ſþa lichoma þæſ luſtfulliende ⁊ Adam hine þonne ſþa ſþa ȝaſt ȝeþafode. ða þæſ ſeo ſýn ȝefýlled. ⁊ mýcel nýdðeaꝛfnýſ iſ ꝥ ꝥ ȝeſcead betþýh ða ſcýnneſſe ⁊ ða luſtfulnýſſe. ⁊ eft betþýh ða luſtfulnýſſe ⁊ þa ȝeþafunȝe ꝥ mod ſýlf hi ſdema ſi. foꝛ ðon mid þý ſe þeꝛiȝa ȝaft ða ſýnne *ſceþþeð on mode. ȝif [*næniȝ] luſtfulnýſ ðæꝛe ſýnne æftep filiȝeð eallum ȝemetum ne bið þæꝛ ſýn ðuꝛhtoȝen. mid ðý ðonne ſe lichoma onȝinneð luſtfullian. þonne onȝinneþ þæꝛ ſýn acenned beon. ȝif he þonne mid þanc metuncȝe ⁊ ðꝛeodunȝe ȝeþafað. ðonne bið onȝýten ðæꝛ ſýn ȝefꝛemed beon. ⁊ on ſcýnnýſſe ſýnne ȝif ꝥ mod bið on luſtfulnýſſe ðæꝛ bið* fedneſ. in ȝeþafunȝe bið fullfꝛemednýſſ. ⁊ ꝥ oft ȝelimpeð ꝥ ſe þeꝛiȝa ȝaſt ſaþeþ on ȝeþohte ꝥ ſe lichoma ꝥ in luſtfulnýſſe* tid. ⁊ hþæþeꝛe ꝥ mod þæꝛe ýlcan luſtfullnýſſe ȝeþafaþ. ⁊ mid þý þe þitan ꝥ ſe lichoma ne mæȝ luſtfullian butan ðam mode. hþæþeꝛe ꝥ ſýlfe mod bið þinnende þiþ þam unꝛiht þilnunȝum þæſ lichoman. hþæt hit þonne ꝥ mod on þæꝛe lichomlican luſtfullneſſe ſume ȝemete þuꝛh nýd býð ȝebunden. ꝥ hit ðæꝛe luſtfulnýſſe of ðam ſýlfan ꝛihte þiþcþýð. ꝥ ne ȝeþafiȝe. ⁊ hþæþeꝛe mid þa luſtfulnýſſe ȝebunden bið. ac he ſþýðe* hoȝað ⁊ ȝeomeꝛað hine ſþa ȝebundenne; Be ðon ſe mæſta cempa ⁊ ſe hýhſta ðæſ heofonlican þeꝛodeſ Scſ' Pauluſ ſe Apoſtol hoȝiende ⁊ ȝeomꝛi-

*sic MS. B.
*sic MS. B. sed Cantab.
ýþde.
eoþde. C
*ſcýfþ. B.
ſcýþ. C.
*sic MS B. ut Lat.
*Sic MS. C. sed Cantabr.
feoneſ.
*ȝetýþ. B.
tihþ. C.
*ȝæð. B. & C.

ſandum eſt, ipſa cogitatio utrùm ſuggeſtione, an delectatione, vel quod majus eſt, peccati conſenſu acciderit. Tribus etenim modis impletur omne peccatum; videlicet, *ſuggeſtione, delectatione, conſenſu*. *Suggeſtio* quippe fit per diabolum; *delectatio* per carnem; *conſenſus* per ſpiritum. Quia & primam culpam ſerpens *ſuggeſsit*, Eva velut caro *delectata* eſt, Adam verò velut ſpiritus *conſenſit*. Et neceſſaria eſt magna diſcretio, ut inter *ſuggeſtionem* atque *delectationem*, inter *delectationem* & *conſenſum*, judex ſui animus præſideat. Cùm enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omnimodò perpetratum non eſt. Cùm verò *delectare* caro cœperit, tunc peccatum incipit naſci. Si autem ex deliberatione conſentit, tunc peccatum cognoſcitur perfici. In *ſuggeſtione* igitur peccati *initium eſt, in *delectatione* fit nutrimentum, in * *conſenſu* perfectio. Et ſæpè contingit, ut hoc quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in delectationem trahit; nec tamen anima eidem delectationi conſentiat. Et cùm caro delectare ſine anima nequeat, ipſe tamen animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur invitus, ut ei ex ratione contradicat, nec conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehementer ingemiſcat. Unde & ille cœleſtis exercitûs præcipu-

Peccatum tribus modis perpetratur.

*ſemen. Vid.
* in perfecto conſenſu fœtus. W.

omrıende cp'. Jc ȝeseo oþre æ' on
*lımum C. mınum * leomum. pıþfeohtende
ðære æ' mınes modes. ⁊ ȝehæf-
tendne me ıs lædende on sýnne
æ'. seo ıs on mınum lımum. ⁊ ȝıf
he ȝehæfted þæs hþæt he þonne
* flat. B. ne * feaht. Ac ða he feaht for-
ðon he þæs ȝehæfted. ⁊ ȝefeaht
mıd ða æ' ðæs modes þære þıð-
feaht seo æ' seþe on hıs lımum
þæs. ȝıf he feaht ne þæs he ȝehæf-
ted. ⁊ se mon bıð þæs þe spa to
cpeþanne sı. æȝhþæþer ȝe ȝehæfted ȝe freo. he bıð freo of
ðære soþfæstnýsse þe he lufaþ. he bıð ȝehæfted of þære
* bereþ. C. lustfullnýsse ða he * býreð ȝenýded;

us miles gemebat dicens: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis.* Si autem *captivus* erat, minimè *pugnabat*, sed & *pugnabat*, quapropter & *captivus* erat, & *pugnabat*: igitur *legi mentis*, cui *lex* quæ in *membris* est, repugnabat. Si autem *pugnabat*, *captivus* non erat. Ecce itaque homo est (ut ità dixerim) *captivus* & *liber*. *Liber* ex justitia quam diligit, *captivus* ex *delectatione* quam portat invitus. Rom. 7.

Ðıs sýndon ⁊ spare ðæs eadıȝan Papan Scs' Gregorıus to ȝeþeahtunȝe ⁊ to ȝefrıȝnýsse þæs arþurðan bıscepes Scs' Aȝustınus;

Hucusque responsiones beati Papæ Gregorii ad consulta reverendissimi antistitis Augustini [Epistolam verò quam se Arelatensi Episcopo fecisse commemorat, ad Vergilium Etherii successorem dederat. Cujus hæc forma est.]

NOTÆ.

Beatus Gregorius quæstionibus Augustini per omnia responsurus, illa quæ aut perfectè existunt Moralia, aut saltem quæ mediam inter Moralia & Cæremonialia viam tenere visa sunt (nè quid à populo Anglorum ad Deum converso, ἀγρηστοῦς fiat) juxta legem morum, ex solo verbo Dei, piè conatur instituere. Quanti hinc auctoritatem Beati Gregorii Majores nostri fecerint, analectæ præsentes indicabunt: Sic Latinè transfero.

Miscel. Sax. ad finem Bedæ Sax. MS. Cot. pag. 353. lin. 6.

Gıf ðe ðonne secȝen suþan cýmene Brýtt. oþþe Franca þ ðu ȝebann sceole her on eorþan ænıȝ healdan þæs ðe Moýses ıu mælde to leodum. na ðu ðæs andfenȝ æfre ȝeþýrþe. ac þu þ sýlf heald þ ðe suðan com from Romana rıce hýrde Gregorıae ȝumena Papa;

Si quando tibi dixerint (ô Saxo) ab austro venientes Britanni, sive Franci, ut tenendum decernas hic in terra quodcunque Moses olim populis tradiderit, hoc perpetuò, ut axioma, nè suscipias: Quin hoc ipsum observabis quod ab austro à GREGORIO Pastore Romani imperii vigilantissimo, ad te pervenit.

Verùm Ecclesia Catholica, Christi sponsa, licèt Gregorium Magnum magni faciat, Mosem tamen ut Legislatorem θεόπνευστον longissimè anteponit. Christus verò qui habet Sponsam Sponsus est; famulus & amicus Sponsi, sive Gregorius, sive alius quis, qui stetit & audivit eum, gavisus est propter vocem Sponsi: neque huic unquam Sponso propter Sponsam, sed Sponsæ propter Sponsum, in Mose loquentem, B. Gregorius auscultavit.* * Joh. 3. 29.

* Gentem Anglorum fidem CHRISTI accepisse, (*prædicante Augustino*) *& S. Gregorius ad responsum primum*: Ecclesia Anglorum, auctore DEO, nuper ad fidem perducta est: συνεκδοχικῶς *pro parte gentis Anglorum, & pro parte Ecclesiæ, &c. Sic* Memoriale historiarum*, Augustinus Anglorum Episcopus cùm jam aliquam PARTEM Anglorum & Saxonum ad fidem convertisset, habitâ Synodo, & congregatis Episcopis Britanniæ & Scotiæ, eos ad se invitans hortatus est * MS. Bibl. Publ. Cantab. pag. 254. lin. 7.

est, ut RELIQUOS convertere possent, &c. *quod & res ipsa in historia præsenti copiosissimè demonstrabit.*

b Clerici extra sacros ordines, &c. *Huc referantur de mente B. Gregorii explicanda quæ de* Hom. 34. Latinè dedi: an sensum Gregorii rectè assequantur necne, aliorum sit judicium.*

* Pag. 57. Dominica in Septuagesima.

Ælcum menn ȝeðafenaþ clænnýȝ ⁊ ȝþiþoȝt ȝehaðoðum Goðeȝ ðeoþum þ ðæȝ læþeðan manneȝ clænnýȝ ðæna ðe Goðe ðeniað þ hi eallunȝa fram flæȝclicum luȝtum hi foȝhabbon. ⁊ ðam ȝehaðoðum ȝeðafenaþ þ hi Goðe ȝeȝtrýnon ða cild ða læþeðan men to ðýȝȝene þoȝulde ȝeȝtrýndon ⁊ Gemæneȝ haðeȝ þreoȝtum iȝ alýfed æfter ðæȝ halȝan Greȝorieȝ tæcinȝe. þ hi ȝýfenlice ȝinȝciþeȝ brucon ⁊ Þitoðlice ðam oþrum ðe æt Goðeȝ þeofoðe ðeniaþ þ iȝ Mæȝȝeþreoȝtum. ⁊ Diaconum iȝ eallunȝa foȝboðan ælc hæmeð ⁊

Singulis hominibus castitas convenit: maximè autem Dei ministris sacros ordines consecutis: hoc est, Laicorum hominum castitas, illorum scilicet qui Deo serviunt, hujusmodi est, ut illi omnino à carnalibus concupiscentiis se abstineant: Ordinatis autem convenit, ut Deo liberos procrearent, quos homines Laici huic mundo procreârunt. * COMMUNIS ORDINIS SACERDOTIBUS *licebit, secundùm S. Gregorii institutionem,* UT SOBRIE CONJUGIO UTI VELINT; *verùm cæteris qui ad altare Dei serviunt, hoc est, Missæ sacerdotibus, & Diaconis, quodvis conjugium omnino interdicitur.*

* *Hunc ipsum Bedæ locum intelligit.*

Post Scripturam sacram imprimis obtinet canon ille notissimus Apostolorum, viz. Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας, *&c. id est,* Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus suam uxorem nè ejiciat sub prætextu religionis; sin verò ejecerit, excommunicetur; persistens verò deponatur.

Vide Zonaram in Canon. SS. Apostol. Canon. 5. & Balsamon in eundem Canon.

c In qua tu SOLUS Episcopus, &c. *scilicet Augustinus: solus* viz. *à B. Gregorio adhuc in Anglorum Ecclesiam Episcopus institutus. Verùm tunc temporis solus in Anglia Episcopus haud fuit Augustinus: nam in aula Regis Cantii (Anglorum) Ethelberti scil. Luidhardus, natione Gallus, Reginæ Berhtæ, etiam Gallicæ Heroinæ, in sacris Doctor, Episcopus claruit: Claruerunt quoque in eadem insula Britanniæ (de qua re hoc cap. consulite, & lib. 2. cap. 2.) Episcopi Britannorum, neque illi ab hujus operis (consecrandi Episcopos) communione eximendi viderentur: Nam Cedda Eboracensium Episcopus à VVini Britannico Episcopo duobus quoque Presbyteris Britannicis adjuto, consecratus fuit: sed V. Beda causam subdit,* Non enim erat (*inquit*) tunc ullus, excepto illo Wini, in tota Britannia canonicè ordinatus: *Quin verò cæteros, ætate Augustini, Britannicos Episcopos B. Gregorius Episcoporum titulo dignos censuit; neque canonem Britannicæ institutionis (modò convenisset de Pascha observando, &c.) summus ille Pontifex improbavit.*

Vide lib. 3. cap 28.

d Perversi (*Episcopi Britannorum*) auctoritate corrigantur, *&c.* μετὰ πάσης ἐπιτάγης. cum omni auctoritate, *Tit. 2. 15. sed non* ἀπεσίμως, acerbiùs, *quasi* malæ bestiæ, pigri ventres Cretensium *fuissent, Tit. 1. 13.* Auctoritate JUSTA, *sic emollit Th. Stapeltonus rectissimè: nè principes malis artibus incitati, afflictissimos Bangorenses auctoritate injustâ, invito B. Gregorio, opprimerent. Gregorii mentem ex ore suo contemplemur, paulò suprà, ad quartum responsum, pag. 82.* Hoc tua (*scil. ô Augustine*) fraternitas ex persona FURIS (*multò magìs Episcopi*) pensare potest, qualiter valeat corrigi: *hinc infrà*, ex charitate agendum est (*cum fure scil. multò magìs cum Episcopo*) non ex furore. *Sensus ergò est,* Perversi Episcopi (*ô Augustine*) auctoritate, ex charitate, non ex furore, *absque** MINIS *&* cæde corrigantur. *Videte lib. 2 cap. 2.*

* *Eph. 6. 9.*

Cap. 28.

Ut Papa Gregorius Epistolam Arelatensi Episcopo pro adjuvando in opere Dei Augustino miserit.

Sax. deest. *Reverendissimo & sanctissimo fratri Virgilio coepiscopo Gregorius servus servorum Dei. Quantus sit affectus venientibus spontè fratribus impendendus, ex eo quòd plerunque solent charitatis causâ invitari, cognoscitur. Et ideò si communem fratrem Augustinum Episcopum ad vos venire contigerit, ità illum dilectio vestra sicut decet affectuosè dulciterque suscipiat, ut & ipsum consolationis suæ * honore foveat, & alios qualiter fraterna charitas * colenda sit, doceat. Et quoniam sæpiùs evenit, ut hi qui longè sunt positi, priùs ab aliis quæ sunt * emendata cognoscant, siquas fortasse fraternitati vestræ sacerdotum vel aliorum culpas intulerint, unà cum eo residentes subtili cuncta investigatione perquirite. Et ità vos in ea quæ Deum offendunt, & ad iracundiam provocant, districtos ac solicitos exhibete, ut ad aliorum emendationem & vindicta culpabilem feriat, & innocentem falsa opinio non affligat. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater. Data die decimo Kalendarum Juliarum imperante Domino nostro Mauritio Tiberio pissimo Augusto anno decimo nono, post consulatum ejusdem Domini nostri anno decimo octavo, indictione quartâ.*

* honore foveat. *T. & W.*
* *Sic MS. sing.* * emendanda. *T. & C.*

Cap. 29.

Ut idem Augustino pallium & epistolam, & plures verbi ministros miserit.

Ꮥƿylce Agustinus hæt him eac onbeodan ƿ hęr pæne mycel þíng ondpeard and *þeapf. C. þýnhtan. And he þa þende mid dam forðgerynecenan æhendpracan him mapan fultum to godcundre lare. on þam pæpon da æpestan ⁊ da mæstan. Mellitus. ⁊ Justus. ⁊ Paulinus. ⁊ Rupinianus. ⁊ dufh hi þende gemænelice da ding eall da de to cýpican bigange ⁊ þenunge nýdþeanþlico pæpon. husel fatu. ⁊ * pigbiscs hpægl. B. ⁊ cýpicean gerynelan. ⁊ diacon gepeorod hpægl. C. gezýnelan. rþylce eac dapa Apostola ⁊ haligra Martýra reliquiar. ⁊ monige bec; Sende he eac rþylce Agustine dam Biscop pallium ⁊ gepritt. on dam he getacnade hu he sceolde ofne Biscopas halgian ⁊ on hþylcum stopum settan on Breotone;

PRæterea idem Papa Gregorius Augustino Episcopo (quia fuggesserat ei *multam quidem sibi esse messem, sed operarios paucos*) misit cum præfatis legatariis suis plures cooperatores ac verbi ministros, in quibus primi & præcipui erant Mellitus, Justus, Paulinus, Rufinianus, & per eos generaliter universa, quæ ad cultum erant ac ministerium Ecclesiæ necessaria, a vasa videlicet sacra & vestimenta altarium, ornamenta quoque ecclesiarum, & sacerdotalia vel clericalia indumenta, sanctorum etiam Apostolorum ac Martyrum reliquias: nec non & codices plurimos. Misit etiam literas, in quibus significat, se ei pallium direxisse, simul & insinuat qualiter Episcopos in Britannia constituere debuisset: [quarum literarum iste est textus.] *Matth. 9. 37.*

Sax. deest. *Reverendissimo & sanctissimo fratri Augustino coepiscopo Gregorius servus servorum Dei. Cùm certum sit, pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reservari, nobis tamen eis necesse est honorum beneficia tribuere, ut in spiritalis operis studio ex remuneratione valeant multipliciùs insudare. Et quia nova Anglorum Ecclesia ad omnipotentis DEI gratiam, eodem Domino largiente, &*

te laborante perducta est, usum tibi[b] *pallii in ea ad sola Missarum solennia agenda, concedimus, ità ut per loca singula duodecim Episcopos ordines qui tuæ subjaceant ditioni, quatenus* Londoniensis civitatis Episcopus semper in posterum à synodo propria debeat consecrari; atque honoris pallium ab hac sancta & Apostolica (cui Deo auctore deservio) sede percipiat. Ad* Eboracũ verò civitatem te volumus Episcopum mittere, quem ipse judicaveris ordinare, ità duntaxat, ut si eadem civitas cum finitimis locis VERBUM DEI receperit, ipse quoque* duodecim Episcopos ordinet, & Metropolitani honore perfruatur. Quia ei quoque (si vita comes fuerit) pallium tribuere, Domino favente disponimus; quem tamen tuæ fraternitatis volumus dispositioni subjacere. Post obitum verò tuum ità Episcopis, quos ordinaverit, præsit ut Londoniensis* Episcopi nullo modo ditioni subjaceat. Sit verò inter Londoniensis & Eboracensis civitatis Episcopos in posterùm honoris ista distinctio, ut ipse prior habeatur qui priùs fuerit ordinatus. Communi autem consilio & concordi actione quæque sunt pro Christi zelo agenda, disponant unanimiter; rectè sentiant, & ea quæ senserint, non sibimet discrepando perficiant. Tua verò fraternitas non solùm eos Episcopos quos ordinaverit, neque hos tantummodò qui per Eboraci Episcopum fuerint ordinati, sed etiam omnes Britanniæ sacerdotes habeat, Deo Domino nostro Jesu Christo auctore, subjectos. Quatenus ex lingua & vita tuæ sanctitatis & rectè credendi & bene vivendi* formam percipiant, atque officium suum fide ac moribus exequentes ad cœlestia, cùm Dominus voluerit, regna pertingant. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater. Data die decimâ Kalendarum Juliarum, Imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto, anno decimonono, post consulatum ejusdem Domini anno decimo octavo, indictione quartâ.*

* RR Armach. in primord. pag. 69. 70. & 71.
* Idem ibid. pag. 77. lin. 24.
* ibid pag. 92. lin. 18.
* Sic MS. sing. sed Episcopus, Edit. Col.
* Sic MS. sing. sed normam Edit. Col.

NOTÆ.

[a] *De libris, Bibliis scilicet Gregorianis, de psalterio Augustini &c. de vestimentis sacerdotalibus, de vasis aureis & argenteis, de reliquiis & pallio à Beato Gregorio in Britanniam missis, vide librum Cantuariensem Aulæ Trin. Cantabrigiæ, à me, si copiæ suppetant, cum Deo, in lucem edendum: modò possessoribus, aliisque viris doctis indefessos labores meos, & historiæ Ecclesiæ veteris nostræ illustrandæ studium, & gratum & utile imprimis, futurum persentiscam.*

De libris enumerandis perpaucis quidem, at gemmis & pretiosis lapidibus mirificè ornatis; auctor, hæc in fine subjungit, viz. Hæ sunt PRIMITIÆ LIBRORUM TOTIUS Ecclesiæ ANGLICANÆ.

[b] DE PALLIO APOSTOLICO *hæc pauca ex eodem MS° codice descripseram: viz.* Apostolicum pallium cum istis sacrosanctis xeniis, per eosdem legatarios, ut promittitur, eidem Augustino sub eodem tempore à Beato Gregorio, anno scil. Domini DCI, est transmissum, tanquam GRANDE Christi * SACRAMENTUM, virtutúmque omnium indumentum, quod est vinculum dilectionis Dei & fratrum, ut Christi Vicarius sit medius * consiliator Dei & hominum, & zona paterna, justitiæ circumcinctus, Angelos & homines, terram confœderet & cœlum. *Hactenus liber Cantuariensis. Cæterùm,* usus pallii *ex ore Beati Gregorii* in Missa celebranda *nobis innotescit: & Beatus Gregorius, licèt obscurè, innuit: debere scil. hoc signo, Ecclesiam nostram sedi, S. Gregorii subjacere: sic de Londinensi Episcopo paulò infrà loquitur, viz.* Ut honoris pallium ab hac sancta & Apostolica sede percipiat: *sed apertissimè Honorius Papa, literis suis ad Edwinum Nordhymbrorum apud Anglos regem, datis; pallium indicium fore, quâ auctoritate in Episcopalem sedem quis provectus fuerit. Sic Honorius,* Dum quis Episcoporum de hoc seculo ad auctorem suum fuerit accersitus, in loco ipsius alterum Episcopum ex hac nostra [*Papæ scil.*] * AUCTORITATE [*metropolitanus*] debeat subrogare.

* At solus Christus suorum sacramentorum auctor esto.
* At vide obsecro 1. Tim. 2. 5. Εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστός
Vid. lib. 2. cap. 17.
* Quæ tamen ἐκ αὐθεντεῖ.

Cap. 30.

Exemplar Epistolæ, quam Mellito Abbati Britanniam pergenti miserit.

Sax. deest. Abeuntibus autem præfatis legatariis, misit post eos beatus pater Gregorius literas memoratu dignas, in quibus apertè, quàm studiosè erga salvationem nostræ gentis invigilaverit, ostendit; ità scribens: *Dilectissimo filio Mellito Abbati Gregorius servus servorum Dei. Post discessum congregationis nostræ quæ tecum est, valde sumus suspensi redditi; quia nihil de prosperitate vestri itineris audisse nos contigit. Cùm ergò Deus omnipotens vos ad reverendissimum virum fratrem nostrum Augustinum Episcopum perduxerit, dicite ei quid diu mecum de causa Anglorum cogitans tractavi: videlicet quòd fana idolorum destrui in eadem gente minimè debeant: sed ipsa quæ in eis sunt idola destruantur, aquâ benedictâ fiat, in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, reliquiæ * ponantur. Quia si fana eadem bene constructa sunt, necesse est ut à cultu dæmonum in obsequio veri Dei debeant commutari; ut dum gens ipsa eadem* fana sua non videt destrui, de corde errorem deponat, & Deum verum cognoscens ac adorans, ad loca quæ consuevit familiariùs concurrat. Et quia boves solent in sacrificio dæmonum multos occidere, debet eis etiam hac de re aliqua solennitas immutari. Ut die dedicationis vel natalitiis sanctorum martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula sibi circa eas-dem Ecclesias, quæ ex fanis commutata sunt, de ramis arborum faciant, & religiosis conviviis solennitatem celebrent, nec diabolo jam animalia immolent, sed ad laudem Dei in esu suo animalia occidant, & donatori omnium de satietate sua gratias referant, ut dum eis aliqua exteriùs gaudia reservantur, ad interiora gaudia consentire faciliùs valeant. Nam duris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse non dubium est. Quia & is qui summum locum ascendere nititur, gradibus vel passibus non autem saltibus elevatur: Sic Israelitico populo Dominus in Ægypto quidem innotuit: sed tamen eis sacrificiorum usus, quæ* Diabolo solebat exhibere, in cultu proprio reservavit; ut eis in suo sacrificio animalia immolare præciperet, quatenus cor mutantes, aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent, ut & ipsa essent animalia, quæ offerre consueverant, vero tamen Deo hæc, & non idolis immolantes jam sacrificia ipsa non essent. Hæc igitur dilectionem tuam prædicto fratri necesse est dicere, ut ipse in præsenti illic positus perpendat, qualiter omnia debeat dispensare. Deus te incolumem custodiat, dilectissime fili. Data die decimaquintâ Kalendarum Julianarum, Imperante Domino nostro Mauritio Tiberio pissimo Augusto, anno decimonono, post consulatum ejusdem Domini anno decimooctavo, indictione quartâ.*

* Sic MS. sing.

* Ut fana, & festa, ejecto diabolo, mutatóque impio cultu, Deo vero sensim dicarentur.

* De quare tamen, Scriptura silente, plenius timendum.

Cap. 31.

Ut Augustinum per literas nè de virtutibus suis gloriaretur hortatus sit.

Sax. deest. Quo in tempore misit etiam Augustino epistolam super miraculis, quæ per eum facta esse cognoverat; in qua eum nè per illorum copiam periculum elationis incurreret, his verbis hortatur: *Scio, frater charissime, quia omnipotens Deus per dilectionem tuam * in gentem quam eligi voluit magna miracula ostendit. Unde necesse est, ut de eodem dono cœlesti & timendo gaudeas, & gaudendo pertimescas. Gaudeas videlicet, quia Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur: pertimescas verò, nè inter signa quæ fiunt infirmus animus in sua præsumptione se elevet, & undè foris in honorem tollitur, indè per inanem gloriam intus cadat. Meminisse etenim debemus, quod discipuli cum gaudio à prædicatione redeuntes, dum cœlesti Magistro dicerent:* Domine, in nomine tuo etiam dæmonia nobis subjecta sunt; *protinus audierunt,* Nolite gaudere super hoc, sed potiùs gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. *In privata enim & temporali lætitia mentem posuerant, qui de miraculis gaudebant; Sed de privato ad communem & de temporali ad æternam lætitiam re-*

* in gente. *W. & C.*

Luc. 10. 17.

* vocantur,

vocantur, quibus dicitur: In hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. *Non enim omnes electi miracula faciunt: sed tamen eorum nomina omnium in cœlo tenentur adscripta. Veritatis etenim discipulis esse gaudium non debet, nisi de eo bono, quod commune cum omnibus habent, & in quo finem lætitiæ non habent. Restat itaque, frater charissime, ut inter ea quæ operante Domino exteriùs facis, semper te interiùs subtiliter judices, ac subtiliter intelligas, & temetipsum quis sis, & quanta sit in eadem gente gratia, pro cujus conversione etiam faciendorum signorum dona percepisti. Et si quando te creatori nostro, seu per linguam seu per opera reminiscaris deliquisse, semper hæc ad memoriam revoces, ut surgentem cordis gloriam memoria reatûs premat: Et quicquid de faciendis signis acceperis vel accepisti, hæc non tibi, sed eis deputes donata, pro quorum tibi salute collata sunt.*

Cap. 32.

Ut Ethelberto Regi literas & dona miserit.

Sonde he eac þysse on ða ylcan tíd se eadiga Papa Gregorius sebelbyhte cyninge æpendgeþpit þomod ⁊ þoplo gife monige on mirenlicum mægplitan. þolde eac þysse þone cyning mid þyrrum hpilendlicum apum pulþpian dam de he dær heoþonlican piceþ pulþoþ mid hiy gepinne ⁊ mid hiy lape geopnnesse openede ⁊ cyþde;

MIsit & idem beatus Papa Gregorius eodem tempore etiam Regi * Ethelberto epistolam, simul & dona in diversis speciebus * perplura: temporalibus quoque honoribus Regem glorificare satagens, cui gloriæ cœlestis suo labore & industriâ notitiam provenisse gaudebat. [Exemplar autem præfatę epistolæ hoc est.]

* Æthelberchto. *C.*

* *Sic MS. sing. ut Sax. sed perpulchra Edit. Col.*

Sax. deest. *Domino glorioſiſſimo atque præcellentiſſimo filio Ethelberto Regi Anglorum, Gregorius Epiſcopus. Propter hoc* OMNIPOTENS DEUS *bonos quoſque ad regimina populorum perducit, ut per eos omnibus quibus* PRÆLATI *fuerint dona ſuæ pietatis impendat. Quod in Anglorum gente factum cognovimus: cui veſtra gloria eſt idcirco* præpoſita, *ut per bona, quæ vobis conceſſa ſunt, etiam ſubjectæ* VOBIS *genti ſuperna beneficia præſtarentur. Et ideo (glorioſe fili) eam quam accepiſti divinitus gratiam ſolicitâ mente cuſtodi:* Chriſtianámque *fidem in populis* TIBI *ſubditis extendere feſtina, zelum rectitudinis tuæ in eorum multiplica converſione, idolorum cultus inſequere, fanorum ædificia everte, ſubditorum mores ex magnâ vitæ munditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo, & boni operis exempla monſtrando ædifica; ut illum retributorem invenias in cœlo, cujus nomen atque cognitionem dilataveris in terra. Ipſe enim veſtræ quoque gloriæ nomen etiam poſteris glorioſius reddet, cujus vos honorem quæritis & ſervatis in gentibus. Sic etenim* Conſtantinus, *quondam piiſſimus Imperator, Romanam rempublicam à perverſis idolorum cultibus revocans,* OMNIPOTENTI DEO DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO *ſecum ſubdidit, ſeque cum ſubjectis populis totâ ad * cum mente convertit. Unde factum eſt, ut antiquorum principum nomen ſuis, vir ille, laudibus vinceret: & tanto in opinione præceſſores ſuos quanto & in bono opere ſuperaret. Et nunc itaque veſtra gloria cognitionem* UNIUS DEI PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI *Regibus ac populis ſibimet ſubjectis feſtinet infundere; ut & antiquos gentis ſuæ Reges laudibus ac meritis tranſeat, & quanto in ſubjectis ſuis etiam aliena peccata deterſerit, tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotentis Dei terribile examen ſecurior ſiat. Reverendiſſimus frater noſter Auguſtinus Epiſcopus in monaſterii regula doctus, ſacræ* Scripturæ *ſcientiâ repletus, bonis,* AUCTORE DEO, *operibus præditus, quæque vos admonet libenter audite, devotè peragite, ſtudioſè in memoria ſervate. Quia ſi vos eum in eo quod pro* OMNIPOTENTI DEO *loquitur auditis, idem omnipotens Deus hunc pro vobis exorantem celeriùs exaudiet. Si enim (quod abſit) verba ejus poſtponitis, quomodo cum omnipotens Deus poterit audire pro vobis, quem vos negligitis* AUDIRE PRO DEO?

* *Sic MS. ſing.*

Tota igitur mente cum eo vos in fervore fidei stringite, atque ad nisum illius virtute quam vobis divinitas *tribuit adjuvante, ut regni sui vos ipse faciat participes, cujus vos fidem in regno vestro recipi facitis & custodiri. Præterea scire vestram gloriam volumus, quòd sicut in* Sciptura sacra *ex verbis Domini omnipotentis agnoscimus, præsentis mundi jam terminus juxtà est, & sanctorum regnum venturum est, quod nullo unquam poterit fine terminari. Appropinquante autem eodem mundi termino, multa imminent quæ antea non fuerunt; videlicet, immutationes aeris, terrorésque de cælo, & contra ordinem temporum tempestates, bella, fames, pestilentiæ, terræ motus per loca, quæ tamen non omnia nostris diebus ventura sunt, sed post nostros dies omnia subsequentur. Vos itaque siqua ex his evenire in terra vestra cognoscitis, nullo modo animum vestrum perturbetis: quia idcirco hæc signa de fine seculi præmittuntur, ut de animabus nostris debeamus esse soliciti, de mortis hora suspecti, & venturo Iudici in bonis actibus inveniamur esse præparati. Hæc nunc (gloriose fili) paucis locutus sum, ut cùm* CHRISTIANA FIDES *in regno vestro excreverit, nostra quoque locutio apud vos latior excrescat, & tantò plùs loqui libeat, quantò se in mente nostra gaudia de gentis vestræ perfecta conversione multiplicant. Parva autem xenia transmisi, quæ vobis parva non erunt, cùm à vobis ex beati Petri Apostoli fuerint benedictione suscepta. Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam suam quam cœpit perficiat, atque vitam vestram & hic per multorum annorum curricula extendat, & post longa tempora in cælestis vos patriæ congregatione recipiat. Incolumem Excellentiam vestram gratia superna custodiat, Domine fili. Data die decimâ Kalendarum Juliarum, Imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto, anno decimonono, post consulatum ejusdem anno decimo octavo, indictione quartâ.*

CAP. 33.

Ut Augustinus Ecclesiam Salvatoris instauraverit, & monasterium beati Petri Apostoli fecerit, & de primo ejus Abbate Petro.

AND þa Scr' Agustinus se biscop sona ðæs ðe he þam biscop setle onfeng on þære cýnelican býrig. ða edniþode he ⁊ þorhte mid cýninges fultume ða cýricean ðe he ær geara iu geleornade ealde Romanisce þeorce geþorhte beon. ⁊ þa on ures Drihtnes hælendes Cristes noman gehalgode. ⁊ he ðær him sýlfum eardung stoþe gesette ⁊ his æfterfýligendan; Sþýlce he eac Mýnster getimbrade eastan þære ceastre. on þam mid his getrýmnesse ⁊ lare Æþelbýrht se cýning þeorþlice cýricean het getimbrian ðæra eadigra Apostola Petri ⁊ Pauli. ⁊ he hi mid missenlicum geofum geþelgode. on þære cýricean Agustinus lic. ⁊ eallra Cantþara bisceopa somod. ⁊ heora cýninga gesette beon mihten; Ða cýricean hþæðere nalæs he Agustinus ac Laurentius B'. his æfterfý-

AT Augustinus ubi in regia civitate sedem Episcopalem (ut prædiximus) accepit, recuperavit in ea, regio fultus adminiculo, Ecclesiam quam * ibi Romanorum antiquorum fidelium opere factam fuisse didicerat, & eam in nomine sancti Salvatoris Dei & Domini nostri Jesu Christi sacravit, atque ibidem sibi habitationem statuit & cunctis successoribus suis. Fecit autem & Monasterium non longè ab ipsa civitate ad Orientem, in quo ejus hortatu * Ethelbertus Ecclesiam beatorum Apostolorum Petri & Pauli à fundamentis construxit, ac diversis donis ditavit; in qua & ipsius Augustini & omnium Episcoporum Dorovernensium, simul & Regum * Cantii poni corpora possent. Quam tamen Ecclesiam non ipse Augustinus, sed successor ejus Laurentius consecravit. Pri-

* inibi. *MS. sing. RR. Armach. in primord. pag* 130. *lin.* 25.

* Æthilbercht *C.*

* Cantiæ. *MS. sing.*

ꝛeꝛꝼýlıȝend hı ȝehalȝode; Þæꝛ ꝛe æꝛeꝛꝛa Abbod ðæꝛ ýlcan Mýnꝛtꝛeꝛ Peꝛꝛuꝛ haꝛen mæꝛꝛepꝛeoꝛꝛ. ꝛe þæꝛ eꝼꝛ æꝛendꝛaca ꝛendeð on Gallıa ꝛıce. ⁊ ða þæꝛ beꝛenceð on ꝛumne ꝛæꝛ *ꝛceaꝛ ꝛe þæꝛ haꝛen Amꝼleoꝛ. ⁊ ꝼꝛam ðæꝛe ꝛtoþe bıȝenȝum on*uncýmꝛe býꝛıȝenne ȝeꝛeꝛeð þæꝛ ac ꝛe ælmıhꝛıȝa God þolde ȝecýþan hþýlcꝛe ȝeeaꝛnunȝe ꝛe halȝa þeꝛ þæꝛe æȝhþýlcꝛe nıhꝛ oꝼeꝛ hıꝛ býꝛıȝenne *heoꝼonlıc leohꝛ þæꝛ ætýþeð. oð ðæꝛ þa neh men onȝeaꝛon þa ðe hıꝛ ȝeꝛaþon. ꝥ ꝥ þæꝛ mýcel þeꝛ ⁊ halıȝ man ꝛeþe ðæꝛ bebýꝛıȝeð þæꝛ. ⁊ hı ða ꝛþýꝛeðan hþæꝛ. ⁊ hþonan he þæꝛ. ȝenaman ða hıꝛ lıchoma ⁊ on Bonaȝıa ða ceaꝛꝛꝛe æꝼꝛeꝛ ȝeꝛıꝛenꝛe aꝛe ꝛþa mýclum þeꝛe ⁊ ꝛþa halȝum on cýꝛıcean ȝeꝛeꝛꝛon ⁊ bebýꝛıȝðon;

mus autem ejusdem monasterii Abbas Petrus presbyter fuit, qui legatus Galliam missus, demersus est in sinu maris, qui vocatur Amfleat, & ab incolis loci ignobili traditur sepulturæ: sed omnipotens Deus, ut qualis meriti vir fuerit demonstraret, omni nocte supra sepulcrum ejus lux cœlestis apparuit; donec animadvertentes vicini qui videbant sanctum fuisse virum, qui ibi esset sepultus, & investigantes unde & quis esset, abstulerunt corpus: & in Bononia civitate juxta honorem tanto viro congruum in Ecclesia posuerunt.

* *aliàs,* ꝼleoꝛ. *Cantab.* ꝛeað. C.

* *sic MS. B. & C. sed Cantab* un-ꝛýmꝛe.

* mýcel leohꝛ. B.

Cap. 34.

Ut Ethelfridus Rex Nord Humbrorum, Scotorum gentes prælio conterens ab Anglorum finibus expulsus est.

Ðyꝛꝛum ꝛıðum ꝼoꝛe þæꝛ Noꝛþanhýmbꝛa ꝛıce ꝛe ꝛtꝛanȝeꝛꝛa cýnınȝ ⁊ ꝛe ȝýlp ȝeoꝛneꝛa ꝼeþelꝼꝛıð þæꝛ haꝛen. ꝛe ma eallum Anȝel cýnnum ⁊ ealdoꝛmannum Bꝛýꝛꝛa þeode ꝼoꝛnom. ⁊ ꝼoꝛheꝛȝode. ꝛþa eꝼne ðæꝛ þe mıhꝛe þıðmeꝛen beon Saule ıu cýnınȝe Jꝛꝛahela þeode buꝛan ꝥ he þæꝛ ðæꝛe ȝodcundan æꝼeꝛꝛnýꝛꝛe unþıꝛ; Ne þæꝛ æꝼꝛe ænıȝ cýnınȝ. ne ealdoꝛman ꝥ ma heoꝛa landa uꝛe amæꝛde· ⁊ hım ꝛo ȝeþealde undeꝛþeodde ꝼoꝛðon ðe he hı ꝛo ȝaꝼulȝýldum ȝeꝛeꝛꝛe on Anȝel ðeodde. oþþe oꝼ heoꝛa *lande adꝛaꝼ. mıhꝛe ꝛþýþe þell beon ꝛo hım ȝeþeodeð ꝛe cþıde ðe Jacob ꝛe heah ꝼæðeꝛ on Sauleꝛ hade ðæꝛ cýnınȝeꝛ cþæð. ða hıꝛ ꝛunu bleꝛꝛade. Beniamın ıꝛ ꝛıꝛende þulꝼ on æꝛ meꝛȝen he ýꝛeð hloþe. ⁊ on æꝼenne heꝛe ꝛeaꝼ dæleð; Ða þæꝛ ꝼoꝛ hıꝛ *ꝼꝛomꝛcýþe onꝛꝛýꝛeð ꝼeðon Sceoꝛꝛa cýnınȝ ða ðe on Bꝛeoꝛone eaꝛdıaþ. ꝛeh hıne ða ꝼýꝛdon

HIs temporibus Nordhumbrorum regno præfuit rex fortissimus & gloriæ cupidissimus *Ethelfridus, qui plùs omnibus Anglorum primatibus gentem vastabat Britonum; ità ut Sauli quondam, Regi Israeliticæ gentis comparandus videretur, excepto duntaxat hoc, quòd divinæ erat religionis ignarus. Nemo enim in tribunis, nemo in regibus plures eorum terras, exterminatis vel subjugatis indigenis, aut tributarias genti Anglorum, aut habitabiles fecit. Cui meritò poterat illud, quod benedicens filium Patriarcha in persona Saulis dicebat, aptari; *Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vesperè dividet spolia.* Unde motus ejus profectibus *Edan rex Scotorum, qui *Britanniam inhabitant, venit

* Æthilfrid. C

Gen. 49. 27.

* Ædan. W. & C. RR. Armach. in primord. pag 710.

* Ethid. p. 734

* þeode. B.

* ꝼoꝛþꝛcýþe. C.

ꝼẏꝛdon. ⁊ com mid unmæte ꝑeoꝛode ⁊ ſtꝛonge ꝑiþ hine to geꝼeohte. ac he hꝑæþeꝛe oꝼeꝛſꝑẏðed mid ꝼeaꝑum on ꝑeg ꝼleah; Þæſ ðiſ geꝼeoht geꝑoꝛden on ðæꝛe mæꝛan ſtoꝑe ðe cꝑeden iſ Degſaſtan. ðæꝛ * lẏteſtne eall hiſ ꝑeoꝛod oꝼſlegen ꝑæſ. on þam geꝼeohte eac ſꝑẏlce Ðeodbald ſeþelꝼꝛiþeſ bꝛoþoꝛ ꝑæſ oꝼſlegen mid ealle ðẏ ꝑeoꝛude ðe he lædde. ꝥ geꝼeoht ſeþelꝼꝛið geꝼꝛemede ðẏ * ællẏꝼtan geaꝛe hiſ ꝛiceſ ꝥ he hæꝼde ꝼeoꝑeꝛ ⁊ tꝑentig ꝑintꝛa. ꝥ ꝑæſ ꝥ æꝛeſte geaꝛ Focatiſ ðæſ Caſeꝛeſ. ſeðe hæꝼde Romana ꝛice; Sẏþþan oꝼ ðæꝛe tide nænig Scotta cẏning doꝛſte ꝑið Angel ðeode to geꝼeohte cuman oð þiſne andꝑeaꝛdan dæg;

* lẏtle æꝛ. C.

* *aliàs* ænlẏꝼtan *Cantab. ſed* endleꝼtan. B. æꝼteꝛan. C.

contra eum cum immenſo ac forti exercitu, ſed cum paucis victus aufugit. Siquidem in loco celeberrimo qui dicitur * Degſaſtan [id eſt, * Degſę lapis,] omnis penè ejus eſt cæſus exercitus. In qua etiam pugna Theodbaldus frater Ethelfridi cum omni illo quē ipſe ducebat exercitu peremptus eſt. Quod videlicet bellum * Ethelfridus [anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo tertio] regni autem ſui, quod vinginti quatuor annis tenuit, anno undecimo perfecit. Porrò anno Focatis, qui tum regni Romani apicem tenebat, primo. Neque ex eo tempore, quiſquam regum Scotorum in Britanniam adverſus gentem Anglorum uſque ad hanc diem in prelium venire audebat.

* *Sic W. & C. ſed* Degſeſtan *T.*

* *Sic MS. Tr. ſed* Degſa lapis, *W. & edit. Col.*

* Æthilfrid. C

Heꝛ endaþ ſeo æꝛeſte boc. ⁊ onginneþ ſeo oþeꝛ.

Hic deſinit liber primus, & incipit ſecundus.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ GENTIS ANGLORUM

LIBER II.

CAP. I.

De obitu beati Papæ Gregorii.

Ðyrrum tidum ꝥ ir ꝼir ꝑintep ⁊ rix hund ꝑintꝛa æꝼtep ꝥæꝛe oꝛihtenlican menniꝛcnýrre. ꝛe eadiga Papa Gꝛegoꝛiuꝛ æꝼtep ꝥon ðe he ꝥ ꝛetl ꝥæꝛe Romaniꝛcan cýꝛican ⁊ ꝥæꝛe Apoꝛtolican ꝥꝛeottýne ȝeaꝛ ⁊ rýx monað ⁊ týn ðaȝaꝛ ꝑulðeꝛlice heolð ⁊ ꝛehte. ða ꝥæꝛ ꝑoꝛꝥꝛeꝛeð ⁊ to ꝥam ecan ꝛetle ꝥæꝛ heoꝛonlican ꝑiceꝛ læðeð ꝥæꝛ ⁊

HIs temporibus, id est, anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo quinto beatus Papa Gregorius postquam sedē Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ tredecim annos, menses sex, & dies decem glorioſissimè rexit, defunctus est, atq; ad æternam regni cœlestis sedem translatus. [De quo nos convenit (quia nostram, id est, Anglorum gentem de potestate Satanæ ad fidem Christi suâ industriâ convertit)latiorem in nostra historia Ecclesiastica facere sermonem, quem rectè nostrum appellare possumus & debemus Apostolum. Quia cùm primum in toto*orbe gereret Pontificatum,& conversis jamdudum ad fidem veritatis esset prælatus Ecclesiis, nostram gentem eatenus idolis mancipatam Christi fecit Ecclesiam,ità ut Apostolicum illum de eo liceat nobis proferre sermonem. Quia etsi aliis non est Apostolus, sed tamen nobis est. Nam signaculum Apostolatûs ejus nos sumus in Domino. Erat autem natione Romanus, ex patre Gordiano, genus à proavis non solùm nobile, sed & religiosum ducens. Deinde Felix ejusdem sedis Apostolicæ quondam Episcopus,vir magnæ glorię in Christo & Ecclesia ejus fuit atavus. Sed & ipse nobilitatē religionis non minore quàm parentes & cognati virtute devotionis exercuit. Nobilitatem verò illam, quam ad seculum videbatur habere, totam ad nanciscendam supernæ gloriam dignitatis divinâ gratiâ largiente convertit. Nam mutato repentè seculari habitu, monasterium petiit, in quo *tantâ perfectionis gratiâ cœpit conversari, ut (sicut ipse postea flendo attestari solebat) animo illius *labentia cuncta subtergressent, ut rebus omnibus quæ volvuntur emineret, ut nulla nisi cœlestia cogitare soleret, ut etiam retentus corpore ipsa jam carnis clausstra contemplatione transiret, ut mortem quoque quæ penè cunctis pœna est, videlicet ut ingressum vitæ & laboris sui præmium amaret. Hoc autem ipse de se non profectum jactando virtutum, sed deflendo potiùs defectum, quęm (ut referre consueverat) sibi per curam pastoralem incurrisse videbatur. Denique tempore quodam secreto, cum diacono suo Petro colloquens, enumeratis animi sui virtutibus priscis mox dolendo subjunxit. At nunc ex occasione curæ pastoralis secularium hominum negotia patitur, & post tam pulchram quietis suæ speciem terreni actûs pulvere fœdatur. Cúmque se pro condescensione multorum ad exteriora sparserit, etiam cùm interiora appetit, ad hæc proculdubio minor rediit. Perpendo itaque quid tolero, perpendo quid amisi, dúmque intueor illud quod perdidi, fit hoc gravius quod porto.Hęc quidem sanctus vir ex*magna humilitatis intentione dicebat.

Anno Dom. 605.

* corde. *W.* perperam.

* profectionis *T.*

*labentia. *W*

* magnæ. *Coll. Joan.*

Sed nos credere decet, nihil eum Monasticæ perfectionis perdidisse, occasione curæ pastoralis, imò potiorem tunc sumsisse profectum de labore conversionis multorum, quàm de propria quondam quiete conversationis habuerat, maximè quia & pontificali functus officio domum suam monasterium facere curavit. Et dum* primùm de monasterio abstractus, ad ministerium altaris ordinatus, atque Constantinopolim *apocrisarius ab Apostolica sede directus est, non tamen in terreno conversatus palatio propositum vitæ cœlestis intermisit. Nam quosdam fratrum ex monasterio suo, qui eum gratiæ germanæ charitatis ad Regiam urbem secuti sunt, in tutamentum cœpit observantiæ regularis habere: * videlicet ut eorum semper exemplo (sicut ipse scribit) ad orationis placidum litus, quasi anchoræ fune restringeretur, cùm incessabili causarum secularium impulsu fluctuaret: concussámque seculi actibus mentem, inter eos quotidie per studiosæ lectionis roboraret alloquium. Horum ergò consortio non solùm à terrenis est munitus incursibus, verumetiam ad cœlestis exercitia vitæ magis magísque successus. Nam hortati sunt eum, ut librum beati Job magnis involutum obscuritatibus mystica interpretatione discuteret; neq; negare potuit opus, quod sibi fraternus amor multis utile futurum imponebat. Sed eundem librum, quomodo juxta literam intelligendus, qualiter ad Christi & Ecclesiæ Sacramenta referendus, quo sensu unicuique fidelium sit aptandus, per triginta quinque libros expositionis, mirandâ ratione perdocuit. Quod videlicet opus in Regia quidem urbe apocrisarius inchoavit; Romæ autem jam factus Pontifex* implevit. Qui cùm esset adhuc Regia in urbe positus, nascentem ibi novam hæresim de statu nostræ resurrectionis, cum ipso quo exorta est initio, juvante se gratiâ Catholicæ veritatis attrivit. Siquidem Euticius ejusdem urbis Episcopus dogmatizabat, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile, ventis aerique subtilius esse futurum. Quod ille audiens, & ratione veritatis, & exemplo Dominicæ resurrectionis probavit hoc dogma orthodoxæ fidei omnibus modis esse contrarium. Catholica etenim fides habet, quod corpus nostrum in illa immortalitatis gloria sublimatum, subtile quidem sit per effectum spiritualis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ, juxta exemplum Dominici corporis, de quo à mortuis suscitato, dicit ipse discipulis: *Palpate & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* In cujus assertione fidei, venerabilis pater Gregorius, in tantùm contra nascentem hæresim novam, laborare contendit, tantâ hac instantiâ, juvante etjam piissimo imperatore Tiberio Constantino comminuit, ut nullus exinde sit inventus, qui ejus resuscitator exsisteret. Alium quoque librum composuit egregium, qui vocatur Pastoralis, in quo manifestâ luce patefecit, * qualis ad Ecclesiæ regimen assumi, qualiter ipsi * rectores vivere, quâ discretione singulas quasque audientium instruere personas, & quantâ consideratione propriam quotidie debeant fragilitatem pensare. Sed & homilias Evangelii numero quadraginta composuit, quas in duobus codicibus æquâ forte distinxit; Libros etiam Dialogorum quatuor fecit, in quibus rogatu Petri diaconi sui, virtutes sanctorum, quos in Italia clariores nôsse vel audire poterat, ad exemplum vivendi posteris collegit, ut (sicut in libris Expositionum suarum quibus sit virtutibus insudandum edocuit) ità etiam descriptis sanctorum miraculis, quæ virtutum earundem sit claritas, ostenderet. Primam quoque & ultimam Ezechielis Prophetæ partem, quæ videbantur obscuriores, per homilias viginti duas, quantum lucis intus habeant, demonstravit. Excepto libello Responsionum, quem ad interrogationes sancti Augustini primi Anglorum gentis Episcopi, scripsit, ut & suprà docuimus, totum ipsum libellum his * inserentes historiis: libello quoque Synodico, quem cum Episcopis Italiæ de necessariis Ecclesiæ causis utilissimum composuit: & familiaribus ad quosdam literis. Quod eò magis mirum est, tot eum ac tanta condere volumina potuisse, quod penè omni juventutis suæ tempore (ut verbis ipsius loquar) crebris viscerum doloribus cruciabatur, horis momentisque omnibus fractâ stomachi virtute lassescebat, lentis quidem, sed tamen continuis febribus anhelabat. Verùm inter hæc dum solicitus pensaret, quia, Scripturâ teste, *Omnis filius qui recipitur, flagellatur*, quò malis præsentibus duriùs deprimebatur, eò de æterna certiùs præsumptione

* primò. *MS sing.*
* Apocrisarius, Episcopi legatus.
* Vide T. & Coll. Joan.
* explevit. T. W.
* L. Eutychius.
Luc. 24. 39.
* Pastores. W.
* quales. W. & Coll. Joan.
* inserentis W.

sumptione respirabat. Hæc quidem de immortali ejus dicta sint ingenio, quod nec tanto corporis potuit dolore restringi. Nam alii quidem Pontifices *construendis ornandísque auro vel argento Ecclesiis* operam dabant, hic autem totus erga *animarum lucra* vacabat. Quicquid pecuniæ habuerat, hoc sedulus dispergere ac dare pauperibus curabat, ut *justitia ejus maneret in seculum seculi, & cornu ejus exaltaretur in gloria:* ità ut illud beati Job veraciter dicere possit, *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi*, quòd liberassem pauperem vociferantem & pupillum, cui non esset adjutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Justitiâ indutus sum & vestivi me sicut vestimento, & diademate judicio meo. *Oculus fui cæco, & pes claudo.* Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissimè investigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Et paulò pòst, *Si negavi*, inquit, *quid volebant pauperibus: & oculos viduæ expectare feci. Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea: Quia ab infantia mea crevit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum.* Ad cujus pietatis & justitię opus pertinet etiam hoc, quod nostram gentem per prædicatores quos huc direxit, de dentibus antiqui hostis eripiens, æternæ libertatis fecit esse participem. Cujus fidei & saluti congaudens, quámque dignâ laude commendans, ipse dicit in expositione beati Job. Ecce lingua *Britanniæ*, quæ nihil aliud noverat quàm barbarum frendere, jamdudum in divinis laudibus* Hebræum cœpit Alleluia resonare. Ecce quondam tumidus, jam substratus sanctorum pedibus, servit oceanus, ejúsq; barbaros motus, quos terreni principes edomare ferro nequiverant, hos pro divina formidine sacerdotum ora simplicibus verbis ligant: & qui catervas pugnantium infideles nequaquam metueret, jam nunc fideles humilium linguas timet. Quia enim pręceptis, cœlestibus verbis, clarescentibus quoque miraculis, virtus ei divinæ cognitionis infunditur, ejusdem divinitatis terrore refrænatur, ut pravè agere metuat, ac totis desideriis ad æternitatis gloriam venire concupiscat. Quibus verbis beatus Gregorius hoc quoque declarat, quia sanctus Augustinus & socii ejus non solâ prædicatione verborum, sed etiam cœlestium ostensione signorum gentem Anglorum ad agnitionem veritatis perducebant. Fecit inter alia beatus Papa Gregorius, ut in Ecclesiis* beatorum Apostolorum *Petri & Pauli* super corpora eorum missæ celebrarentur. Sed & in ipsa missarum celebratione tria verba maximæ perfectionis plena super adjecit, *Diésque nostros in* TUA *pace disponas, atq; ab æterna damnatione* * NOS *eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari* [* per Christum Dominum nostrum.]

Psal. 112. 9.

Job 29. 11.

* RR. Armach p. 333. l. 30. & 334. l. 10.

* Sanctorum. T. & C.

* B. Greg. hic docet orare ad Deum solum, non ad S. Petrum & Paulum, neque pro Petro aut Paulo, sed pro seipsis. NOS (inquit.)

* MS. Cot.

Heold he ⁊ rehte ða cýricean on þara Casera tidum Mauricі ⁊ *Uocati. ⁊ ðý æfteran geare þæs ýlcan Uocatis ꝥ he forðferde of þýssum life ⁊ ferde to þá soþan life þe on heofonum is. ⁊ his lichoma þæs bebýreged on Sce'. Petres cýricean beforan þam * husel portice ðý feorþan dæge *idus Martiarum. ⁊ he nu hþonne on þam ilcan bið on þuldre arisende mid oþrum hýrdum ðære halgan cýricean. ⁊ on his býrgenne is apriten þýsses gemetes býrgenleoð;

Rexit autem Ecclesiam temporibus imperatorum Mauritii & Focatis. Secundo autem ejusdem Focatis anno transiens ex hac vita migravit ad veram quæ in cœlis est vitam. Sepultus verò est corpore in Ecclesia beati Petri Apostoli ante secretarium die quarto iduum Martiarum: quandoque in ipso cum cæteris sanctæ Ecclesiæ pastoribus resurrecturus in gloria. Scriptúmq; est in tumba ipsius Epitaphium hujusmodi.

* Focati. & lin. prox. Focatis. C

* suð portice. B.

* iduum C.

Onfoh þu eorþe lichoman of þinum lichoman genumen. ꝥ ðu hine eft agýfan mæge þonne hine God liffæsteð;

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum,

Reddere quod valeas vivificante Deo.

* upp heonan B.

[Hæc quidem memoratus Papa Bonifacius, de salute regis Edwini ac gentis ipsius literis agebat.] Sed & oraculum cœleste, quod illi quondam exulanti apud Redwaldum Regem Anglorum pietas divina revelare dignata est, non minimum ad suscipienda vel intelligenda doctrinę monita salutaris, sensum juvit illius. Cùm ergò videret Paulinus difficulter posse sublimitatem animi Regalis ad humilitatem vię salutaris, & suscipiendum mysterium vivificæ crucis inclinari, ac pro salute illius simul & gentis cui pręerat & verbo exhortationis apud homines, & apud divinam pietatem verbo deprecationis ageret; tandem (ut verisimile videtur) didicit in spiritu, quod vel quale esset oraculum Regi quondam cœlitus ostensum. Nec exinde distulit, quin continuò Regem admoneret explere votum, quod in oraculo sibi exhibito se facturum promiserat, si temporis illius ęrumnis exemptus, ad regni fastigia perveniret. Erat autem oraculum hujusmodi. Cùm persequente illum Æthelfrido, qui ante eum regnavit, per diversa occultus loca [vel regna,] multo annorum tempore profugus vagaretur, tandem venit ad Redwaldum; obsecrans, ut vitam suam à tanti persecutoris insidiis tutando servaret. Qui libenter eum excipiens, promisit se quæ petebat esse facturum. At

ꝛeꝛ ðon ða ſeþelfꝛiþ ſe cýnıng hıne ðæꝛ ȝeacſaðe ꝥ he mıð Ræðꝑolðe ðone cýnıng ꝑæſ. ða ſenðe he ſona æꝛenððꝛacan ꝛo hım ⁊ mýcel ꝼeoh. ꝑiþ þon ðe he hıne oꝼſloȝe oþþe hıne hım ꝛo cꝑale aȝeaꝼe. ne he hꝑæþeꝛe oꝑıhꝛ on ðam ꝼꝛemoðe ; Senðe he eꝼꝛ æꝼꝛeꝛꝛan ſıþe æꝛenððꝛacan. ſenðe þꝛıððan ſıþe ⁊ maꝛan ȝıꝼe mýcle * þonne he hım æꝛ ſenðe ⁊ ꝑiþ hıſ cꝑale. ⁊ heꝛ eac hım onbeoðan ꝥ he hıne ꝑolðe mýð ꝼýꝛðe ꝛo ȝeꝼeohꝛ ȝeſecan ȝıꝼ he hıſ ꝑoꝛð ⁊ hıſ ȝıꝼe ꝼoꝛhoȝoðe ; Ða ꝑæſ hıſ moð æȝhꝑæþeꝛ ȝe mıð þam beoꝛunȝum ȝebꝛeȝeð. ȝe mıð þam ȝıꝼum ȝeꝑemmeð. ꝥ he ȝeþaꝼoðe ðæſ cýnıngeſ bene. ⁊ ȝeheꝛ ꝥ he ſaðꝑıne oꝼſloȝe. oþþe hıſ ꝼeonðum ꝛo cꝑale aȝeaꝼe. ða ꝑæſ ſum cýnıngeſ þenȝ hıſ ꝼꝛeonð ſe ꝛꝛeoꝑeſꝛa ðe ðaſ ðıng ȝehýꝛðe ⁊ onȝeaꝛ. ða eoðe he ꝛo hıſ ınne ðæꝛ he hıne ꝛeſꝛan ꝑolðe. ⁊ ꝑæſ ꝼoꝛeꝑeaꝛð nıhꝛ. ⁊ hıne acıȝðe uꝛ ⁊ hım ſæðe ⁊ cýþðe hu hıne mon ýmbe ȝeðon ꝑolðe ; Cꝑ'. hım ða ꝛo. Gıꝼ ðu ꝑýlꝛ on ðaſ ſealꝼan ꝛıð. ıc ðe alæðe oꝼ þýſſe mæȝþe ın ða ſꝛoꝑe ðæꝛ ðe næꝼꝛe ne Ræðꝑolð ne ſeþelfꝛiþ ȝemeꝛan maȝan ; Cꝑ'. he ꝛo hım. on þonce me ſýnðon þıne ꝑoꝛð ⁊ ðın luꝼu. ⁊ hꝑæþeꝛe ne mæȝ ıc ꝥ ðon ꝥ þu me læꝛeſꝛ ꝥ ıc æꝛeſꝛ ða *ꝛꝛeoꝑþe ꝼoꝛlæꝛe. ðe ıc ꝛo ſꝑa mýclum cýnıngе ȝenom mıð ðý he me noꝑıhꝛ ýꝼeleꝼ ðýðe ne laþeſ æꝛýꝑðe. ac ȝıꝼ ıc ðeaþ þꝛoꝑıan ſceal leoꝼꝛe me ıſ ꝥ he me ꝛo ðeaþe ȝeſýlle þonne unæþelꝛa man ; Oþþe la hꝑıðeꝛ mæȝ ıc nu lenȝ ꝼleon? monıȝꝛa ȝeaꝛa ꝛıða oꝼeꝛ ealle Bꝛeoꝛone ıc ꝼlýma ꝑæſ. ꝥ ıc me hıſ heꝛe beꝛh ⁊ ꝑeaꝛnoðe ; Ða eoðe ſe hıſ ꝼꝛeonð on ꝑeȝ ꝼꝛam hım. ⁊ he ſaðꝑıne ana ðæꝛ uꝛe ȝeꝑunoðe. ſæꝛ ſꝑýðe unꝛoꝛ on ſꝛane beꝼoꝛan ðæꝛe healle *. ⁊ onȝan mıð moneȝū hæꝛum hıſ ȝeþohꝛa ȝeſꝑenceð beon. ⁊ ne ꝑıſꝛ hꝑıðeꝛ he

* ⁊ ꝼeoh B. & C.

* aliàs ꝑæꝛe. MS. Can.

* ðuꝛa. B.

postquam Ethelfrid [in hac eum provincia apparuisse,] & apud Regem illius familiariter cum sociis habitare cognovit, misit nuncios qui Redwaldo pecuniam multam pro nece ejus offerrent; neque aliquid profecit: misit secundò, misit tertiò, & copiosiora [auri & argenti] dona offerens, & bellum insuper illi, si contemneretur, indicens. Qui vel minis fractus, vel corruptus muneribus cessit deprecanti, & sive occidere se Edwinum, seu legatariis tradere promisit. Quod ubi *fidelissimus quidam amicus illius *animadvertit, intravit cubiculum quo dormire disponebat. Erat enim prima hora noctis: Et evocatum foràs quid erga eum agere [Rex promisisset,] edocuit, & insuper adjecit: Si ergò vis, hac ipsâ horâ educam te de hac provincia, & ea in loca introducam, ubi nunquam te vel Redwaldus vel Æthelfrid invenire valeant. Qui ait: Gratias quidem ago benevolentiæ tuæ, non tamen hoc facere possum quod suggeris, ut pactum quod cum tanto Rege inii, ipse primus irritum faciam, cum ille mihi nihil mali fecerit, nihil adhuc inimicitiarum intulerit; quin potiùs si moriturus sum, ille me magìs quàm ignobilior quisquam morti tradat. Quò enim nunc fugiam, qui per omnes Britanniæ provincias tot annorum temporúmque curriculis vagabundus [hostium] vitabam insidias? Abeunte igitur amico, remansit Edwinus solus foris; residénsque mœstus ante palatium multis cœpit cogitationum æstibus affici, quid ageret, quóve pedem ver-

* fidissimus. C. & W.

* animadverteret. C. & W.

he eode ofþe hpæt him selest to donne pære; Mid þý he ða lange sprigendum * neapanesstum hiy modes. * mid dý blindan þýre soden pæs. ða gereah he semninga on modre niht mon pið hiy gangan uncuþes * ʒlitan þa he ða to him com. ða pæs he sorht gesporden; Ða eode he to him gnette hine ⁊ sprægn. sop hpon he on ðære tide. þe oðre men slepon ⁊ nesston ana spa unnot on stane pæccende sæte; Ða sprægn he hine hpæt ðæs to him belumpe. hpæþes he pacode ðe slepte. ⁊ hpæþes he ðe ute ðe inne * pære. ða andspareðe he ⁊ cp'. him to. ne tala ðu me þ ic ne cunne ðone intingan ðinre unnotnesse. ⁊ ðinre pacone. ⁊ anlepnesse ðines utsetles. ac ic cuþlice pat ge hpæt þu eart. ge sop hpon ðu * gnornast ⁊ hpýlc topeapð ýfel ðu þe on*neahnýsse sorhtast; Ac gerege me hpýlce mede þu pille sýllan ðam men. gif hpýlc sý þ ðe spram ðýssum neapanesstum alýse. ⁊ Rædpolde on mod berpape þ he ðe nan piht laþes ne do. ne ðe ðinum seondum to cpale ne ageðe; Ða ⁊sprapede he ⁊ cp'. þ he eall god ðe he mihte sor mede þýslicre sremsumnesse sýllan polde; Ða * geýcte he ða gýt hiy gesprec ⁊ cp'. and gif he ðæ eac aðpæcctum þinum seondum on soþe cýnescice gehateþ. sra þ nales þ an ealle ðine ýlðan. ac ealle cýningas ða ðe on Breotone pæron * æsse. in mihte ⁊ on nice seos oðesstigest; Ða pæs he Soðine bealðra gesporden on ðære srignesse. ⁊ rona gehet. seþe him sra mycle sremsumnýsse sorgeaþe þ he him ðæs polde punþlice þancunge don; Cp'. he þnidan siþe to him seþe piþ him sprec. ⁊ nu gif se man seþe þe * ðýslice gife ⁊ sra mycle soþlicre þe topeapde sonecpýþ. ⁊ eac sýlce geþeahte þinre hælo. ⁊ betepan

teret nescius. Cúmque diu tacitis mentis angoribus & cæco carperetur igne, vidit subitò intempestæ noctis silentio appropinquantem sibi hominem vultûs [habitúsque] incogniti; quem videns [ut ignotum & inopinatum] non parum expavit. At ille accedens salutavit eum, & interrogavit quare illâ horâ, cæteris quiescentibus & alto sopore pressis, solus ipse mœstus in lapide pervigil sederet? At ille vicissim scisitabatur, quid ad eum pertineret, utrum ipse intus an foris noctem transigeret? Qui respondens ait: Nè me æstimes tuę mœstitiæ & insomniorum, & forinsecæ ac solitariæ sessionis causam nescire. Scio enim certissimè qui es, & quare mœres, & quæ ventura tibi in proximo mala formidas. Sed dicito mihi, quid mercedis dare velis ei, siquis sit, qui his te mœroribus absolvat, & Redwaldo suadeat, ut nec ipse tibi aliquid mali faciat, nec tuis te hostibus perimendum tradat? Qui, cùm se *omnia quæ posset, huic, tali pro mercede beneficii, daturum esse responderet; Adjecit ille, quid si etiam te Regem futurum extinctis hostibus in veritate promittat, ità ut non solùm omnes *tuos progenitores sed & omnes, qui antè, Reges in gente Anglorum fuerant, potestate transcendas. At Edwinus constantior interrogando factus, non dubitavit promittere, quin *ei qui tanta sibi beneficia donaret, dignis ipse gratiarum actionibus responderet. Tunc ille tertió: Si autem, inquit, is qui tibi tanta taliáque dona veraciter adventura prædixerit, etiam consilium tibi tuę salutis ac vi-

* *Sax.* omnia bona.

* *Sic MSs. sing.*

* *Sic MSs. sing.*

* *sic MS. Cott.*
* ond mid.C.
* þegelan.B & C.
* þæte. B.
* geopnast.C.
* *sic MSs. B & C. sed MS. Can.* ehtnýsse.
* æte-cte.C.
* æs þu. B.
* þýllice C.

ꝑan lifeꝼ ⁊ nẏttꝑan ꝥe æteẏꝑan mæg ꝥonne æniġ ꝥinꝑa maga. oꝺꝺe * ẏlꝺꝑena æꝼꝑe ġehẏꝺꝑoe; Cꝑẏꝼt ꝺu? hꝑæꝥeꝑ ꝺu hiꝼ ꝺa halꝑenꝺan monunge onꝼon ꝑẏlle ⁊ him hẏꝑꝑum beon; Ða ne ẏlꝺe he ꞇaꝺꝑine * opihꞇ. ac ꝑona ġehet ꝥ he polꝺe on eallum ꝥinġum him ġehẏꝑꝑum beon. ⁊ hiꝼ laꝑe luꝼtlice onꝼon. ꝛeꝥe hine ꝑnam ꝑa moneġum ẏꝑmꝺum ⁊ ꞇeonum ġeneꝑeꝺe ⁊ to heannẏꝛe cẏneꝑicef ꝼoꝑꝥ ġelæꝺꝺe; Ða he ꝺa ꝥẏꝛꝛe anoꝼꝑaꝑe onꝼenġ. ꝛeꝺe miꝺ hine ꝑꝑnæc. Ða inꝼtæꝑe. ꝛettꝺe he miꝺ ꝥa ꝑꝑiꝥꝑan hanꝺ him on ꝥ heaꝼoꝺ. ⁊ ꝺuꝼ cꝑ'. ꝥonne ꝺiꝼ ꞇacen ꝺẏꝑlic ꝺe ꞇocume. ꝥonne ġemune ꝺu ꝺiꝛꝛe ꞇiꝺe. ⁊ uncꝑef ġefꝑꝑæcef. ⁊ ne ẏlꝺe ꝥu ꝥ ꝺu ꝺa ꝥinġ ġefẏlle ꝺe ꝺu me ġehete; Ða he ꝥaꝼ ꝼoꝑꝺ ꝑꝑnæc. Ða ne ꝑiꝛꞇe he ꝛemninġa hꝥæꝑ he com. ꝼolꝺe ꝥ he on ꝺon onġeaꞇe ꝥ ꝥ mon ne ꝥæꝼ ꝛeꝺe him æteẏꝺe ac ꝥ ꝥ hiꞇ ġaꝼꞇ ꝥæꝼ; And miꝺ ꝺẏ he ꝥa ꝛe *iunġa æꝥelinġ ana ꝺæꝑ ꝺa ġẏꞇ ꝛæꞇ. ⁊ ꝥæꝼ ꝑꝑiꝥe ġefeonꝺe be ꝺæꝛe ꝛnoꝛꝛe ꝺe him ġehaten ꝥæꝼ. ac hꝥæꝥeꝛe ꝼoꝛhġienꝺe moꝺe ġeoꝑnlice ꝺohte hꝥæꞇ ꝛe ꝥæꝛe. oꝺꝺe hꝼonon he come ꝛeꝥe ꝺaꝼ ꝥinġ to him ꝑꝑnecenꝺe ꝥæꝼ; Ða com eꝼꞇ to him ꝛe ꝼoꝛeꝼꝑꝑnecena hiꝼ ꝼneonꝺ. ⁊ miꝺ bliꝥe ꝫliꞇan hine haleꞇꞇe ⁊ ġneꞇꞇe. ⁊ ꝼuꝼ cꝑ'. Aꝑiꝼ ⁊ ġanġ in ġeꝛeꝼꞇ ꝥinne lichoman ⁊ ꝺin moꝺ butan ꝼoꝛġum. ꝼoꝛꝼon ꝥæꝼ cẏninġef heoꝛte iꝛ oncẏꝑꝑneꝺ. ne ꝑile he ꝥe *opihꞇ laꝥef ġeꝺon. ac he ma ꝑile hiꝼ ꞇneope ⁊ hiꝼ ġehaꞇ ꝑiꝥ ꝺe ġehealꝺon ⁊ ꝥe ꝼeoꝑh hẏꝑꝺe beon; ꝺæꝺe him ꝥa æꝼteꝛ ꝺon. ꝥ ꝛe cẏninġ hiꝼ * ġeꝥohte. biġ ꝥam ꝥe ic ꝺe æꝛ ꝛæġꝺe. ꝺæꝛe cꝑene on ꝺiġolnẏꝛꝛe onꝑneah. Ða onꝑenꝺe heo hine ꝑnam ꝺæꝛe ẏꝼelan inġehẏġꝺe hiꝼ moꝺef. læꝑꝺe hine ⁊ manꝺe ꝥ ꝥ næniġ ꝺinġ ne ġeꝺaꝼenaꝺe * ꝑꝑa æꝺelum cẏninġe ⁊ ꝑꝑa ġeꝥunġenum ꝥ he ꝛceolꝺe hiꝼ ꝼneonꝺ ꝥone beꞇꝛꞇan on nẏꝺe ġeꝼeꞇꞇum on ġolꝺ bebẏcġean. ⁊ hiꝼ ꞇneope ꝼoꝛ ꝼeo ġẏꞇ-

* ꝥinꝑa. B.
* nanuhꞇ. C
* geonga. C.
* nanuhꞇ. C
*ġeꝥanc B.
* neġeꝑiꝛe. B.

tæ meliùs atque utiliùs quàm aliquis de tuis parentibus aut cognatis unquam audivit, oſtendere potuerit, num ei obtemperare, & monita ejus ſalutaria ſuſcipere conſentis? Nec diſtulit Edwinus, quin continuò polliceretur, in omnibus ſe ſecuturum doctrinam illius, qui ſe tot ac tantis calamitatibus ereptum, ad regni apicem proveheret. Quo accepto reſponſo, confeſtim is qui loquebatur cum eo impoſuit dextram ſuam capiti ejus dicens: Cùm hoc ergò tibi * ſignum advenerit, memento hujus temporis ac loquelæ noſtræ, & ea quæ nunc promittis adimplere ne differas. Et his dictis [ut ferunt] repentè diſparuit ut intelligeret non hominem eſſe, qui ſibi apparuiſſet, ſed ſpiritum. Et cùm Regius juvenis ſolus adhuc ibidē ſederet, gaviſus quidem de collata ſibi conſolatione: ſed multùm ſolicitus ac mente ſedulâ cogitans, *quis eſſet ille, vel unde veniret, qui hæc ſibi loqueretur: Venit ad eum præfatus amicus illius, lætóque vultu ſalutans eum: Surge, inquit, intra, & ſopitis ac relictis curarum anxietatib⁹ quieti membra ſimul & animum compone: quia immutatum eſt cor Regis, nec tibi aliquid mali facere, ſed fidem potiùs pollicitam ſervare diſponit. Poſtquàm enim cogitationem ſuam, de qua tibi antè dixi, Reginæ in ſecreto revelavit, revocavit eum illa ab intentione, admonens quia nullâ ratione conveniat tanto Regi, amicum ſuum optimum in neceſſitate poſitum, AUROVENDERE, imò fidem ſuam,

* Sic MSt. ſeq.
* qui. W. & C

gýtsunge ⁊ lufan forleosan. seo ðe dýrpurþre pære. ⁊ mare eallum * maþmum; Hpæt sceolan pe þæs mare secgean. dýde se cýning spa spa hit ær cpeden pæs. na læs ꝥ an ꝥ he þone præccan ðe hine gesohte to cpale ne gesealde. ac eac spýlce him gefultumade ꝥ he to rice becom; Forþon sona sýþþan þa ærenddracan ham cýrdon ðe his cpale ærenddedon. þa gebeon Rædpold his fýrde ⁊ mýcel peroð gesomnade to *gepinne pið Æþelfriþ; Ða for he him togenes ungelice peorode. forþon he ne polde him fýrst alýfan. ꝥ he moste his peorod eall gesomnian. þa geforon hi to somne. ⁊ gefuhtan on gemære Mýrcna ðeode. *æt east dæle ðære ea. ðe is Jole nemned. ⁊ ðær mon Æþelfrið þone cýning*sloh. spýlce eac on þam ýlcan gefeohte mon sloh Rædpoldes sunu se pæs *Regenhere haten. ⁊ spa he Gadpine æfter ðam God gespræce ðe he ær onfeng. na læs ꝥ an ꝥ he him ða sætnunge ða gepearnode þæs unholdan cýninges; Ac spýlce eac æfter his slæge him on ðæs rices puldor æfterfýligde. mid þý he ða Paulinus se B'. Godes pord bodade ⁊ lærde. ⁊ se cýning ýlde ða gýt to gelýfanne. ⁊ ðurh sume tid. spa spa pe ær cpædon. gelimplicum ana sæt. ⁊ geornlice mid hine sýlfne smeade ⁊ þohte hpæt him selost to donne pære. ⁊ hpýlc æfæstnýs him to healdenne pære; Ða pæs sume dæge se Godes pen ingangende to him. ðær he ana sæt ⁊ sette his ða spiþran hand him on ꝥ heafod. ⁊ hine acsode hpæþer he þæt tacen ongitan mihte; Ða oncneop he hit sona spotole ⁊ pæs spiþe forht geporden. ⁊ him to fotum feoll. ⁊ hine se Godes man up ahof. ⁊ him cuþlice to spræc. ⁊ ðus cp'. Hpæt þu nu hafast þurh Godes gýfe þinra feonda handa bespicene þe þu ðe ondrædest. ⁊ þu þurh his * sýlene ⁊ gýfe ðam rice onfeng þe ðu pilnadest; Ac *gemune nu ꝥ ðu ꝥ þridde

quæ omnibus ornamentis preciosior est, amore PECUNIÆ perdere. Quid plura? Fecit Rex ut dictum est, nec solùm exulem nunciis hostibus non tradidit, sed etiam eum, ut in regnum perveniret, adjuvit. Nam mox, redeuntibus domum nunciis, exercitum ad debellandum Æthelfridum colligit copiosum; cúmque sibi occurrentem cum exercitu multùm impari (non enim dederat illi spatium, quo totum suum congregaret atq; adunaret exercitum) occidit in finibus gentis Merciorum, ad Orientalem plagam amnis, qui vocatur *Idlæ. In quo certamine & filius Redwaldi, vocabulo *Regnheri, occisus est: ac sic Edwinus juxta oraculum quod acceperat, non tantùm Regis sibi infesti insidias vitavit, verùm etiam eidem perempto in regni gloriam successit. Cùm ergò, prædicante VERBUM DEI *Paulino, Rex credere differret, & per aliquod tempus, ut diximus, horis competentibus solitarius sederet, & quid agendum sibi esset, quæ religio sequenda, sedulus secum ipse scrutari consuesset; ingrediens ad eum quadam die vir Dei, imposuit dexteram capiti ejus; & an hoc signum agnosceret, requisivit. Qui cùm tremens ad pedes ejus procidere vellet, levavit eum, & quasi familiari voce affatus: Ecce, inquit, hostium manus quos timuisti, Domino donante, evasisti. Ecce regnum quod desiderasti, ipso largiente, percepisti. Memento ut tertium quod promi-

*maðmas. B.

*to gepinnenne. C.

*Sic MS. Ben.

*ofsloh B.

*Rægnere. B.

*selene. C.

*gemine. B.

*Sic MSs. sing.

*Rægnheri. C

*Sax. Paulino Episcopo.

*ðrihtne. B.

*þriðde gelæste ꝥ þu gehete. ꝥ ðu onfo his geleafan. ⁊ his beðoða healde. seþe þe fram hþilendlicum earfoþum generede. ⁊ eac on are hþilendlices rices ahof. ⁊ gif ðu forð his þillan gehýrsum beon þýlt þone he þurh me ðe boðaþ ⁊ læreð. he ðonne ðe eac fram tintregum genereð ælcera ýfela. ⁊ ðe ðælnumende gedeþ mið hine ðæs ecan rices on heofonum;

sisti facere non differas, suscipiendo fidē ejus & pręcepta servando qui te & à temporalibus adversis eripiens, temporalis regni honore sublimavit; & si deinceps voluntati ejus, quam per me tibi prædicat, obsecundare volueris, etiam à perpetuis malorum tormentis te liberans, æterni secum regni in cœlis faciet esse participem.

Cap. 13.

Quale consilium idem cum primatibus suis de percipienda Christi fide habuerit, & ut Pontifex ejus suas aras profanaverit.

Ða se cýning þas þord gehýrde þa ansþarede he him. ⁊ cþ'. ꝥ he ægþer gefolde ge scolde þam geleafan onfon þe he lærde; Cþ'. ꝥ he þolde mið his freondum * ⁊ mið his þitum sprræce ⁊ geþæht habban. ꝥ gif hi mið hine ꝥ geþafian þoldon. ꝥ hi ealle ætsomne on lifes þillan Cristе gehalgode þæron; Ða ðýde se cýning spa spa he cþ'. ⁊ se biscop ꝥ geþafode; Ða hæfde he gesprræce ⁊ geþeaht mið his þitum ⁊ * sýndrigliсe þæs fram him eallum frignende hþýlc him þuhte ⁊ gesaþen þære ðeos nipe lar. ⁊ þære goðcundnýsse bigong þe ðær læred þæs; Him þa ⁊ sþarede his ealdor biscop. Cefi þæs haten; Geseoh þu cýning hþýlc ðeos lar sý. þe us nu boðad is; Jc ðe soþlice andette ꝥ ic cuþlice geleornad hæbbe. ꝥ eallinga naþiht mægenes nenýtnesse hafeþ seo æfæstnýs ðe þe oþþis hæfdon ⁊ beeodon; Forþon nænig þinra þegna neoðlucor * ne gelustfullode hine sýlfne toura goða bigange þonne ic. ⁊ noht þon læs monige sýndon þa þe maran gefe ⁊ fremsumnýsse æt þe onfengon þonne ic ⁊ on eallum þingū maron gesýnto hæfdon; Hþæt ic þat? gif ure goðas ænige mihte hæfdon. þonne þoldon hi me ma fultumian. forþon ic him geornlicor ðeodde ⁊ hýrde;

* ond mið his ealdormonnū. B. & C.

* sýnderlice B.

* gelustfullicor. B. & C.

Quibus auditis, Rex, suscipere quidem se fidem, quam docebat, & velle & debere respondebat. Verùm adhuc cum amicis *principalibus & CONSILIARIIS suis sese de hoc collaturum esse dicebat, ut si & illi eadem cum eo sentire vellent, omnes pariter in FONTE VITÆ Christo consecrarentur. Et annuente Paulino fecit ut dixerat. Habito enim cum SAPIENTIBUS CONSILIO, sciscitabatur sigillatim ab omnibus, qualis sibi doctrina hæc eatenus inaudita, & novus divinitatis, qui prædicabatur, cultus videretur? Cui primus pontificum ipsius, Coifi continuò respondit: Tu vide Rex quale sit hoc, quod nobis modò prædicatur: ego *tibi verissimè quod certum didici profiteor, quia nihil omnino virtutis habet religio illa, quam hucusque tenuimus. Nullus enim tuorum studiosiùs quàm ego culturæ Deorum nostrorum se subdidit; nihilominus multi sunt, qui ampliora à te beneficia qùam ego, & majores accipiunt dignitates, magísque prosperantur in omnibus quæ agenda vel acquirenda disponunt. Si autem dii aliquid valerent, me potiùs juvare vellent, qui illis impensiùs servire

* Sic MS. T. & C. sed w. principibus.

* autem. MS. sing.

Forþon me þýnceþ þiſlic ȝiſ þu
beorh- ȝeſeo þa þinȝ *beteran ⁊ ſtren-
tran. B. ȝran ðe uſ niþan boðaðe ſýn-
ðon ꝥ þe þam onſon; Ðýſſum
þorðum oðer ðæſ cýninȝeſ þi-
ta ⁊ ealðormann ȝeþaſunȝe ſe-
alðe. ⁊ to ðæne ſpræce ſenȝ. ⁊
ðuſ cþ'; Ðýſlic me iſ ȝeſeþen
* leo- cýninȝ * ðiſ anðþarðe liſ manna
ſuſta. on eorþan to þiþmetenýſſe þæ-
ne tiðe ðe uſ uncuð iſ. ſþa ȝelic
ſþa þu æt ſþæſenðum ſitte mið
þinum ealðormannum ⁊ þeȝnum
on þinter tiðe. ⁊ ſý ſýr onæ-
leð. ⁊ þin heall ȝeþýrmeð. ⁊ hit
* ⁊ hæ- rine ⁊ ſniþe * ⁊ ſtýrme ute;
ȝele. B. Cume þonne an ſpearþa. ⁊ hræð-
lice ꝥ huſ þurh ſleo. þurh
oþre ðuru in. þurh oþre ut ȝe-
þite; Hþæt he on ða tið ðe he
inne bið. ne bið rineð mið ðý
ſtorme þæſ þintreſ. ac ꝥ bið
* bræh- an eaȝan * brýhtm ⁊ ꝥ læſte
tm. B. ſæc. ac he ſona oſ þintra in þin-
beorht ter eſt cýmeð. Sþa þonne ðiſ
C. monna liſ to meðmýclum ſæce
ætýþeð. hþæt ðær ſoreȝanȝe.
oþþe hþæt þær æſterſýliȝe þe ne
cunnon; Forþon ȝiſ ðeoſ niþe
lare oþiht cuþlicre ⁊ ȝeriſenli-
cre brinȝe. heo ðæſ þýrþe iſ ꝥ
þe þæne ſýliȝean; Ðýſſum þor-
ðum ȝelicum oþre ealðormen. ⁊
þæſ cýninȝeſ ðeahteraſ ſpræ-
*to æt- can; Ða ȝet * to ȝeýhte Cæſi
ıcte. B. ⁊ cþ'. ꝥ he þolðe Paulinuſ ðone
B'. ȝeorrnlicor ȝehýran be ðam
Goðe ſpræcende þe he boðaðe;
Ða het ſe cýninȝ ſþa ðon; Ða
he ða hiſ þorð ȝehýrðe. þa clý-
þoðe he ⁊ ðuſ cþ'. ȝeare ic ꝥ
onȝeat. ꝥ ꝥ noþiht þæſ ꝥ þe be-
eoðan. ſorþon ſþa mýcle ſþa ic ȝeorrnlicor on ðam biȝanȝe
* hu. C. ꝥ ſýlſe ſoþ ſohte. ſþa ic hit læſ mette; * Nu þonne ic
openlice onðette. ꝥ on þýſſe lare ꝥ ſýlſe ſoþ ſcineð. ꝥ
uſ mæȝ ſýllan ða ȝiſe ecre eaðiȝnýſſe. ⁊ eceſ liſeſ hælo;
Forþ-

curavi. Unde reſtat, ut ſi ea, quæ nunc nova nobis prædicantur, meliora eſſe, & fortiora [habitâ examinatione,] perſpexeris; [abſq; ullo cunctamine] ſuſcipere illa feſtinemus. Cujus ſuaſioni verbiſque prudentibus, alius optimatum Regis tribuens aſſenſum, continuò ſubdidit: Talis, inquiens, mihi videret (Rex) vita hominum pręſens in terris, ad comparationem ejus quod nobis incertum eſt temporis, quale cùm te reſidente ad cœnam cum ducibus ac miniſtris tuis tempore brumali, accenſo quidem foco [in medio,] & calido affecto cœnaculo, furentibus autem foris per omnia turbinibus hyemalium pluviarum vel nivium; adveniens * unus paſſerum domum citiſſimè pervolaverit, qui cùm per unum oſtium ingrediens, mox per aliud exierit, ipſo quidem tempore quo intus eſt, hyemis tempeſtate non tangitur: ſed tamen minimo ſpatio ſerenitatis ad momentũ excurſo, mox de hyeme in hyemem regrediens tuis oculis elabitur. Ita hęc vita hominum ad modicum apparet: quid autem ſequatur quídve præceſſerit prorſus ignoramus. Unde ſi hæc nova doctrina certius aliquid attulerit, meritò eſſe ſequenda videtur. His ſimilia, & cæteri majores natu, ac Regis conſiliarii divinitus admoniti, proſequebantur. Adjecit autem Coiſi, quia vellet ipſum Paulinum diligentiùs audire de Deo, quem prædicabat, verbum facientem. Quod cùm, jubente Rege, faceret; exclamavit, auditis ejus ſermonibus, dicens: Jam olim intellexeram nihil eſſe quod colebamus, quia videlicet quantò ſtudioſiùs in eo cultu veritatem quærebam, tantò minùs inveniebam. Nunc autem apertè profiteor, quia in hac prædicatione veritas claret illa, quæ nobis vitæ ſalutis & beatitudinis æternæ dona valet tribuere. Un-

* Sic MSt. ſing.

Forþon ic lære nu cýning * ꝥ ꝥ tempel ⁊ ða þeofedu ða ðe þe butan þæstmum ænigre nýttnýsse halgodon. ꝥ þe ða hraþe forleosan ⁊ on fýre forbærnon. hþæt he ða se cýning openlice andette ðam biscope ⁊ him eallum. ꝥ he þolde fæstlice þam deofolgýldum þiþsacan. ⁊ Cristes geleafan onfon ; Mid ðý he ða se cýning fram ðam forespreecenan biscope sohte ⁊ acsode heora haligness ðe hi ær beeodan he het hraþe ða * þigbed ⁊ þa heargas ðara deofolgýlda mid heora hegum ðe hi ýmbsette þæron aidlian ⁊ toþeorpan. þa ⁊ sþaredе he se B'. Ꝗfne. ic ða godas lange mid dýsinýsse beeode oð þis. hþa mæg hi gerisenlicor nu toþorpan to býsne oðra manna ðonne ic sýlfa. ðurh ða snýttra ðe ic fram ðam soðan Gode onfeng. ⁊ he ða sona fram him aþearp ða idlan dýsignýsse ðe he ær beeode. ⁊ þone cýning bæd ꝥ he him þæpen sealde ⁊ gested horss. ꝥ he mihte on cuman ⁊ ꝥ deofolgýld toþorpon. forþon þam bisceope ne þæs alýfed ꝥ he moste þæpen * þegan. ne ælcor butan on mýran ridan ; Ða sealde se cýning him sþeord ꝥ he hine mid begýrde. ⁊ nam him sþere on hand ⁊ hleop on ðæs cýninges stedan ⁊ to ðam deofulgýldum * ferde ; Ða ꝥ folc hine ða geseah sþa gescýrpedne. ða þendon hi ꝥ he tela ne þiste ac ꝥ he * þedde. sona þæs þe he gelihte to þam hearge. þa sceat he mid his sþere ꝥ hit sticode fæste on þam hearge. ⁊ þæs sþýþe gefeonde þære ongýtenesse þæs soþan Godes biganges. ⁊ he þa het his geferan toþorpon ealne hearh ⁊ þa getýmbro ⁊ forbærnan ; Is seo stoþ gýt æteoþed. giu þara defolgýlda naht feor east fram Ꝗoforþic ceastre begeondā Deorþentan þære ea. ⁊ gýt to dæg is nemned Godmundingaham þær se b'. þurh þæs soþan Godes onbrýrdnýsse toþearp ⁊ fordýde þa * þigbed þe he sýlf ær gehealgode ;

de suggero Rex, ut templa & altaria quæ sine fructu utilitatis sacravimus, ocyùs anathemati & igni * tradamus. Quid plura? Prębuit palam assensum [evangelizandi] beato Paulino rex, & abrenunciatâ idololatriâ, FIDEM se CHRISTI suscipere confessus est. Cúmque à præfato Pontifice sacrorum suorum quæreret, quis aras & fana idolorum cum septis, quibus erant circundata, primus profanare deberet? Ille respondit: Ego: Quis enim ea, quę per stultitiam colui, nunc ad exemplum omnium aptiùs quàm ipse, per sapientiam mihi à Deo vero donatam, destruam? Statímque, abjectâ superstitione vanitatis, rogavit, sibi * Regem arma dare, & equum emissarium, quem ascendens ad idola destruenda venit. Non enim licuerat, Pontificem sacrorum, vel arma ferre, vel præterquam * in equa equitare. Accinctus ergò gladio accepit lanceam in manu, & ascendens emissarium regis pergebat ad idola. Quod aspiciens vulgus æstimabat eum insanire. Nec distulit ille, mox ut appropinquabat ad fanum profanare illud, injectâ in eo lanceâ quam tenebat, multúmque gavisus de agnitione veri Dei cultûs, jussit sociis destruere ac succendere fanum cum omnibus septis suis. Ostenditur autem locus ille quondam idolorum non longè ab Eboraco ad Orientem * ultra amnem Dorowentionem, & vocatur hodie * Godmundingaham, ubi Pontifex ipse, inspirante Deo vero, polluit ac destruxit eas, quas ipse sacraverat, aras.

* leoferta. B.
* þeorod. C.
* þerian B.
* rad. B.
* þedende þære B.
* þeofedu þæs hæþenan gýldes ⁊ hi Gode gehalgoda. B.

* contradamus, MSs. sing.
* sed hoc fecit Coisi Pontifex regiâ fultus autoritate.
* Sic MSs. sing.
* Sic MSs. sing.
* Sic MSs. W. Gudmundingaham. T. in MS. Cott. erasa est.

NOTÆ.

* In prædicatione (*Paulini*) veritas claret illa. *Christus, per Ecclesiam suam, Paulinum Episcopum mittit ad Regem, & Coifi pontificem; Coifi statim, exuto quasi pontifice, Episcopum, pro rege & regno convertendis, induit. Quin pontifex Coifi adhuc cæcutiens, cæcum R. Edwinum, sed ductu Paulini Episcopi, ad Christum dirigit; Christus primò per Paulinum, Coifi alloquitur, ut per Andream* PETRUM; Joh. 1. 41, 42. *& Samaritanos per* aquariam: *at Samaritani* (vers. 42.) *fidem de Christo suam,* cap. 4. 29. *non aquariæ, sed Christo soli, quocum locuti sunt, ut Soli de sole lucem, acceptam referunt: Christus enim solus per Episcopum Paulinum Regi dicit, & Pontifici, ut in cunabulis Ecclesiæ discipulis suis,* venite & videte: *Ecclesia quidem præ Christo, esto* Joh. 1. 39. *aquaria, aquam baptismi baptisterio infundens, & tingens baptizandos: sed* CHRISTUS *fons est; qui ut aquâ carnem, sic spiritu suo & sanguine, carnem spiritúmque nostrum perfectissimè proluit: Sufficit ad salutem, ut mistis lacunis, cuncti Catholici ad hunc fontem certatim confluant: atque, ut ad confessionem Coifi Pontificis deveniamus, Christus* * VERITAS *est* ILLA. *Ecclesia ut Luna, per se licèt opaca, at* Joh. 14. 6. *per solem lucida, lucémq; solis ad nos usque deferens: ad solem jam exortum, totum cælum splendore replentem suo, & minora lumina, lunámque ipsam obscurantem, arrectis fixísque oculis contemplamur. Hinc Coifi:* VERITAS CLARET ILLA, *&c. quæ toto mundo, totâ etiam synagogâ, quam dicimus Ecclesiam, reclamantibus, unicè præfulsit.*

Videte Ecclesiæ Philosophiam, De temporibus anni, *ad finem Serm. Catholic. pag. 494. lin. 16.*

Sic Latinè verto.

Deo gyrne getacnaþ uncre hælend Crist. se þe is sihtsignyssre gyrne. swa swa se siteza cwæð. þam mannum þe him ondrædaþ Godes naman. þam arist sihtsignyssre gyrne. ⁊ hælð is on hise siþsum ⁊ ðe mona ðe seaxþ ⁊ panaþ getacnaþ þas andsetan gelaþunge ðe se on sind. seo is seaxende þurh acennedum cildum. ⁊ panigende þurh forþfarendum ⁊ Ða beorhtan steorran getacniaþ ða geleaffullan on Godes gelaþunge. ðe on godcunde drohtnunge scinaþ; Crist forlice onliht hi ealle þurh his gife. swa swa se Godspellere Johñes cwæþ. Þ wæs leoht com þe onlihte ælcne mannan cumendne to þisum middan earde. næfþ unenan leoht ænigne godnyssre buton of Cristes gife. se ðe is soþne sihtsignyssre sunne gehaten;

Sol, nostrum Jesum Christum *significat, qui est sol justitiæ: sicut propheta ait,* Timentibus autem Mal. 4. 2. nomen Domini, orietur sol justitiæ, & sanitas in pennis ejus. *Luna quæ crescit, & decrescit, Ecclesiã in qua sumus, præsentem, designat; quæ per enascentes filios (filiásque) crescit; decrescit autem per obeuntes: stellæ lucidæ, fideles in Ecclesia Dei significant; qui in sanctâ fulgent conversatione. Christus quidem hos omnes gratiâ illustrat suâ: prout Johannes Evangelista ait:* *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Nulla nostra lux, ullam habet bonitatem absque Christi gratia, qui* veræ justitiæ SOL *nuncupatur.* Joh. 1. 9.

Hanc de Christo doctrinam à Paulino, *& verè Paulinam, qui percipit, sit Coifi Pontifex, sive Rex Edwinus, aut quispiam subditorum infimus, Catholicus est; neque à paranympho aliquo, è Christi thalamo ejiciatur.*

CAP.

Cap. 14.

Ut idem Edwinus cum sua gente fidelis sit factus, & ubi Paulinus illos baptizaverit.

Ða onfenȝ ȝaðpine cýninȝ mið eallum þam æþelinȝum hiſ þeoðe. ⁊ mið mýcle folce Criſteſ ȝeleafan ⁊ fulluhte bæðe. þý ændlýftan ȝeare hiſ riceſ he þæſ ȝefulloð fram Pauline þam B'. hiſ lareoþe on ȝofeſpic ceaſtre. ðý * halȝeſtan ȝaſter-dæȝe on Sce'. Petreſ cýricean þæſ Apoſtoleſ ⁊ Ða he ðær * hræðe ȝeþorce of treoþe cýricean ȝetimbreðe ſýþþan he ȝecriſtnað þæſ ⁊ Sþýlce he eac on ðære ceaſtre hiſ lareoþe ⁊ hiſ B'. Pauline biſceopſetl forȝeaf. ⁊ ſona ðæſ ðe he ȝefullað þæſ he onȝan mið þæſ B'. lare maran cýrican ⁊ hýhran ſtænene timbrian ⁊ þýrcean ýmb ða cýrican utan þe he ær þorhte. ac ærðon ðe ſeo heanneſ ðæſ þalleſ ȝefýlleð ⁊ ȝeendoð þære. ⁊ he ſe cýninȝ mið arleaſre cþale ofſleȝen þæſ. ⁊ ⁊ ýlce ȝeþeorc hiſ æfterfýliȝende Oſþalðe forlet to ȝeendianne; Of þære tiðe Paulinuſ ſe B'. ſix ȝear fulle. ⁊ iſ oð ende ðæſ cýninȝeſ riceſ. ⁊ he mið hiſ fultume on þære mæȝþe Goðeſ þorð boðaðe ⁊ lærðe. ⁊ men ȝelýfðon ⁊ ȝefullaðe þæron. ſþa moniȝe ſþa * foreteoðe þæron to ecum life. on ðam þæron Oſfrið. ⁊ ȝaðfrið ȝaðpineſ ſuna cýninȝeſ. ða beȝen him þæron acende ða he þræcca þæſ. of Cþenburhȝe ſeo þæſ Ceorleſ dohter Mýrcna cýninȝeſ. þæron eac ȝefullaðe æfterfýliȝendre tiðe oþre hiſ bearn of Eðelburhȝe ðære cþene acende. Eðelhun. ⁊ Eðeldriþ hiſ dohter ⁊ oðer hiſ ſuna Þuſcfrea hatte. ac ða

* halȝan. B.

* hraþ. C.

* fore ætýþðe B.

IGitur accepit rex Edwinus, cum cunctis gentis suę nobilibus ac plebe perplurima, fidem & lavacrum sanctę regenerationis, anno regni sui undecimo; [qui est annus dominicæ incarnationis sexcentesimus vicesimus septimus: ab adventu verò Anglorum in Britanniam annus circiter centesimus octogesimus.] Baptizatus est autem Eboraci die sancto Paschę, [pridie Iduum Aprilium,] in Ecclesia sancti Petri Apostoli, quam ibidem ipse de ligno, *cùm catechizaretur, atque ad percipiendum baptisma imbueretur, citato opere construxit. In qua etiam civitate, ipsi doctori atq; antistiti suo * Paulino sedem Episcopatûs donavit. Mox autem ut baptisma consecutus est, curavit, docente eodem Paulino, majorem ipso in loco, & augustiorem de lapide fabricare Basilicam, in cujus medio ipsum, quod priùs fecerat, oratorium includeretur. [Præparatis ergò fundamentis, in gyro prioris oratorii, per quadrum cœpit ædificare Basilicam.] Sed priusquam altitudo parietis esset consummata, Rex ipse, impiâ nece occisus, opus idem successori suo Oswaldo perficiendum reliquit. Paulinus autem ex eo tempore, sex annis continuis, id est, ad finem usque imperii Regis illius, VERBUM DEI (annuente ac favente ipso) in ea provincia prædicabat. *Credebántq; & babtizabantur quotquot erant præordinati ad vitam æternã:* in quibus erant Osfridus & Eadfridus filii Regis Edwini, qui ambo ei exuli nati sunt de Quenburga, filiâ Cearli Regis Merciorum. Baptizati sunt tempore sequenti & alii liberi ejus, de *Ethilburga regina progeniti, *Æthilhun & *Æthildrith filia, & alter filius Wuscfrea, quorum primi albati

Anno Dom. 627.

* antequam. C.

* RR. Armach. pag. 77. lin. 37.

Act. 13. 48.

* Sic MS. Cot.

* Sic Cot. Æthelhunni.

* tpa.B. tu.C. æppan * tpezen undep cpirman popþgefepdon. ⁊ on cýnican in Soxeppic ceastre bebýrigde pæpon ; Spylce eac pæs gefullad Yffe Osfriþes sunu. ⁊ monige æðelingas of ðam * cýne cýnne ; Sr þ pæd þ sva mycel hæto ⁊ lust pæpe Cpirtes geleafan ⁊ fulluhtes bæþes on Norþanhýmbra ðeode. þ Paulinus se B'. sumpe tide com mid þone cýning ⁊ þære cpene on þone cýnelican tun se pæs nemned Æðzefrin. ⁊ þær sunode six ⁊ ðritti daga. þ he ðær þ folc * nanuht cpirtnade ⁊ fullade. ⁊ he * nophit elles dyde on eallum ðam dagum. sam æpne mergen ob æfen. Donne þ cumende Cpirtes folc ðider of eallum tunum ⁊ stopum mid godcundre lare timbrede. ⁊ on sýnna forlætnysse. [* fullpihtes] bæþe abboh in þam stpeame þe Clæne is nemned. Ser tun pæs forlæten in þæra æftes sýligendra cýninga tidum. ⁊ oðer pæs forþon getimbred on þære stope ðe man * Elmen hatt. Da stope sýndon on beorhnica mægþe. ac spylce eac in Deira mægþe þær se B. oft mid þone cýning pæs þ he fullade þ folc on spalepan stpeame. se ligð be Ceteneht tune. for þon þa gýta ne pæron cýnican getimbrede ne fulpiht stope on þam sumum þære acennedan cýnicean ; ⁊ hpæþere on Donaceldæ ðær pæs þa cýninges * botl. het Eadpine þæt cýnicean getimbrian. Ða æftes æce þa hæþenan mid ealle dý botle forbærndon. sam ðam eft se cýning of slegen pæs. forþam eft da æftran cýningas him botl porhton on þam lande de Loid is haten ;

* sic MS. B. ut Lat.

* Elmé. sive ut Lat Maelmen. C.

* bold. B.

adhuc, rapti sunt de hac vita, & Eboraci in Ecclesia sepulti, Baptizatus est & Iffi filius Osfridi ; Sed & alii nobiles * ac Regii viri non pauci. Tantus autem fertur tunc fuisse fervor fidei, ac desiderium lavacri salutaris genti Northanhymbrorum, ut quodam tempore Paulinus veniens cum Rege & Regina in villam regiam, quæ vocabatur * Adgebrin, triginta sex diebus ibidem cum eis, catechizandi & baptizandi officio deditus, moraretur ; quibus diebus cunctis à mane usq; ad vesperam nil aliud ageret, quàm confluentem eò, de cunctis viculis ac locis, plebem ; CHRISTI VERBO SALUTIS instruere, atque instructam in fluvio Gleni, qui proximus erat, lavacro remissionis, abluere. Hæc villa tempore sequentium Regũ deserta, & alia pro illa est facta in loco, qui vocatur * Melmin.

Hæc quidem in provincia Berniciorum, sed & in provincia Deirorum, ubi sæpiùs manere cum rege solebat, babtizabat in fluvio * Swalwa, qui vicum Cataractum præterfluit. Nondum enim oratoria vel baptisteria, in ipso exordio nascentis ibi Ecclesiæ, poterant ædificari. Attamen in * campo Dono (ubi tunc etiam villa Regia erat) fecit Basilicam, quam postmodùm pagani, à quibus Edwinus Rex occisus est, cum tota eadem villa succenderant. Pro qua reges posteriores fecêre sibi villam in regione quæ vocatur Loidis. [Evasit autem ignem altare, quia lapideum erat, & servatur adhuc in monasterio reverendissimi Abbatis & presbyteri * Thrythwulfi, quod in sylva Elmete est.]

* Sic MSS. sing.

* Sic MS. Cot

* Malmin. T. Mælmin. W. Makmin. Chichest. hist. MS. Bibl. Cant.

* Sic Cot. Sualwa. T. Suala. W.

* Campadono. W.

* Sic Cot. Trumwulfi edit. Col. Drihtulfi. T.

CAP.

Cap. 15.

Ut provincia Orientalium Anglorum fidem Christi susceperit.

Hæfde Eoþine se cyning sþa mycele þilsumnysse ðæs biganges Cristes geleafan. ⁊ he eac sþylce Eorpþald east Engla cyning Ræðþaldes sunu to ðon * gesþeon. ⁊ he forlet ða idelnesse deofolgylda ⁊ þam gerynum onfeng Cristes geleafan mid his mægþe east Englum; And Ræðþald his fæder þæs iu geara on Cent gelæred in ða gerynо Cristes geleafan. ac holinga forþam ðe he eft ham com. þæs he besþicen fram his þife ⁊ fram sumum unrihtum lareoþum. ⁊ he forlet ða hluttornysse Cristes geleafan. ⁊ his þa nerran tide þæron þyrsan ðam ærran. sþa ⁊ he ðy þeaþe ðe iu þa ealdan Samaritane dydon ⁊ he þæs gesepen Criste þeoþian. ⁊ eac deofolgyldum. ⁊ he on þam ylcan hearhge *þigbed hæfde to Cristes onsægdnysse. ⁊ oþer to deofla onsægdnysse; Se ylca hearh þær þunede oþ Aldþulfes tide þære ylcan mægðe cyninge; Sæde he ⁊ he hine cniht þesende [* gesaþe]; Þæs he se foresþrecenda cyning Ræðþold æþelre gebyrde. þeah ðe he on dæde unæþele þære. þæs he * Titeles sunu ðæs fæder þæs Þuffa haten. fram þam east Engla cyningas Þuffingas þæron nemde; Hþæt þa? Eorpþald se cyning na læs æfter micelre tide þæs offlegen fram sumu hæþenum men. Ricbyrht þæs haten. þanon seo mægþ þreo gear fulle on dþolan þæs lifigende. oþþæt * Sigebyrht Eorpþalde broþor to þam rice feng. se mon þæs þurh eall se Cristenesta. ⁊ se gelæredesta; Þæs he. be þam breþer lifigendum. þræcca on Gallia lande. ⁊ þær þæs mid þam gerynum Cristes geleafan þell gelæred;

* gesþon. C.

* þeofod. B.

* *sic MS. B. & C. sed* cuþe. *Cant.*

* Tytelaes. B.

* Siebyrht. B.

TAntum autem devotionis Edwinus erga cultum veritatis habuit, ut etiam regi Orientalium Anglorum, *Eorpwaldo filio Redwaldi, persuaderet, relictis idolorum * superstitionibus, FIDEM & SACRAMENTA CHRISTI cum sua provincia suscipere: & quidem pater ejus Redwald jamdudum in Cantia Sacramentis CHRISTIANÆ FIDEI imbutus est, sed frustra: nam rediens domum ab uxore sua, & quibusdam perversis doctoribus seductus est, atque à sinceritate fidei depravatus; habuit posteriora pejora prioribus; ita ut, in morem antiquorum Samaritanorum, & Christo servire videretur, & diis quibus antea serviebat; Atque in eodem fano & altare haberet ad sacrificium Christi, & *arulam ad victimas dæmoniorum: quod videlicet fanum Rex ejusdem provinciæ Aldulf (qui nostrâ ætate fuit) usque ad suum tempus perdurasse, & se in pueritia vidisse testabatur. Erat autem præfatus Rex Redwaldus natu nobilis, quamlibet actu ignobilis, filius Tytili, cujus pater fuit Vuffa; à quo Reges Orientalium Anglorum Vuffingas *appellant. Verùm *Eorpwald, non multo postquàm fidem accepit tempore, occisus est, à viro gentili, nomine *Richberchto; & exinde tribus annis provincia in errore versata est, donec accepit regnum ejusdem frater Eorpwaldi * Sigbercht, vir per omnia CHRISTIANISSIMUS ac DOCTISSIMUS. Qui, vivente adhuc fratre, cùm exularet in Gallia, fidei Sacramentis imbutus est. Quorum partici-

* *Sic MS. Cot. sed edit. Col.* Carpvaldo.

* *Sax.* vanitate.

1. *Cor.* 10. 21.

* *Sic MSs. W. & C.*

* *Sic MS. Cot.*

* *Sic MS. Cot.*

* *Sic MS. Cot.*

Ðæs geleafan he wolde his leode dælnimende gedon. swa wæs de he to wice wenig; And his dam godan willan sell gefultumode Felix se B'. se com of Burgunda cneorisse dælum. þær he wæs acenned ⁊ gehalgod; Com he æfter hider ofer sæ to Honorie dam sercebr. ⁊ him sæde his willan ⁊ his lustr; Da sende he hine godcunde lare to læranne on eastr Engle. ⁊ he swa se afæstra bigenga wæs gastlican landes mycelne dæl gemette onþæne deode geleafsumra folca· ⁊ he eall þa deode æfter þam gesynne his noman þnam langne poneste ⁊ ungeæligny̆sse alysde. ⁊ to Cristes * gisum peorcum. ⁊ to * gesean dære B. & C. ecan gesæligny̆sse gelædde; he eac onfeng biscop setl on Dommocceastre. ⁊ mid þy̆ he seofontyne wintes on bisceoplicum gesetse fore wæs. ðæs he on wibbe his lifs geendode;

pem, mox ubi regnare cœpit, totam suam provinciam facere curavit. Cujus studiis glorioſissimè favit Felix Episcopus, qui de Burgundiorum partibus, ubi ortus & ordinatus est: Cùm venisset ad Honorium Archiepiscopum, eique indicasset desiderium suum, misit eum ad prædicandum VERBUM VITÆ præfatæ nationi Anglorum. [Nec vota ipsius incassum cecidere;] quin potiùs fructum in ea multiplicem credentium populorum pius AGRI SPIRITALIS cultor invenit. Siquidem totam illam provinciam, juxta sui nominis Sacramentum, à longa iniquitate atque *infelicitate* liberatam, ad fidem & opera justitiæ, *ad perpetuæ felicitatis dona perduxit. Accepitque sedem Episcopatûs in civitate *Dommoc; & cùm decem ac septem annos eidem provinciæ Pontificali regimine præfuisset, ibidem in pace vitam finivit.

* Sic MSt. sing.

* Sic MSt. sing.

Cap. 16.

*Ut Paulinus in provincia * Lindisi prædicaverit, & de qualitate regni Edwini.*

* Sic MSt. sing.

Lsende Scs'. Paulinus se B'. eac sylce Godes sond on Lindesse seo mæg. is seo nyhste on sud halfe Humbre stream. liges ut on sæ. ⁊ da æfest to dihtnes geleafan gecyrde Lindcolene ceastre gefeafan. þæs nama wæs Blecca mid his hiwe; Syrlce he eac in þæne ceastre stænene cyricean getimbrede æfeles gefeoncer þæne gyt to dæg mon mæg gesion þa weallas stondan. ⁊ ðær æghwylce seafe ætywede beoh monige wundru untrumra hælo. ðæra de da * sorh- stope mid geleafan fecead; On fende.C ðære sylfan cyricean Scs'. Paulinus se B'. þa Justus se B'. to Cristes * fende. Honorius

PRædicabat autem Paulinus verbum etiam provinciæ *Lindisi, quæ est prima ad meridianam Humbræ fluminis ripam, pertingens usq; ad mare. *Præfectûmq; Lindocolinæ civitatis, cui nomen erat Blecca, primùm cum domo sua convertit ad DOMINUM: In qua videlicet civitate, & Ecclesiam operis egregii de lapide fecit, [cujus tecto vel longâ incuriâ vel hostili manu dejecto,] parietes hactenus stare videntur; & omnibus annis aliqua sanitatum miracula in eodem loco solent, ad utilitatem eorum qui fideliter quærunt, ostendi. In qua Ecclesia Paulinus, transeunte ad Christum Justo, Honorium pro

* MSt. sing.

for

ꝼoꝛ hıne ꝛo B'.ꝛehalꝛoꝺe. ꝛꝑa ꝑe eꝼꝛ heꝛ æꝼꝛeꝛ ꝛemẏneꝛıaþ. be þẏꝛꝛe mæꝛþe ꝛeleaꝼan ⁊ Cꝑæð Beꝺa. me ꝛæꝺe ꝛum aꝛꝑuꝛþe Mæꝛꝛe Pꝛeoꝛꝛ ⁊ Abbuꝺ oꝼ Peoꝛꝛanea þam ham. ꝛe ꝑæꝛ Deꝺa haꝛen. cꝑæð ꝥ hım ꝛæꝺe ꝛum ealꝺ ꝑıꝛa ꝥ he ꝑæꝛe ꝛeꝼulloꝺ æꝛ mıꝺꝺum ꝺæꝛe ꝼꝛam Paulıno ðam b'. on ꝯoꝑıneꝛ ⁊ꝑeaꝛꝺnẏꝛꝛe ðæꝛ cẏnıngeꝛ. ⁊ mẏcel menıꝛo þæꝛ ꝼolceꝛ on Tꝛenꝛonꝛꝛeame [be Teolꝼınꝛa ceaꝛꝛe] ⁊ Sæꝺe ꝛe ẏlca man hꝑẏlc þæꝛ b'. hıꝑ ꝑæꝛe. Sce'. Paulıneꝛ.Cꝑ'. ꝥ he ꝑæꝛe lanꝛ on boꝺıꝛe. ⁊ *hꝑon ꝼoꝛþhealꝺ. he hæꝼꝺe blæc ꝼeax. ⁊ blacne ⁊ꝑlıꝛan. ⁊ meꝺmẏcle neoꝛu þẏnne. ⁊ he ꝑæꝛe æꝛhꝑæþeꝛ ꝛe aꝛꝑuꝛþlıc ꝛe *onꝺꝛẏꝛenꝺlıc onꝛoꝛeonne ⁊ hæꝼꝺe he hım ꝛo ꝼulꝛume on þæꝛe ꝛoꝺcunꝺon þenunꝛe Jacobum ðone Dıacon. ꝑæꝛ ꝛe man ꝑell ꝛelæꝛeꝺ ⁊ æþele. ꝛe on Cꝛıꝛꝛe ꝛe on hıꝛ cẏꝛıcean. ꝛe lıꝼꝺe oð uꝛꝛe ꝛıꝺe; Jꝛ ꝥ ꝛæꝺ ꝥ on ða ꝛıꝺ ꝛꝑa mẏcel ꝛıbb ꝑæꝛe on Bꝛeoꝛone æꝛhꝑıꝺeꝛ ẏmb ꝛꝑa ꝛꝑa ꝯoꝑıneꝛ ꝛıce ꝑæꝛe. þeah ðe an ꝑıꝼ ꝑolꝺe mıꝺ hẏꝛe * nacenꝺum cılꝺe. heo mıhꝛe ꝛeꝛan buꝛan ælceꝛe ꝛceaþenẏꝛꝛe ꝼꝛam ꝛæ ꝛo ꝛæ. oꝼeꝛ eall þıꝛ ealonꝺ; Sꝑẏlce eac ꝛe ẏlca cẏnıng ꝛo nẏꝛnẏꝛꝛe ꝼanꝺ hıꝛ leoꝺum. ꝥ ın moneꝛum ꝛꝛoꝑum ðæꝛ ðe hluꝛꝛꝛe ꝑẏllan uꝛnon be ꝼolc cuþu ꝛꝛæꝛum. ðæꝛ monna ꝼæꝛnẏꝛ mæꝛꝛ ꝑæꝛ. ⁊ ꝥ he ðæꝛ heꝛ ꝼoꝛ ꝑeꝛꝼeꝛenꝺꝛa ꝛecelnẏꝛꝛe ꝛꝛapulaꝛ aꝛeꝛꝛon. ⁊ ðæꝛ æꝛene ceacaꝛ onhon. ⁊ ða hꝑæþeꝛe nænıꝛ ꝼoꝛ hıꝛ eꝛe. ⁊ ꝼoꝛ hıꝛ luꝼan hı ꝛınan ꝺoꝛꝛꝛe ne ne ꝑolꝺe buꝛan ꝛo hıꝛ neoꝺþeaꝛꝼlıcꝛe ðenunꝛe ⁊ Sꝑẏlce he hæꝼꝺe eac ꝛꝑa mẏcele heanneꝛꝛe on ꝥ cẏneꝛıce. ꝥ na læꝛ ꝥ an ꝥ hı * ꝛeꝛen ꝼoꝛe hım bæꝛon æꝛ ꝛeꝼeohꝛe. Ac ꝛꝑẏlce eac on ꝛıbbe ꝛıꝺe þæꝛ he ꝛaꝺ beꝛꝑıh hıꝛ hamum oþþe ꝛunum mıꝺ hıꝛ þeꝛnum ꝛeþeah ðe he

Deest MS. Sax. Cot.

*ꝑon. C.

* onꝺꝛıꝛlıc. B.

* ꝛucenꝺum. B. & C.

* *aliàs*, mæꝛcá. *MS. Cant.*

eo consecravit Episcopum: ut in sequentibus suo loco dicemus. De hujus fide provinciȩ, narravit mihi presbyter & abbas quidam vir veracissimus, de monasterio *Peartaneu, vocabulo Deda, retulisse sibi quendam seniorum, baptizatum se fuisse die mediâ à Paulino Episcopo, præsente Rege Edwino; & multam populi turbam in fluvio *Trehenta, juxta [civitatem quæ linguâ Anglorum] *Tiovulfingacestir vocatur. Qui etiam effigiem ejusdem Paulini referre esset solitus, quòd esset vir longæ staturæ, paululùm incurvus, nigro capillo, facie macilentâ, naso adunco pertenui, venerabilis simul & terribilis aspectu. Habuit autem secum in ministerio & Jacobum Diaconum, virum utique * industrium ac nobilem, in Christo & in Ecclesia; qui ad nostra usque tempora permansit. Tanta autē eo tempore pax in Britannia, quaquaversum imperium Regis Edwini pervenerat, fuisse perhibetur, ut [sicut usque hodie in proverbio dicitur,] etiam si mulier unà cum recens nato parvulo vellet totam perambulare insulam à mari ad mare, nullo se lædente, valeret. Tantùm rex idem utilitati suæ gentis consuluit, ut plerisque in locis ubi fontes lucidos, juxta publicos viarum transitus, conspexit, ibi ob refrigerium viantium, erectis stipitibus & æreos caucos suspendi juberet: neq; hos quisquam, nisi ad usum necessarium contingere præ magnitudine, vel timoris ejus auderet, vel amoris vellet. Tantum verò in regno excellentiæ habuit, ut non solùm in pugna ante illum vexilla gestarentur; sed & tempore pacis equitantem inter civitates sive villas [aut provincias] suas, cum ministris semper antecedere signifer

* *Sic MS. Cot.* Penitanei. *W. Edit. Col.* Peartan.

* Treenta. *C.* Trenta. *T. & W.*

* Tuilfingacester. *T.* Tyowlfingacester. *W.*

* illustrem. *W.*

he eode. ꝥ him ſymble ꝥ tacen beꝼoꝛan ꝑeꝫ ⁊

consuevisset. [Necnon & incedente illo ubilibet per plateas, illud genus vexilli, quod Romani ante eum ferri solebat.]

* Tufam, Angli verò appellant Thuuf.

* Tuffa. w.

Cap. 17.

Ut Edwinus ab Honorio Papa exhortatorias literas accepit, qui etiam Paulino pallium miserit.

ON ðæꝛe tide hæꝼde Honoꝛiuſ biſcop had þæſ Apoſtolican ſetleſ. ſe ſæſ Boneꝼaciuſ æꝼteꝛꝼýligend ⁊ Ða he þa ſe Papa ꝥ ꝫeacſade. ꝥ Noꝛðanhýmbꝛa þeode mid ꝫdꝑine heoꝛa cýninꝫe to Cꝛiſteſ ꝫeleaꝼan. ⁊ to hiſ andetnýſſe ꝫecýꝛꝛed þæſ ðuꝛh Paulinuſ ꝫodcunde laꝛe ⁊ Ða ſende he ðam ýlcan B'. hideꝛ pallium. ⁊ ſꝑýlce eac ꝫdꝑine ðam cýninꝫe ſende * tꝛýmmendlice ꝫeꝑꝛit. ⁊ mid ꝼæðeꝛlice luꝼan hine þæſ onbæꝛnende. ꝥ hi on ðam ꝫeleaꝼan ſoþꝼæſtnýſſe ðone ðe hi onꝼenꝫon. ſýmle ꝼæſtlice ſtodan ⁊ aꝑunedon ⁊

QUo tempore præsulatum sedis Apostolicę, *Honorius Bonifacii successor habebat; qui, ubi gentem Northanhymbrorum cum suo rege ad fidem confessionémque Christi, Paulino evangelizante, conversam esse, didicit; misit eidem Paulino pallium, misit & regi Edwino literas exhortatorias, paternâ illum charitate accendens, ut in fide veritatis quam acceperant, persistere semper ac proficere curarent. [Quarum videlicet literarum iste est ordo.]

* Episcopus. w.

*tꝛumlic æꝛendꝫeꝑꝛit. C.

Deest Sax.

Domino excellentissimo atque præcellentissimo[a] filio Edwino, Regi Anglorum, Honorius Episcopus, servus servorum Dei, salutem. Ità Christianitatis vestræ integritas, circa sui conditoris cultum, fidei est ardore succensa, ut longè latéque resplendeat, & in omni mundo annunciata, vestri operis multipliciter referat fructum. Sic enim vos reges esse cognoscitis, DUM Regem & Creatorem vestrum orthodoxâ prædicatione edocti, Deum venerando creditis, eíque, quod humana valet conditio, mentis vestræ sinceram devotionem exolvitis. Quid enim Deo nostro aliud offerre valebimus, nisi ut in bonis actibus persistentes, ipsúmque autorem humani generis confitentes, eum colere, eíque vota nostra reddere festinemus? Et ideò (excellentissime fili) paternâ vos charitate, qua convenit, exhortamur; ut hoc quod vos divina misericordia *ad suam* gratiam *vocare dignata est, solicitâ intentione & assiduis orationibus servare omnimodo festinetis; ut qui vos in præsenti seculo ex omni errore absolutos, ad agnitionem sui nominis est dignatus perducere, & cœlestis patriæ vobis præparet mansionem. Prædicatoris igitur vestri Domini mei, Apostolicæ memoriæ, Gregorii lectione frequenter occupati, præ oculis affectum doctrinæ ipsius, quem pro vestris animabus libenter exercuit, habetote; quatenus ejus oratio & regnum vestrum populúmque augeat, & vos omnipotenti Deo irreprehensibiles repræsentet. Ea verò quæ à nobis pro vestris sacerdotibus ordinanda sperastis, hæc pro fidei vestræ sinceritate, quæ nobis multimodâ relatione per præsentium portitores laudabiliter insinuata est, gratuito animo attribuere illis sine ulla dilatione prævidemus. Et duo* pallia utrorumque Metropolitanorum, id est, Honorio & Paulino dixerimus; ut dum quis eorum de hoc seculo ad autorem suum fuerit accersitus, in loco ipsius alterum Episcopum, ex hac nostra auctoritate, debeat subrogare: quod quidem tam pro vestræ charitatis affectu, quàm pro tantarum provinciarum spatio, quæ inter nos & vos esse noscuntur, sumus invitati consedere, ut in omnibus devotioni vestræ nostrum concursum, & juxta vestra desideria præberemus. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.*

*RR. Armach. pag. 78. lin. 1.

NOTÆ.

NOTÆ.

a Domino excellentissimo, atque præcellentisimo FILIO Honorius (Papa) servus servorum DEI--- Vos (*inquit*) Reges esse cognoscitis DUM-- Orthodoxâ PRÆDICATIONE edocti-- & PRÆDICATORIS vestri--- Domini mei GREGORII lectione frequenter occupati--

*Solenne hoc Episcopis Romæ semper fuit, Archiepiscopos Cantuarienses nuncupare fratres; Reges verò filios: Sic (lib. 1. cap. 29.) Augustinum P. Gregorius fratrem vocat, Regem autem Ethelbertum filium. Sic P. Bonifacius (lib. 2. cap. 8.) FRATREM Archiepiscopum: at Regem Æthelwaldum filium: atque hic Edwinum Anglorum Regem FILII honore, Honorius Papa dignatur: & porrò, Papa se** Servum servorum Dei *hic appellat; Numquid ergò filii sui Regis, servum? comitem potiùs, si hic Britannicâ civitate donatus esset. Quin Honorius Papa, honoris sui diminuti, & istius servitutis damnum,* AUTORITATE, *quam adsciscit sibi, suâ (quâ creando utrosque Archiepiscopos, animas totius regni decreverat regere) solertissimè resarcit.* Ex hac nostra (*inquit*) *non servili, sed plùs quàm Regia* autoritate.

* *Vide S. Greg. Epist. ad Augustin. Cant. lib. 1. cap. 28. & 1. Cor. 9. 19*

Reges (inquit) esse cognoscitis, DUM — *hoc est,* Rex eris DUM bene regis; quod nisi feceris, nomen Regis non in te constabit, & nomen Regis perdes. *Sic Papa Eleutherius (ut ainnt)* CHRISTIANISSIMO *Britannorum* Regi Lucio *ann.** 165. *dixit. Sed annon secula recentiora sapiat istud epistolium, Clar. Dom. Henr.* Spelmannum consulite. Videte etiam RR. Armach. in primord. pag.* 103. *at vide* Bellarm. Regibus iniquiorem.*

* *Lib. 1. cap. 4.* * *Contil. in ann. 185. & Lambard. in leg. Edwardi.*

* *De Pontif. Roman. lib. 5. cap. 7.*

Sed Regum in subditis suis à P. Romano Majestati lasæ, mederi satagit Saxonicus interpres, fortissimus Anglorum Rex Aluredus; Epistolas enim omnes Pontificum Romanorum quia Romæ Veteris Fastum, licèt occultum, sapere, Regi visæ sunt, è versione sua Saxonica eliminavit.

Medetur quoque Vetus, quæ apud nos, post sacras literas, obtinuit Ecclesia; nè, dum è sententia Paparum, Reges malè rexerint, hinc strages bellicæ perpetuò fuerint secutæ. Homiliam ergò Romano-Saxonicam, pacis Catholicæ cupientissimi, amplexamur. Hom. 34. pag. 303. lin. 5. Se cyning is Cristes yldest gelyfende ofer dam Cristenan folce de Crist yldf alyfde him to hyrde gehalgod. dæt he hi healdan sceolde mid dæs folces fultume wid yfele menn. ⁊ on feohtende here ⁊ him sige biddan æt dam sodan hælende de him done anfeald underh him yldum forgeaf. *Sic Latinè do: Rex* CHRISTI IPSIUS VICARIUS *est, super populum Christianum, quem ipse Christus redemit, ipsius (Christi) pastor consecratus: ut populum, populi auxilio, contra malos homines pugnaci exercitu conservaret; sibique victoriam à vero illo Jesu peteret, qui ipsi (Regi) hanc,* sub seipso (*Christo*) *autoritatem dedit.*

Speligende under him yldum. *Vicarius (inquit Vetus Ecclesia) sub* SEIPSO (*Christo*) *qui sacras literas pro libidine torquere solent, audiant saltem Ecclesiam: nos interim & Scripturas:* NE TANGITE CHRISTOS MEOS, *Psal. 105. 15.*

Gregorii (Pontificis Romani) lectione frequenter, orthodoxam prædicationem primò Regi commendavit; hoc est, Romanam: deinde orthodoxum PRÆDICATOREM *Gregorium P. Romanum: num solius Gregorii lectione? Cur non & verbi Dei lectione? Audiatur Moses, Deut. 17. 19. Leget (Rex) illud (Deuteronomium) legis hujus in volumine* omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere DOMINUM DEUM SUUM. DOMINUM (*inquit*) DEUM. *Verùm audiatur Christus ipse:* SCRUTAMINI SCRIPTURAS, *Gregorium tamen post Mosem, & Dominum Christum, non ut Legislatorem, sed Legis & Evangelii, in plerisque augustum quidem, & dignum Rege lectore interpretem, nemo sanus repudiabit: Hinc R. Aluredus in Scripturis, & Gregorio, Saxonicè vertendis, se multùm exercuit. Sed de necessitate, & usu legendæ Scripturæ sacræ, vide Sax. Homilias Bibl. publ. Cantabr. nam festinans Typographus me vellicat.*

CAP.

Cap. 18.

sic cum paucissimo exercitu se certamini dedit. Denique fertur, quod tricies majorem pagani habuerint exercitum, [siquidem ipsi triginta legiones, ducibus nobilissimis instructas, in bello habuere.] Quibus Oswi rex, cum Alchfrido filio, perparvum (ut dixi) habens exercitum, sed CHRISTO duce, confisus, occurrit: Nam alius filius ejus *Ecgfrid, eo tempore in provincia Merciorum, apud reginam *Cinvise, obses tenebatur. Filius autem Oswaldi regis Ethilwald, qui eis auxilio esse debuerat, in parte erat adversariorum; eisdémque, contra patriam & patruum suum pugnaturis, ductor extiterat: [quamvìs ipso tempore pugnandi sese pugnæ subtraxerat, eventúmq; discriminis tuto in loco expectabat.] Inito ergò certamine, fugati sunt & cæsi pagani duces regis triginta, qui ad auxilium venerant penè omnes interfecti; in quibus *Ædilhere, frater Annæ regis Orientalium Anglorum, qui post eum regnavit, auctor ipse belli, perditis militibus sive auxiliis, interempt9 est. Et quia prope fluvium *Vinved pugnatum est, qui tunc, præ inundantia pluviarum, latè alveum suum, imò omnes ripas suas transierat, contigit ut multò plures aqua fugientes, quàm bellantes perderet ensis. Tunc Rex Oswi, juxta quòd Domino voverat, pro collata sibi victoria gratias Deo referens, dedit filiam suam Elfledam, [quæ vix dum unius anni ætatem impleverat,] perpetuâ ei virginitate consecrandam; donatis insuper duodecim possessiunculis terrarum, in quibus ablato studio militiæ terrestris, ad exercendam militiam cœlestem supplicandúmque pro pace gentis ejus [æterna, devotioni sedulæ] monachorum, locus facultásque

* c.

* c.

* w. & C.

* w. & c.

ſixtiȝ in Deſra mæȝþe. ſixtiȝ on Beoſnicum ; Ða eode ſeo ſoſeſpſecene dohtoſ Oſþieſ þæſ cýninȝeſ Gode ȝehalȝod on
* Heoſot. B. & C. þ mýnſteſ ðe iſ nemned * Heoſt ea. on þam þæſ on ða tid Hilde abbbudiſſe. ſeo æfteſ tþam ȝeaſum ȝebohte týn hida landeſ hiſe on æhte on þæſe ſtoþe ſeo iſ ȝecþeden Streoneſhalh. ðæſ heo mýnſteſ ȝetimbſode. on ðam ſeo ȝemýneȝode cýninȝeſ dohteſ æſeſt þæſ diſcipu-
* manna B. la. ⁊ leoſning * mon ſeoȝolliceſ lifeſ. ⁊ eft æfteſ ðon þæſ maȝiſteſ ⁊ laſeoþ ðæſ mýnſtſeſ oð hiſe daȝa ſim ȝefýlled þæſ. þ iſ aneſ þona ſixtiȝ þintſa. ða heo to clýpnýſſe. ⁊ to ȝýmunȝum þæſ heoſonlicum bſýdȝuman eadiȝ fæmne ineode. on ðam mýnſtſe heo ⁊ Oſþio hiſe fæder. ⁊ hiſe moduſ Eanflæd. ⁊ hiſe moduſ fæder Edþine. ⁊ moniȝe oðſe æðele on Sce. Petſeſ cýſicean. ðæſ Apoſtoleſ bebýſiȝde þæſon ; Ðiſ ȝefeoht Oſþio ſe cýninȝ ðý þſeottеoȝeþan ȝeaſe hiſ ſiceſ on ðam lande ðe Loidiſ hatte. ðý ſeoſonteoþan dæȝe Kalendaſum Decembſium ȝefſemede. mid
* nýtþeoſþneſſe. B. mýcelſe * nýtnýſſe æȝhþæþeſeſ folceſ. foſþon ðe he hiſ ðeode alýſde. ⁊ ȝeneſede fſam ðæſe feondlican heſȝunȝe ðaſa hæðenſa. ⁊ eac ſþýlce Mýſcna ðeode. ⁊ ðæſa neah mæȝþa. of aheaþenum ðý ȝetſeoþleaſan heafde Pendan. to ȝife Cſiſteſ ȝeleafan ȝecýſde ; Þæſ æſeſt Meſcna Biſceop
* ſic MS.C Dioma. B. ⁊ Lindeſfeaſena ⁊ Middelenȝla * Dema ȝeþoſden. ſþa þe beſoſan ſædan. ſe on Middelenȝlum foſþfeſde ⁊ bebýſiȝed þæſ ; Se æfteſa þæſ Cellach. ſe foſlet hiſ biſcop ðenunȝe on Enȝlum. ⁊ lifiȝende to Scottum hþeaſf. æȝhþæþeſ heoſa þæſ Scotta cýnneſ ; Se ðſidda Biſceop þæſ Trumheſe. ſe þæſ Anȝel cýnneſ. ac he þæſ ȝelæſed

ſuppeteret. E quibus videlicet poſſeſſiunculis, ſex in provincia Deirorum, ſex in Berniciorum dedit. Singulę verò poſſeſſiones decem erant familiarum, id eſt, ſimul omnes centum viginti. Intravit autem præfata Regis Oſwi filia, Deo dicanda, monaſterium quod nuncupatur Herut eu, [id eſt, inſula cervi,] cui tunc * Hilda Abbatiſſa pręfuit. Quę poſt biennium, comparatâ poſſeſſione decem familiarum, in loco qui dicitur Streaneshalh, ibi monaſterium conſtruxit. In quo memorata Regis filia, primò diſcipula vitæ regularis, deinde etiam magiſtra extitit; donec, completo ſexaginta annorum numero, ad complexum & nuptias ſponſi cœleſtis virgo beata intraret. In quo monaſterio & ipſa, & pater ejus Oſwi, & mater ejus Eanfled, & pater matris ejus Edwinus, & multi alii nobiles in Eccleſia S. Apoſtoli Petri ſepulti ſunt. Hoc autem bellum, Rex Oſwi in regione Loidis, tertiodecimo regni ſui anno, decimoſeptimo die Kalendarum Decembrium, cum magna utriúſque populi utilitate confecit. Nam & ſuam gentem ab hoſtili paganorum depopulatione liberavit: & ipſam gentem Merciorum finitimarúmque provinciarum, defecto capite perfido, ad fidei CHRISTIANÆ gratiam convertit. Primus autem in provincia Merciorum, ſimul & Lindiſſarorum, ac mediterraneorum Anglorum factus eſt Epiſcopus Diuma, (ut ſuprà diximus;) qui apud mediterraneos Anglos defunctus, * ac ſepultus eſt: Secundus Cellach, qui relicto Epiſcopatûs officio, vivens ad Scotiam rediit; utérque de genere Scotorum: Tertius Trumhere, de natione quidem Anglorum, ſed

* Sic MS.T. Hild. W. & C.

* Sic MS1. ſing.

⁊

ȝ ȝehalȝaþ ƿam Scottum. ƿe ƿæƿ Abbud on þam mynƿtre ðe iƿ cƿeþen Ongetlingum. þ iƿ ƿeo ƿtop ðæƿ Oƿƿine cyninȝ oƿƿlæȝen ƿæƿ. ƿa ƿe beƿopan ȝemynezoþon. ȝ ƿopþon ðanƿlæð ƿeo cƿen hiƿ * mæȝe. C. mage ƿop ȝeclænƿunȝe hiƿ unƿihteƿ ƿlæȝeƿ. þæð heo Oƿƿio ðone cyninȝ þ he ðæƿ ƿopȝeaƿe ƿtope mynƿteƿ on to timbƿianne þam ƿopeƿƿpecenan Goðeƿ ðeope Þƿumheƿe. ƿopðon ðe he eac ƿƿylce ƿæƿ mæȝ ðæƿ oƿƿlæȝenan cyninȝeƿ; þ on ðam mynƿtre ƿæƿon ƿinȝale ȝebeða ƿop æȝhƿæðeƿeƿ cyninȝeƿ ecre hælo. ȝe ðæƿ oƿƿlæȝenan. ȝe ðæƿ ðe hine ƿlean hehte; hƿæt. he ða ƿe cyninȝ Oƿƿio æƿteƿ Penðan ƿlæȝe. þeo ƿinteƿ ƿull Mejcna ðeoðe ȝ ƿƿylce eac ðære oðƿum ƿolcum ƿuð mæȝða on ealðoƿðome * oþeƿ. *ƿuperƿcrip. Cant.* ƿoƿe ƿæƿ. ȝ he ƿƿylce eac * Pehta ðeoðe oƿ ðam mæƿtan ðæle Ongel cynneƿ ƿice unðeƿðeoðde. ȝ him to hefenyƿƿe ȝeteah; On ða tið eac ƿƿylce Oƿƿio ƿe cyninȝ ȝæƿ ȝ ƿealde. ðam ƿopeƿƿpecenan Peaðan Penðan ƿuna ðæƿ cyninȝeƿ. ƿopþon ðe he ƿæƿ hiƿ mæȝ. ƿuð Mýjcna ƿice. ða ƿyndon ðæƿ ðe menn cpeþaþ ƿiƿ ƿuƿƿendo ƿolceƿ. ȝ þa ƿyndon to ƿceaðenne mið * Þpentan ƿtreame * Þeontan. C. piþ nopð Mýjcum. þaƿa landa iƿ ƿeoƿon ðuƿendo; ƿ

* edoctus & ordinatus à Scotis; qui erat Abbas in monasterio quod dicitur Ingetlingum; ipse est locus in quo occisus est rex Oswi, ut suprà meminimus. Nam Regina Eanfled propinqua illius, ob castigationem necis ejus injustæ, postulavit à Rege Oswi, ut donaret ibi locum monasterio construendo, præfato Dei famulo Trumhere, quia propinquus & ipse erat regis occisi. In quo videlicet monasterio, orationes assiduę pro utriusque regis, id est, occisi & ejus qui occidere jussit, salute æterna fierent. Idem autem rex Oswin, tribus annis post occisionem Pendan regis Merciorum, genti, necnon & cęteris australium provinciarum populis præfuit; qui etiam gentem Pictorum maxima ex parte regno Anglorum subjecit. Quo tempore donavit præfato Peadan, filio regis Pendan, eò quòd esset cognatus suus, regnum australium Merciorum, qui sunt (ut dicunt) familiarum quinque millium, discreti fluvio Treantâ ab aquilonaribus Mercis, quorum terra est familiarum septem millium: sed idem *Peada proximo vere multùm nefariè peremtus est, proditione (ut dicunt) conjugis suæ, in ipso tempore festi Paschalis. Completis autem tribus annis post interfectionem Pendan regis, rebellaverunt adversùs regem Oswi, duces [gentis Merciorum] Immin, & Eaba, & Eadberht, levato in regem Vulfhere filio ejusdem Pendan adolescente, quem occultum servaverant: Et ejectis principibus regis, non proprii, fines suos fortiter simul & libertatem receperunt. Sicque **w. & c.* **w. & c.*

Ac he ða ƿe ýlca Peaða þý nýhtan lenȝtenne ƿƿýþe manƿullice acpealo þæƿ þuƿh melounȝa hiƿ aȝennýƿ piƿeƿ. on ðæƿe Saƿtoƿlican tiðe ƿýmbelnýƿƿe; Ða ða þeo pintep ȝeƿýlleðe þæƿon. æƿteƿ Penðan ƿleȝe þæƿ cyninȝeƿ. þa punnon ȝ ƿuhton piþ Oƿƿio Mýjcna heƿetoȝan ȝ ealðoƿmenn Jmmen. ȝ Saƿa. ȝ Sabbýƿht. ȝ hoƿon Þulƿheƿe Penðan ƿuna Mýjcum to cyninȝe. þone heo ȝeonȝne æƿ ðiȝollice heolðon ȝ hæƿðon. ȝ apuƿƿon þa ealðoƿmenn ðæƿ ƿƿemþan cyninȝeƿ. ȝ heoƿa land ȝ heoƿa ȝemæƿo ƿtƿonȝlice ȝeeoðan ȝ þeoðom onfenȝon.

ɼengon. And hi ɼꝑa ɼꝓiȝe miꝺ heoꝛa cyninge Ꝺꝛihtne Cꝛiɼte ðam ɼoðan cyninge. ꝼoꝛ þam ecan ꝓice on heoꝛonum ȝeꝿeonde ðeoꝺꝺon ; Þæt he Ꝿulꝿheꝛe Myꝛcna cyninȝ ɼeoꝛontyne ꝓinteꝛ. ⁊ he hæꝿꝺe æꝛeꝛt Ꝺꝛumheꝛe B'. him to laꝛeoꝛe. be þam pe beꝿoꝛan ɼæꝺon. Se æꝿteꝛa

* Japuman.B. þæt * Geaꝛumon. Ðꝛiꝺꝺa þæt Ceaꝺꝺa. ⁊ ɼeoꝛðа Ꝿinꝿeꝛþ. Ealle ðaꝛ pæꝛon endebyꝛdlice on hiꝛ ðæȝe Biꝛceop haꝺa bꝛucende on Myꝛcna ðeoꝺe ;

cum ſuo rege liberi, Chriſto vero regi, pro ſempiterno in cœlis regno, ſervire gaudebant. Præfuit autem idem rex [genti Merciorum,] annis decem & ſeptem. Habuitque primum Epiſcopum Trumhere, de quo ſuprà diximus; ſecundum *Jaruman; tertium Ceaddan; quartum Winfridum: Omnes hi per ordinem ſibimet ſuccedentes ſub rege Vulfhere, gentis Merciorum Epiſcopatu ſunt functi.

* Sic MSS. W. & C.

Cap. 25.

Ut quæſtio ſit mota de tempore Paſchæ, adverſus eos qui de Scotia venerant.

Sax. Deeſt INterea Aidano Epiſcopo de hac vita ſublato, Finan pro illo gradum Epiſcopatûs, à Scotis ordinatus ac miſſus, acceperat; qui in inſula Lindiſfarnenſi fecit Eccleſiam Epiſcopali ſede congruam. Quam tamen, more Scotorum, non de lapide, ſed de robore ſecto totam compoſuit atque arundine texit: Quam, tempore ſequente, Reverendiſſimus Archiepiſcopus Theodorus in honorem beati Petri Apoſtoli dedicavit. Sed & Epiſcopus loci ipſius Eadberht ablatâ arundine, plumbei laminis eam totam, hoc eſt, & tectum, & ipſos quoq; parietes ejus cooperire curavit. His temporibus quæſtio facta eſt frequens & magna, de obſervatione Paſchæ, confirmantibus eis, qui de Cantia vel de Galliis advenerant, quòd Scoti dominicum Paſchæ diem, contra univerſalis Eccleſiæ morem, celebrarent. Erat in his acerrimus verę Paſchæ defenſor nomine Ronan, natione quidem Scotus, ſed in Galliæ vel Italiæ partibus regulâ Eccleſiaſticæ veritatis edoctus; qui cum Finano conſligens, multos quidem correxit, vel ad ſolertiorem veritatis inquiſitionem accendit; nequaquam tamen Finanum emendare potuit, quin potiùs quòd eſſet homo ferocis animi, acerbiorem caſtigando, & apertum veritatis adverſarium reddidit. Obſervabat autem Jacob diaconus quondam (ut ſuprà docuimus) venerabilis Archiepiſcopi Paulini, verum & Catholicum Paſcha cum omnibus quos ad correctiorem viam erudire poterat. Obſervabat & regina *Eanfleda cum ſuis, juxta quod in Cantia fieri viderat, habens ſecum de Cantia presbyterum Catholicę obſervationis, nomine Romanum. Unde nonnunquam contigiſſe fertur illis temporibus, ut bis in anno uno Paſcha celebraretur. Et cùm Rex Paſcha Dominicum ſolutis jejuniis faceret, tum regina cum ſuis, perſiſtens adhuc jejunio diem palmarum celebraret. Hęc autem diſſonantia Paſchalis obſervantiæ, vivente Aidano, patienter ab omnibus tolerabatur, qui patenter intellexerant, quia etſi paſcha, contra morem eorum qui ipſum miſerant, facere non potuit, opera tamen fidei, pietatis, & dilectionis, juxta morem, omnibus ſanctis conſuetum, diligenter exequi curavit. Unde ab omnibus, etiam his qui de Paſcha aliter ſentiebant, meritò diligebatur, nec ſolùm à mediocribus, verùm ab ipſis quoque Epiſcopis, Honorio Cantuariorum, & Felice Orientalium Anglorum venerationi habitus eſt. Defuncto autem Finano, qui poſt illum fuit, cùm Colmanus in Epiſcopatu ſuccederet, & ipſe miſſus à Scotia, gravior de obſervatione Paſchæ, necnon & de aliis Eccleſiaſticæ vitæ diſciplinis, controverſia nata eſt. Unde meritò movit hæc quæſtio ſenſus & corda multorum timentium, ne fortè, accepto Chriſtianitatis vocabulo, *in vacuum currerent aut cucurriſſent.* Pervenit & ad ipſas principum aures, Oſwi videlicet regis, & filii ejus

* Eanfled. W. & C.

Alchfridi: Quia nimirum Oswi à Scotis edoctus ac baptizatus, illorum etiam linguâ optimè imbutus, nil melius quàm quod illi docuissent, autumabat. Porrò Alchfrid magistrum habens, eruditionis Christianæ, Wilfridum virum doctissimum: nam & Romam priùs propter doctrinam Ecclesiasticam adierat, & apud Dalfinum Archiepiscopum Galliarum Lugduni multum temporis egerat; à quo etiam tonsuræ Ecclesiasticæ coronam susceperat: Hujus doctrinam omnibus Scotorum traditionibus jure præferendam sciebat. Unde ei etiam donaverat monasterium quadraginta familiarum, in loco qui dicitur in *Hrypum: Quem videlicet locum paulò antè, eis qui Scotos sequebantur, in possessionem monasterii dederat. Sed quia illi postmodum, datâ sibi optione magis loco cedere, quàm suam mutare consuetudinem volebant, dedit eum illi qui dignam loco & doctrinam haberet & vitam. Venerat eo tempore Agilberhtus Occidentalium Saxonum Episcopus, cujus suprà meminimus, amicus Alchfridi Regis & Wilfridi Abbatis, ad provinciam Northanhymbrorum, & apud eos aliquandiu demorabatur; qui etiam Wilfridum rogatu Alchfridi, in præfato suo monasterio, presbyterum fecit: Habebat autem secum ipse presbyterum, nomine Agathonem. Motâ ergò ibi quæstione de Pascha, vel tonsura, vel aliis rebus Ecclesiasticis, dispositum est, ut in monasterio, quod dicitur Streaneshalch, quod interpretatur sinus fari, (cui tunc Hilda abbatissa, Deo devota fœmina, præfuit,) synodus fieri, & hæc quæstio terminari deberet. Venerúntque illò reges ambo pater scilicet, & filius; Episcopi Colman cum clericis suis de Scotia; Agilberchtus, cum Agathone & Wilfrido presbyteris: Jacobus & Romanus in horum parte erant; Hilda abbatissa cum suis in parte Scotorum; in qua erat etiam venerabilis Episcopus Cedda jamdudum ordinatus à Scotis (ut suprà docuimus;) qui & interpres in eo concilio vigilantissimus utriusque partis exstitit. Primúsque rex Oswi, præmissâ præfatione, quòd oporteret eos, qui UNI DEO servirent, unam vivendi regulam tenere; nec discrepare in celebratione Sacramentorum cœlestium, qui unum omnes in cœlis regnum expectarent: Inquirendum potiùs, quæ esset verior traditio, & hanc ab omnibus communiter esse sequendam. Jussit primò, dicere Episcopum suum Colmanum qui esset ritus, & unde originem ducens ille, quem ipse sequeretur. Tunc Colmanus, Pascha, inquit, hoc quod agere soleo, à majoribus meis accepi, qui me huc Episcopum miserunt; quod omnes patres nostri, viri Deo dilecti, eodem modo celebrasse cognoscuntur. Quod nè cui contemnendum & reprobandum esse videatur, ipsum est quod beatus Johannes Evangelista, discipulus specialiter Domino dilectus, cum omnibus quibus præerat Ecclesiis, celebrasse legitur. Quo hæc & his similia dicente, jussit Rex & Agilberhtum proferre in medium, morem suæ observationis unde initium haberet, vel quâ hunc auctoritate sequeretur. Respondit Agilberhtus: Loquatur obsecro vice me â discipulus meus Wilfrid presbyter; quia unum ambo sapimus cum cæteris, qui hîc assident, Ecclesiasticæ traditionis cultoribus, & ille meliùs ac manifestiùs ipsâ linguâ Anglorum, quàm ego per interpretem, potest explanare quæ sentimus. Tum Wilfrid, jubente rege, ut diceret, ità exorsus est; Pascha quod facimus, inquit, vidimus Romæ ubi beati Apostoli Petrus & Paulus vixere, docuere, passi sunt, & sepulti, ab omnibus celebrari; hoc in Italia, hoc in Gallia, quas discendi vel orandi studio pertransivimus, ab omnibus agi conspeximus. Hoc Africam, Asiam, & Ægyptum, Græciam, & omnem orbem, quacunque Christi Ecclesia diffusa est, per diversas nationes ac linguas; uno, ac non diverso temporis ordine, geri comperimus, præter hos tantùm & obstinationis eorum complices, Pictos dico, & Britones, cum quibus de duabus ultimis Oceani insulis, & his non totis, contra totum orbem stulto labore pugnant. Cui hæc dicenti respondit Colmanus: Mirum quare stultum appellare velitis laborem nostrum, in quo tanti Apostoli, qui super pectus Domini recumbere dignus fuit, exempla sectamur; cùm ipsum sapientissimè vixisse omnis mundus noverit. At Wilfridus: Absit, inquit, ut Johannem stultitiæ reprehendamus, cùm scita legis Mosaicæ juxta literam servaret, Judaizante adhuc in multis Ecclesiâ, nec subitò valentibus Apostolis, omnem legis observantiam, quæ à Deo instituta est, abdicare. Quomodo simulacra,

quæ

* Sic MS. C. in Ripam, T. & W.

quæ à dæmonibus inventa sunt, repudiare omnes qui ad fidem veniunt necesse est: videlicet nè scandalum facerent eis qui inter gentes erant Judæis. Hinc est enim quòd Paulus Timotheum circumcidit, quòd hostias in templo immolavit, quòd cùm Aquila & Priscilla caput Corinthi totondit: ad nihil videlicet utile nisi ad scandalum vitandum Judæorum. Hinc quòd eidem Paulo Jacobus ait. *Vides frater, quot millia sunt in Judæis qui crediderunt, & omnes isi æmulatores sunt legis:* nec tamen hodie, clarescente per mundum Evangelio, necesse est, imò nec licitum fidelibus vel circumcidi, vel hostias Deo victimarum offerre carnalium. Itaque Johannes secundùm legis consuetudinem quarta decimâ die mensis primi, ad vesperam incipiebat celebrationem festi paschalis, nil curans utrùm hęc sabbato, an aliâ qualibet feriâ proveniret. At verò *Petrus, cùm Romæ prædicaret, memor quia Dominus primâ sabbati resurrexit à mortuis, ac mundo spem resurrectionis contulit, ità Pascha faciendum intellexit, ut secundùm consuetudinem ac præcepta legis, quartamdecimam lunam primi mensis, æquè sicut Johannes Orientem, ad vesperam semper expectaret. Et hac exortâ, si Dominica dies (quæ tunc prima sabbati vocabatur) erat manè ventura, in ipsa vespera Pascha dominicum celebrare incipiebat; quomodo & nos omnes hodie facere solemus. Sin autem dominica, non proximo manè post lunam quartam decimam, sed sextadecimâ, aut septimadecimâ, aut aliâ qualibet lunâ, usque ad vicesimam primam, esset ventura; expectabat eam, & præcedente sabbato, vespere, sacrosancta Paschæ solennia inchoabat. Sicque fiebat ut Dominica Paschæ dies, non nisi à quintadecima luna usque ad vicesimam primam servaretur. Neque hæc Evangelica & Apostolica traditio legem solvit, sed potiùs adimplet, in qua observandum Pascha à quartadecima luna primi mensis ad vesperam, usque ad vicesimam primam lunam ejusdem mensis ad vesperam præceptum est; in quam observantiam imitandam, omnes beati Johannis successores in Asia, post obitum ejus, & omnis per orbem Ecclesia conversa est, & hoc esse verum Pascha, hoc solum fidelibus celebrandum Niceno concilio, non statutum noviter sed confirmatum est: ut Ecclesiastica docet historia. Unde constat vos, Colmanne, neque Johannis (ut autumatis) exempla sectari; neque Petri, cujus traditioni, scientes contradicitis; neque legi, neque Evangelio, in observatione vestri Paschæ congruere. Johannes enim ad legis Mosaicæ decreta tempus Paschale custodiens, nil de prima sabbati curabat, quod vos non facitis, qui non nisi primâ sabbati Pascha celebratis. *Petrus à quintadecima luna usque ad vicesimam primam, diem Paschæ dominicum celebrabat: quod vos non facitis, qui à quartadecima usque ad vicesimam lunam, diem Dominicum Paschæ observatis: ità ut tertiadecimâ lunâ ad vesperam sępiùs Pascha incipiatis, cujus neque lex ullam fecit mentionem, neq; auctor ac dator Evangelii Dominus in ea, sed in quartadecima, vel vetus Pascha manducavit ad vesperam, vel novi Testamenti sacramenta, in commemorationem suæ Passionis, Ecclesiæ celebranda tradidit. Itémque lunam vicesimam primam, quam lex maximè celebrandam commendavit, à celebratione vestri Paschæ funditus eliminatis. Sicque, ut dixi, in celebratione summæ festivitatis, neque Johanni, neque Petro, neque Legi, neque Evangelio concordatis. His contrà Colmanus: Nunquid, ait, Anatolius vir sanctus, & in præfata historia Ecclesiastica multùm laudatus, Legi vel Evangelio contraria sapuit, qui à quartadecima usque ad vicesimam Pascha celebrandum scripsit? Nunquid reverendissimum patrem nostrum Columbam, & successores ejus, viros Deo dilectos, qui eodem modo Pascha fecerunt, divinis paginis contraria sapuisse, vel egisse credendum est? Cùm plurimi fuerint in eis, quorum sanctitati cœlestia signa, & virtutum quę fecerunt miracula, testimonium præbuerunt: quos ipse sanctos esse non dubitans, semper eorum vitam, mores, & disciplinam sequi non desisto. At Wilfridus: Constat, inquit, Anatolium virum sanctissimum, doctissimum, ac laude esse dignissimum: Sed quid vobis cum illo, cùm nec ejus decreta servetis? Ille enim in Pascha sua regulam utiq; veritatis sequens, circulum novemdecim annorum posuit, quem vos aut ignoratis, aut agnitum à tota Christi Ecclesia custoditum, pro nihilo contemnitis: Ille sic in Pascha Dominica quartamdecimam lunam computavit, ut hanc eadem

* Sic MSti. sing.

* RR. Armach. p. 931. l. 23.

dem ipsâ die, more Ægyptiorum quintamdecimam lunam ad vesperam esse fateretur: Sic item vicesimam, die dominico Paschæ annotavit, ut hanc, declinatâ eadem die, esse vicesimam primam crederet. Cujus regulam distinctionis vos ignorasse probat, quòd aliquoties Pascha manifestissimè ante plenilunium, id est, in tertiadecima luna facitis. De patre autem vestro* Columba, & sequacibus ejus, quorum sanctitatem vos imitari, & regulam ac præcepta, cœlestibus signis confirmata, sequi perhibetis, possum respondere; quia multis in judicio dicentibus Domino, quòd *in nomine ejus prophetaverint, & dæmonia ejecerint & virtutes multas fecerint*; Responsurus sit Dominus, *Quia nunquam eos noverit*. Sed absit ut hoc de patribus vestris dicam, quia justius multò est de incognitis bonum credere quàm malum. Unde & illos Dei famulos ac Deo dilectos esse non nego, qui simplicitate rusticâ sed intentione piâ, Deum dilexerunt. Neque illis multùm obesse reor talem Paschæ observantiam, quamdiu nullus advenerat qui eis instituti perfectioris decreta, quę sequerētur, ostenderet. Quos utique credo, siquis tunc ad eos Catholicus calculator adveniret, sic ejus monita fuisse secuturos, quomodò ea quæ noverant ac didicerant, Dei mandata probantur fuisse secuti. Tu autem & socii tui, si audita decreta sedis Apostolicę, imò universalis Ecclesię, & hæc literis sacris confirmata sequi contemnitis, absque ulla dubitatione peccatis: Etsi enim patres tui sancti fuerunt, nunquid universali quę per orbem est Ecclesiæ Chrsti, eorum est paucitas una, de angulo extremæ insulæ, præferenda? Etsi sanctus erat ac potens virtutibus ille Columba vester, imò & noster si Christi erat, num præferri potuit beatissimo Apostolorum principi? Cui Dominus ait; [a]*Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam, & tibi dabo*[b] *claves regni cælorum*. Hæc perorante Wilfrido dixit rex. Veréne Colmane hæc illi Petro dicta sunt à Domino? qui ait, Verè, rex. At ille: Habetis, inquit, vos proferre aliquid tantæ potestatis vestro Columbæ datum? At ille ait: Nihil. Rursum autem rex: Si utriq; vestrum, inquit, in hoc sine ulla controversia consentiunt, quòd hæc principaliter Petro dicta, & ei claves regni cœlorum sunt datæ à Domino. Responderunt etiam utriq;: At ille ita conclusit; Et ego vobis dico, quia hic est Ostiarius ille, cui ego contradicere nolo, sed in quantum novi, vel valeo, hujus cupio in omnibus obedire statutis, nè fortè, me adveniente ad fores regni cœlorum, non sit qui reserat, adverso illo, qui claves tenere probatur. Hęc dicente rege, faverunt assidentes quique, sive astantes majores, unà cum mediocribus, & abdicatâ minùs perfectâ institutione, ad ea quæ meliora cognoverant, sese transferre festinabant.

*RR. Armach pag. 930. l. 27.

NOTÆ.

[a] *Dominus ait*; Tu es Petrus; & supra hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam---. Quòd hęc PRINCIPALITER Petro dicta— & ei claves— Hæc dicente Rege, faverunt assidentes.— Faverunt, *inquit, quasi argumentum Regis aliàs per se satis invalidum, & auditorum favore opus fuerit: Quin veteris Ecclesiæ Romano-Saxonicæ autoritas, totam controversiam de Petro, & fide Petri ità illustrat, ut hinc nosmetipsos doctrinæ Catholicæ à doctoribus nostris acceptæ, non innovatores esse facilè evincamus. Hæc ut reliqua in gratiam veritatis studiosorum sic transfero.* *Serm. Cathol. de* S. Petro, *p.* 405.

Petrus him ⁊ þýrde ⁊ Drihten ȝif þu hit sý hat me ȝan to ðe bufon ðam þætere ⁊ Petrus þæs fýrmest on þam þerede. ⁊ cafost on Cristes lufe ⁊ He þolde ȝelomeana andþýrdan for hi ealle. spa spa he dýde ða ða Crist hi befran hu men cþýddodon be him. ⁊ sýþþan axode hi. Hu cþeþe ȝe be me ⁊ Ða cþæþ Petrus ⁊

Petrus illi respondit, Domine, si tu sis ille, jube me adire te super aquam: Petrus fuit in acie illa primus, & in amore Christi vehementissimus: ille ut plurimùm* unus, pro omnibus *illis responderet, prout fecerat, quando Christus* illos *rogabat, quid homines de ipso dicerent: Et postea* illos *sciscitatus est, Quid* vos *de me dicitis? tunc ait Petrus, Tu es*

* scil. ut Christo proximus, sic ad alloquendum aptissimus.

Petrus; Du eart Crist ðæs lifigendan Godes sunu; An ⁊ þýrde for manegum. forþan ðe annýs þæs on him manegum; Crist cþæþ to him betþux oþrum þordum; Ic secge ðe ðu eart Petrus. ⁊ ofer ðisne stan ic getimbrige mine cýrcan; Augustinus tractavit quod Petrus in figura significat Ecclesiam. quia Christus Petra. Petrus populus Christianus; Ꝑr þan fýrste þæs his nama Simon. ac Drihten him gesette þisne naman Petrus. ⁊ is stænen. to ði ⁊ he hæfde getacnunge Cristes gelaþunge; Crist is cþeden Petra. ⁊ is stan. ⁊ of ðam naman is gecþeden Petrus eal cristen folc; Crist cþæþ ðu eart stænen. ⁊ ofer ðisne stan ⁊ is ofer þam geleafan þe þu nu andettest. ic getimbrige mine cýrcan; Ofer me sýlfne ic getimbrige mine cýrcan. ofer me ic getimbrige ðe. na me ofer ðe; Ic eom seo trumnýss ðe ðe healdan sceal. ⁊ ealle ða getimbrunge Cristenre geladunge; Nu berþ Petrus ⁊ hiþ oþþe getacnunge ðære halgan gelaþunge on þære he is ealdor under Crist;

Christus, Dei viventis filius. Unus respondit pro pluribus: unitas *enim illis* multis *inerat. Christus illis inter reliqua verba dixit, Ego tibi dico, Tu es Petrus; & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Augustinus tractavit, quòd Petrus in figura significat Ecclesiam: quia* Christus Petra: *Petrus* [*autem*] *populus Christianus. Ante hoc tempus nomen illi* Simon *fuit: sed Dominus hoc nomen* Petrus *illi imposuit, id est,* Petręus: *in hoc scil. ut Christi Ecclesiæ* * typum *haberet.* Christus *dicitur* petra, *hoc est*, lapis; *& de hoc nomine dicitur* Petrus, omnis, *scil.* populus Christianus. *Christus dixit, Tu es* * *Petrus, & super hanc petram, hoc est,* super * fidem illam, quam tu nunc confessus es, ædificabo Ecclesiam meam. *Super* * *meipsum ædificabo Ecclesiam meam, super me ædificabo te, non me super te. Ego sum robur illud quod te sustinebit; totúmque Ecclesiæ Christianæ ædificium. Nunc gerit Petrus typum illum aut significationem Ecclesiæ sanctæ, in* * *qua sub Christo* senior *exsistit.*

* non caput.

* Sax. *Petræus.*

* *Petra est fides.*

* *Sive Christus ipse. Vide S. Augustinum* De verbis Domini, *Serm.* 13. &c.

* *in qua, non in quam.*

Et Serm. Cath. Kal. Jul. Passio Apostolorum Petri & Pauli, p. 160. *l.* 16.

Drihten cþæð to Petre. Du eart stænen; For þære strencðe his geleafan. ⁊ for anrædnýsse his ⁊ detnýsse he underfencg ðone naman. forðan ðe he geþeodde hine sýlfne mid fæstum mode to Criste. seþe is stan gecþeden fram ðam Apostole Paule; ⁊ ic timbrige mine cýrcan uppon ðýssum stane. ⁊ is ofer ðon geleafan ðe ðu andetst; Eall Godes gelaþung is ofer ðam stane gebýtlod. ⁊ is ofer Criste. forþan ðe he is se grundþeall eallra þæra getimbrunga his agenre cýrcan; Eall Godes cýrcan sýnd getealde to anre gelaþunge. ⁊ seo is mid gecorenum mannum getimbrod. na mid deadum stanum

Dominus dixit Petro, Tu es * Petrus, *propter robur fidei suæ, & propter consensum confessionis suæ hoc nomen suscepit; quoniam seipsum mente firmâ subjecit Christo,* * *qui Paulo Apostolo* petra *dicitur. Et ego super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: hoc est, super* * *fidem illam quam tu confiteris. Tota Christi Ecclesia super* petram illam *exstructa est; hoc est, super* Christum; *quoniam* ille *cunctorum Ecclesiæ suæ ædificiorum* fundamentum *est. Omnes Dei Ecclesiæ, in unam congregationem adnumerantur: atque illa, hominibus electis, non lapidibus inanimatis ædificatur:*

* Sax. Petræus.

* *Petra Christus.*

* *Et fides.*

ȝeall ſeo bẏtlinȝ ðæra liꝑlicra ſtana iſ oꝑeſ Criſte ȝelogoð. ꝑoꝛþan ðe ꝑe beoꝛ ðuꝛh ðone ȝeleaꝑan hiſ lima ȝetealðe. ȝ he uꝑe eallra heaꝑoð; ðeꝑe bẏtlað oꝑ þam ȝꝛunðꝑealle hiſ ꝑeoꝑc hꝛẏſt to micclum lẏne; ðe hæleð cꝑæþ. Ne maȝon helle ȝatu naht toȝeaneſ minre cẏꝑcan; Leahtraſ ȝ oꝑollic laſ ſẏnðon helle ȝatu. ꝑoꝛþan ðe hi læðað ðone ſẏnꝑullan ſtẏlce ðuꝛh ȝeat into helle ꝑite; Maneȝa ſind ða ȝatu. ac heoꝑa nan ne mæȝ onȝean ða halȝan ȝelaþunge ðe iſ ȝetimbꝛoð uppon ðam ꝑæſtan ſtane Criſte. ꝑoꝛþan ðe ꝑe ȝelẏꝑeða þuꝛh criſtes ȝeſcẏldnẏſſe ætrint þam ꝑneceðnẏſſum ðæra ðeoꝑlicra coſtnunga;

totáque illa viventium lapidum ſtructura ſuper Chriſtum locatur; quoniã nos membra ejus per FIDEM *adnumeramur; atque ille omnium noſtrùm caput. Qui citra hoc fundamentum exſtruit, fabrica ſua in ruinam magnam aſſurgit. Jeſus dixit, Haud poſſunt portæ inferni quid in Eccleſiam meam: flagitia & hæretica doctrina ſunt inferni portæ; quoniam peccatorem, quaſi per portam, in inferni pœnam ducunt. Portæ multæ ſunt: harum tamen nulla adverſùs ſanctam poſſunt Eccleſiam, quæ ſuper* Petram firmam, Chriſtum ſcil. ædificatur. Fideles enim tentationum diabolicarum periculis, per Chriſti præſidium eluctantur.*

* Petra Chriſtus.

* Pag. 146. **Liber miniſtri Miſſæ pro Maronitarum natione, Syro-Arabicè* ROMÆ *excuſus, miro artificio ſubobſcurus eſt: (quaſi teſtimonium S. Pauli de Eccleſia, ſuper fundamenta Prophetarum & Apoſtolorum fundata, ad ſolum S. Petrum torquere velit.) Sic Latinè tranſtuli;* Fundavit [*Filius Dei*] fundamenta ejus, ſcil. Eccleſiæ ſanctæ, ſuper Simonem Petrum. *Autor nè eludat Paulum, ad quem alludit. Sic enim Epheſ. 2. 20.* Eſtis ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum. *Partes ſuas inter primos, S. Petro tribuat; nec cæteros ſuis defraudabit: At ſequenti pag. idem liber Miſſalis, fidem & lapidem angularem, S. Petri, & Eccleſiæ fundamenta ſtatuit. Nimirum,* Super Petram FIDEI poſitus eſt Simon *fidelis; & ſuper† Cepham [*ſive lapidem*] capitis anguli, poſita ſunt fundamenta tua, O Eccleſia. *Tanta molis erit Eccleſiam Chriſti, de Petra ſua, Chriſtóque capite ſuo deturbare.*

* *Petrus quemvis fidelem ſignificat.*

† *Perpende verſionem Syr. 1. Pet. 1. 4. 5. ubi Chriſtus eſt* Cephas, *ſc. Petræ & Chriſtiani ſunt Cephæ, ſive Petri hoc eſt, lapides Chriſto ſuperſtructi*

[b] Tibi dabo claves regni cœlorum -- *Vide Serm. Cathol. Kal. iiii. Paſſio Apoſtolorum Petri & Pauli, pag. 160. Sic Latinè verto.*

Þe cꝑæþ. Jc þe betæce heoꝑonan ꝑiceſ cæȝe; Niſ ꝑeo cæiȝ ȝẏlden. ne ſẏlꝑen. ne oꝑ nanum antimbre ȝeſmiþoð. ac iſ ſe anꝑealð ðe him Criſt ꝑoꝛȝeaꝑ. Þ nan man ne cẏmþ into Godeſ ꝑice buton ſe halga Petruſ him ȝeopenige Þ inꝑæſt; ȝ ſꝑa hꝛæt ſꝑa ðu binſt oꝑeꝑ eoꝛþan. Þ biþ ȝebunðen on heoꝑonum; ȝ ſꝑa hꝛæt ſꝑa ðu unbinſt oꝑeꝑ eoꝛþan Þ biþ unbunðen on heoꝑenan; Ðiſne anðꝑealð he ꝑoꝛȝeaꝑ nu Petre ȝ eac ſẏþþan æꝛ hiſ upſtiȝe eallum hiſ Apoſtolum. ða ða he him on ableoꝑ þuſ cweþende. Onꝑoþ haliȝne ȝaſt. ðæra manna ſinna ðe ȝe ꝑoꝛȝẏꝑaþ beoþ ꝑoꝛȝẏꝑene;

Ille ait; Ego tibi regni cœleſtis clavem trado. *Clavis illa, nec aurea eſt nec argentea; neque ex alia alia materia conflata: ſed* poteſtas ea eſt quam illi Chriſtus dedit; ità ut nemo regnum Dei intrarit, niſi S. Petrus, hunc illi ingreſſum aperuerit.* Et quicquid ligaveris ſuper terram, ligatum erit in cœlis, & quicquid ſolveris ſuper terram, ſolutum erit in cœlis. *Poteſtatem hanc Petro* Nunc *dedit; atq; etiam poſtea, ante aſcenſum ſuum*, Apoſtolis ſuis omnibus *quando illis inſufflaverit, ſic dicens:* Accipite Spiritum Sanctum; Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis;

* *Clavis (inquit vetus Eccleſia Romano-Saxonica) eſt poteſtas Petro, à Chriſto data; atqui hæc eadem poteſtas (ut infrà præſquis Apoſtolis data fuit, Joh. 20. 21, 22, 23. Ergò & eandem clavem, extra controverſiam, hîc dari certimus.*

ꝼene; ⁊ þam þe ge ꝼoꝛgiꝼenẏꝛꝛe oꝼunnon. him bið oꝼtogen ꝛeo ꝼoꝛgẏꝼenẏꝛ; Nellað ða Apoꝛtoli nænne ꝛihtþiꝛne mið heoꝛa manꝛumnunge gebindan. ne eac ðone manꝼullan miltꝛigende unbindan butan he mið ꝛoþꝛe dæðbote gecẏꝛꝛe to liꝼeꝛ þege; Ðone ẏlcan andþeald hæꝼð ꝛe ælmihtiga getiþoð biꝛcopum. ⁊ halgum Mæꝛꝛe Pꝛeoꝛtũ giꝼ hi hit æꝼteꝛ þæꝛe godꝛpellican geꝛetnẏꝛꝛe caꝛꝼullice healdað; Ac ꝼoꝛ ði iꝛ ꝛeo cæig Petꝛe ꝛindeꝛlice betæht. ꝥ eall ðeodꝛciþe gleaþlice to cnaþe. ꝥ ꝛþa hþa ꝛþa oðꝛcẏt ꝼꝛam annẏꝛꝛe ðæꝛ geleaꝼan ðe Petꝛuꝛ ða andette Cꝛiꝛte. ꝥ him ne bið getiþoð naþoꝛ ne ꝛẏnna ꝼoꝛgẏꝼenẏꝛ ne inꝼæꝛ þæꝛ heoꝼenlican ꝛiceꝛ.

& quorum remissionem retinueritis, illis erit retenta remissio; *nolunt Apostoli justum aliquem, excommunicatione suâ ligare; neque etiam improborum miserescentes, [aliquem] solvent, nisi per resipiscentiam veram in semitam vitæ revertatur. Eandem illam potestatem Omnipotens Episcopis tribuit, sanctisq; Presbyteris, si juxta Evangelicam constitutionem illam solicitè custodierint. Sed ob id clavis Petro seorsim demandatur, ut omnis natio sapienter noscat, quòd quicunq; ab*unitate fidei, quam Petrus confessus est, deflexerit, huic nec peccatorum remissio, nec in cæleste regnum ingressus tribuatur.*

* *Non ut unus pastor terrestris præesse, sed una fides in cælestem pastorem, gregi inesse debeat.*

Cap. 26.

Ut Colman victus domum redierit, & Tuda pro illo Epscopatu sit functus, qualisq; illis doctoribus fuerit habitus Ecclesiæ.

Sax. deest. FInitóque conflictu ac solutâ concione, Agilberchtus domum rediit. Colman videns spretam suam doctrinam, sectámque esse despectam, assumptis his qui se sequi voluerunt, id est, qui Pascha Catholicum, & tonsuram coronæ (nam & de hoc quæstio non minima erat) recipere nolebant, Scotiam regressus est, tractaturus cum suis quid de his facere deberet. Cedd relictis Scotorum vestigiis ad suam sedem rediit, utpote agnitâ observatione*Catholicę Paschæ. Facta est autem hæc quęstio anno dominicæ incarnationis sexcentesimo sexagesimo quarto, qui fuit annus Oswi Regis vicesimus secundus, Episcopatûs autem Scotorum, quem gesserunt in provincia Anglorum, annus tricesimus. Siquidem Aidanus decem & septem annis, Finan decem, Colman tribus Episcopatum tenuere. Reverso autem patriam Colmano, suscepit pro illo Pontificatum Northanhymbrorum famulus Christi Tuda, qui erat apud Scotos austrinos eruditus, atque ordinatus Episcopus; habens juxta morem provinciæ illius, coronam tonsurę Ecclesiasticæ, & Catholicam temporis Paschalis regulam observans. Vir quidem bonus ac religiosus, sed permodico tempore Ecclesiam regens: Venerat enim de Scotia, tenente adhuc Pontificatum Colmano, & diligenter ea quæ ad fidem ac veritatem pertinent, & verbo cunctos docebat & opere. Porrò fratribus, qui in Lindissarnensi Ecclesia, Scotis abeuntibus, remanere maluerunt, prępositus est Abbatis jure vir reverendissimus ac mansuetissimus Eata; qui erat Abbas in monasterio quod vocatur Mailros; quod aiunt Colmanum abiturum petiisse & impetrasse à Rege Oswio, eò quòd esset idem Eata, unus de duodecim pueris Aidani, quos primo Episcopatûs sui tempore, de natione Anglorum, erudiendos in Christo accepit. Multum namque eundem Episcopum Colmanum Rex, pro insita illi prudentia, diligebat. Ipse est Eata, qui non multò pòst eidem Ecclesiæ Lindisfarnensi Episcopus factus est. Abiens autem domum *Colman assumpsit secum partem ossiũ Reverendiss. patris Aidani; partem verò in Ecclesia, cui præerat, reliquit, & in secretario ejus condi præcepit. Quantę autem parcimoniæ, cujus continentiæ fuerit ipse cum prædecessoribus suis, testabatur etiam locus ille quem

* *RR. Armach. p. 934 l. 26.*

* *RR. Armach. pag. 964 l. 35.*

rege-

regebat: ubi abeuntibus eis, exceptâ Ecclesiâ, pauciſſimæ domus repertæ ſunt. Hoc eſt, illæ ſolummodo, ſine quibus converſatio civilis eſſe nullatenus poterat: nil pecuniarum abſque pecoribus habebant. Siquid enim pecuniæ à divitibus accipiebant, mox pauperibus dabant. Nam neque ad ſuſceptionem potentium ſeculi, vel pecunias colligi, vel domos prȩvideri neceſſe fuit. Qui nunquam ad Eccleſiam, niſi orationis tantùm & audiendi VERBI DEI cauſâ veniebant. Rex ipſe cùm opportunitas exegiſſet, cum quinque tantùm aut ſex miniſtris veniebat, & expletâ in Eccleſia oratione, diſcedebat. Quod ſi fortè eos, ibi refici contingeret, ſimplici tantùm & quotidiano fratrum cibo contenti, nil ultrà quærebant. Tota enim tunc fuit ſolicitudo doctoribus illis Deo ſerviendi, non ſeculo; tota cura excolendi cordis, non ventris. Unde & in magna erat veneratione tempore illo religionis habitus; ita ut ubicunque clericus aliquis aut monachus adveniret, gaudenter ab omnibus tanquam Dei famulus exciperetur: Etiamſi in itinere pergens invineretur, accurrebant, & flexâ cervice, vel manu ſignari, vel ore illius ſe benedici gaudebant. Verbis quoq; horum exhortatoriis diligenter auditum præbebant. Sed & diebus dominicis ad Eccleſiam ſive ad monaſteria certatim, non reficiendi corporis, ſed audiendi SERMONIS DEI gratiâ confluebant; & ſiquis ſacerdotum in vicum fortè deveniret, mox congregati in unum vicani, VERBUM VITÆ ab illo expetere curabant. Nam neque alia ipſis ſacerdotibus aut clericis vicos adeundi, quàm prædicandi, baptizandi, infirmos viſitandi, & ut breviter dicam, ánimas curandi, cauſa fuit: qui in tantum erant ab omni avaritiæ peſte caſtigati, ut nemo territoria ac poſſeſſiones ad conſtruenda monaſteria niſi à poteſtatibus ſeculi *coactus acciperet. Quæ conſuetudo per omnia, aliquanto poſthæc tempore, in Eccleſiis Northanhymbrorum ſervata eſt. Sed de his ſatis dictum. * *Sic MSt. ſing.*

CAP. 27.

Ut Egbercht vir ſanctus, de natione Anglorum, monaſticam in Hibernia vitam duxerit.

ÐA þæſ ȝeþoſden emb ſýx hund þintſa ⁊ ſeoſeſ ⁊ ſýxtiȝ æftep Ðnihtnep mennircnýſſe eclýþriſ ſoliſ. þ ir ſunnan * aſþſunȝenýſſe þ heo ſciman ne hæfde. ⁊ þæſ atollic on to beȝeonne. þæſ ðý ðnidðan dæȝe Maȝi þæſ monþeſ*hu huȝu ýmb þa teoþan tid dæȝeſ. æftep þon ſþýlce þæſ ðý ýlcan ȝeaſe ſemninȝa pol ⁊ aðl ſoſhefȝiende. ⁊ ſoſnimende æfeſt ða ſuð ðælaſ Bneotone ⁊ ſþýlce eac Noſþan-hýmbſa mæȝþe þæſ þſeaȝende. ⁊ mid ȝſimme pæle lange ſeoſ ⁊ pide ȝſimſiȝende micle menio manna afýlde ⁊ ſoſnam; Ðý pite eac ſþýlce Tuda Cpiſtef ðeoſ ſe þæſ æftep Colemanne Noſþan-hýmbſa B'. þæſ oſ middan ȝeaſde ȝenumen. ⁊ þæſ aſſuſþlice bebýſiȝed on þam mýnſtſe þe ir nemned Peȝnaleah; Ðiſ ýlce pite eac ſþýlce Hibernia Scotta ealond ȝelice pæle ſloh ⁊ cþýlde. þæſon þæſ on þa tid. monize oſ Angel þeode. ȝe æþelinga ȝe oþþa

* uppſþþunȝennef. B.

* hpæt hpeȝo. B.

EOdem autem anno dominicæ incarnationis ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, facta erat eclipſis Solis, die tertio menſis Maii, horâ circitèr decimâ diei. Quo etiam anno ſubita peſtilentiæ lues, depopulatis priùs auſtralibus Britanniæ plagis, Northanhymbrorum quoque provinciam corripiens, atque acerbâ clade diutiùs longè latéque deſęviens, magnam hominum multitudinem ſtravit. Quâ plagâ præfatus DOMINI ſacerdos Tuda raptus eſt de mundo, & in monaſterio, quod vocatur Pegnaleth, honorificè ſepultus. Hęc autem plaga Hiberniam quoque inſulam pari clade premebat. Erant ibidem eo tempore multi nobilium ſimul & me- *Anno Dom. 664.*

ða

Da de on þara biscopa tide Finanes ⁊ Colemanes forlæton heora edel tunscr. ⁊ dioden gesittan. sume for godcunde leornunge. sume for intingan forhæbbendra liscs. ⁊ sume sona on mynstersclicre drohtnunge on geogollicum life getreoplice drihtne þeowdon. sume geond mynster eodon. ⁊ him godcunde lareowas rohtan; ⁊ ealle hi Scottas lustlice onfengon. ⁊ him dæghwamlice *⁊lyfne butan ceape sealdon. ⁊ eac scylce bec on to leornianne ⁊ lareowas ord sceattinga geafon ⁊ sealdon; Betsih das sæson tregen geonge æþelingas mycelre glaunesse men of Angel þeode Ædelhun ⁊ Ecbyrht se ærra sæs Æþelwines broþer Gode þæs leofan penes. se sylfa eac scylce dære æftersylgendan ylde Hibernia gesohte for intingan godcundre leornunge. ⁊ da he sell gelæred sæs. da hreaus he eft to his ebele. ⁊ sæs biscop gesorden on *Lindesse lande. ⁊ he micle tide Godes cyrican æþelice ⁊ sell heold ⁊ rihte; Sæson hi on dam mynstre de on Scyttisc is nemned *Rathmelsigi. ⁊ ealle his gesetnan. oþþe on dære deadlicnysse dæs sæles of sorulde genumene sæson. oþþe þurh oþre scrore to dælede. Da sæson hi begen mid þa adle dære ylcan deaþlicnysse scyþe þreade. ⁊ hetiglice scencte. ⁊ him mon seoses ne pende; Da anas se Ecbyrht scra scra me sum ealo Wæsse Pneort aspyrede sæde. þ he æt his sylfes muþe gehyrde. mid dy he tealde ⁊ he pende þ he selstan sceolde. ⁊ dead þrosian. Da eode he ut on dagunge of dam huse de da untruman men inne setton. ⁊ ana gesæt on digolre scrore. ⁊ geornlice ongan dencan be his dædum. ⁊ sæs onbryded mid gemynde his synna. ⁊ seos. ⁊ his ansyne mid teasum droh. ⁊ of innepardre heortan God bæs biddende. þ

diocrium de gente Anglorum, qui tempore Finani & Colmani Episcoporũ, relictâ *insulâ patriâ vel DIVINÆ lectionis, vel continentioris vitæ gratiâ illò secesserant; & quidam quidem mox se monasticæ conversationi fideliter mancipaverunt; alii magìs, circumeundo per cellas magistrorũ, lectioni operam dare gaudebant. Quos omnes Scoti, libentissimè suscipientes, victum eis quotidianum sine precio, libros quoque ad legendum, & magisterium gratuitum præbere curabant. Erant inter hos duo juvenes magnæ indolis, de nobilibus Anglorum *Ædelhun & Ecgberht; quorum prior frater fuit Æthilwini, viri çquè Deo dilecti, qui & ipse ævo sequenti Hiberniam, gratiâ legendi, adiit; & bene instructus patriam rediit, atque Episcopus in provincia Lindissi factus, multo Ecclesiam tempore nobilissimè rexit. Hi ergò quum essent in monasterio, quod linguâ Scotorum Rathmelsigi appellatur, & omnes socii ipsorum vel mortalitate de seculo rapti, vel per alia essent loca dispersi, correpti sunt ambo morbo ejusdem mortalitatis, & gravissimè afflicti. E quibus Ecgberht (sicut mihi referebat quidam veracissimus & venerandæ canitiei presbyter, qui se hæc ab ipso audisse perhibebat) cùm se æstimaret esse moriturum, egressus est tempore matutino de cubiculo, in quo infirmi quiescebant, & residens solus in loco opportuno, cœpit sedulus cogitare de actibus suis, & compunctus memoriâ peccatorum suorum faciem lacrymis abluebat, atque intimo ex corde DEUM precaba-

* *l.* anlyfne. leofene. C.

* Lindesigelande. B

* Rahtmelsigi B.

*RR. Annales pag. 730 l. 8.

* *Sic MS. C.* Edilhun. *W.*

he ða ġýta ꝑpeltan ne ꝑceolde. æꝓꝑon ꝓe he be þam ꝓoꝛꝓġepitenum ġýmeleaꝛnýꝛꝛum hiꝛ. ða ꝓe he on cilo hafde. oꝓꝓe on cnihte hafde ġeꝓnemede. ꝑullꝑnemedlicoꝛ oꝑ þæꝛe tide ġeclænꝛade. ġe hine ꝛýlꝑne on Godum ꝓeoꝛncum ġenihtꝛumlicoꝛ beeode; ðꝛýlce he eac ġehaꝛ ġehet. þ he apolde ꝓoꝛ Gode hiꝛ liꝑ on ælþeodiġnýꝛꝛe lýꝑian. ⁊ næꝑꝑe to Bꝛeotone ealande hꝓeoꝛꝑan þæꝛ he acenned wæꝛ. ⁊ þ he butan ꝑealm ꝛanġe ꝓeoġollicꝛe tide ġiꝑ him lichoman untꝛumnýꝛꝛe ne piþꝛtode. þ he æġhpýlce dæġe ealne Saltepe on ġemýnde dæꝓe ġodcundan *hepenýꝛꝛe aꝛunġe. ⁊ þ he ælcepe ꝑucan dæġ mid nihte ætġædepe aꝑæꝛte; Mid ðý he þa þiꝛ ġehaꝛ ⁊ hiꝛ bene ⁊ hiꝛ tealnaꝛ ġeendode. ða eode he eꝛt to hiꝛ huꝛe. ða ġemette he ðone hiꝛ ġeꝓoꝛꝑtan ꝛlæpendne. ⁊ he þa eac ꝛpýlce on hiꝛ ꝓeꝛte *ġeꝛtah. ⁊ hine ꝛume hꝛile ġepeꝛtan polde. ⁊ mid ðý he þa meomicel wæc hine ġepeꝛte. þa onbꝛæd ꝛe hiꝛ ġeꝓoꝛꝑta. ⁊ locade to him. ⁊ ðuꝛ cꝑ. Gala bꝛoꝓeꝛ Ġeġbýꝛhт. eala cꝑ. he. Hwæt dýdeꝛt ðu; Ic ġehýhte. ⁊ pende þ þit nu hꝛaþe ꝛcolðan ætġædepe on þ ece liꝑ ġonġan. ac þite þu hꝛæðepe þ þu onꝑehꝛt þ ðu bæde; Foꝛþon he ðuꝛh ġeꝛihþe ġeleoꝛnode. ġehwæꝛ he God bæd ⁊ to him pilnode. ⁊ þ hiꝛ bene ġehýꝛnede wæꝓon; Hwæt ꝛculan ꝓe nu þæꝛ ma ꝛꝓꝓecan? Hwæt. ꝛe Æþelhun ðæꝓe nýhꝛtan nihт ꝓoꝛþꝓepde. ⁊ Ġeġbýꝛhт hine ðæꝓe adle ġetꝛýmede. ⁊ micle tide æꝑteꝛ þon liꝑde. ⁊ biꝛcop hade onꝑenġ. ⁊ ðone had mid epen pýꝛþum ðædum ꝛꝓætpode. ⁊ æꝑteꝛ monigum ġodum ġaꝛtlicꝛa mæġena ꝛꝓa ꝛꝓa he pilnode; Mid þý he *hund nigontigeꝛ ꝓintꝛa ealð. he ꝑeꝛde to ðam heoꝓonlican ꝛice; Liꝑde he hiꝛ liꝑ on micelꝛe eadmodnýꝛꝛe. ⁊ on monþꝓeꝛnýꝛꝛe. ⁊ in ꝓoꝛhæfednýꝛꝛe. [*⁊ in bilpetneꝛꝛe.]

tur, nè adhuc mori deberet, priusquam vel præteritas negligentias, quas in pueritia sive infantia commiserat, perfectiùs ex tempore castigaret, vel in bonis se operibus abundantiùs exerceret. Vovit etiam votum, quia à Deo peregrinus vivere vellet, ut nunquam in insulam, in qua natus est, id est, Britanniam rediret; quia præter solennem canonici temporis psalmodiam (si non valetudo corporis obsisteret) quotidie psalterium totum, in memoriam divinæ laudis decantaret: quia in omni septimana diem cum nocte jejunus transiret. Cúmque finitis lacrymis, precibus, & votis, domum rediret, invenit sodalem dormientem, & ipse quoque lectulum conscendens cœpit in quietem membra laxare; & quum paululum quiesceret, expergefactus sodalis respexit eum, & ait: O frater Ecgberhte! ô quid feciſti? Sperabam quia pariter ad vitam æternam intraremus: Verùm tamen scito, quia quæ postulasti, accipies. Didicerat enim per visionem & quid ille petiisset, & quia petita impetrasset. Quid multa? Ipse Ædelhun proximâ nocte defunctus est. At verò Ecgberht decussâ molestiâ ægritudinis, convaluit, ac multo pòst tempore vivens, acceptúmque sacerdotii gradum, condignis ornans actibus, post multa virtutum dona ut ipse desiderabat, nuper, [id est, anno dominicæ incarnationis septingentesimo vicesimo nono,] cùm esset ipse annorum nonaginta, migravit ad regna cœlestia. Duxit autem vitam in magna humilitatis, mansuetudinis, continentiæ, simplicitatis & justi-

* hepunge. B.

* gepꝛtah. C

* Sic MS. B. & C. ut Lat.

⁊

⁊ ſoþfæſtnýſſe. ⁊ on ſulfremeðnýſſe; ⁊ he ðurh ꝥ ge hiſ ðeoðe ge eac þam cýnnum Scotta ⁊ Peohta. on ðam he on ællþeodigneſſe liſde. ge mið hiſ liſeſ býſne. ge mið laſe ge mið ealðorlicnýſſe þrea. ge mið arfæſtnýſſe hiſ ſýlena. of þam godum ðe he ſrom ricum monnum onfeng. ſpýþe bricſade; ſetecte he eac ſpýlce hiſ gehatum þe þe ær ſægðon. ꝥ he ſýmble on þam feoþertiglican fæſtene ær eaſtran æne ſiþe on ðæge geſeorðe. ⁊ elleſ ne ðeah * nemne meðmicel hlafeſ mið ðinre meolce; Ðære ýlcan forhæfðnýſſe gemett. he eac ſpýlce heolð ꝥ feoþertig ðaga ær Criſteſ gebýrð tiðe. ⁊ ꝥ feoþertig ðaga æfter Pentecoſten;

*butan. C. nýmþe. B.

tiæ perfectione. Unde & genti ſuæ, & illis in quibus exulabat nationibus Scotorum ſive Pictorum, & exemplo vivendi, & inſtantiâ docendi, & auctoritate corripiendi, & pietate largiendi de his quę à divitibus acceperat, multùm profuit. Addidit autem votis quæ diximus, ut ſemper in quadrageſima non plùs quàm ſemel in die reficeretur, non aliud quàm panem ac lac tenuiſſimum, [& hoc cum menſura guſtaret. Quod videlicet lac, pridie novum, in fiala ponere ſolebat, & poſt noctem, ablatâ ſuperficie craſſiore, ipſe reſiduum cum modico (ut diximus,) pane bibebat.] [b] Cujus modum continentiæ etiam quadraginta diebus ante *natale Domini, totidem quoque poſt peracta ſolennia pentecoſtes, [hoc eſt, quinquageſimæ, ſemper] obſervare curabat.

* Sic MSs. ſing.

NOTÆ in cap. 26. 27.

[a] Sed & diebus Dominicis ad Eccleſiam--- audiendi ſermonis Dei gratiâ certatim confluebant— *En! Dies, & opus Diei; Diei ſcil. Dominicæ hîc à Majoribus nobis commendantur, Divino cultui dicanda:* Ad Eccleſiam, *inquiunt,* audiendi ſermonis Dei gratiâ certatim confluebat *populus: Diem enim Dominicum Dei ipſius inſtitutione ſacrum, tenuit vetus Eccleſia noſtra; atque in hoc, Legem Moſaicam ſecuta, pro Sabbatiſmo, Diéq;, è ſeptem, uno; atque Evangelicam, pro Die Dominico; quo reſurrexit Chriſtus, piè celebrando. In æternum ergò hæc Dierum*† *REGINA, divino cultui, ídque virtute Præcepti quarti, in deliciis habeatur. Eccleſiæ noſtræ veteri qui favent, illius Doctrinam ſtudiosè percipiant: viz. in verba* Beo þu gemýndig ꝥ þu þone *reſten dæg gehalgie; *hoc eſt, Eſto memor, quòd* Sabbati diem *ſanctifices. Vide Sermones Catholicos pro Eccleſia Anglicana MS. Bibl. Publ. Cantabr. pag. 332. lin. 28. & Hom. 34. pag. 182. l. 2. Sic autem Latinè verto.*

† S. Ignat. in Epiſt. ad Magneſios.
* Exod. 20. 8.

Se ſæterneſ dæg þæſ þa gehaten reſten dæg oþ Criſteſ ðroþunge; On þam dæge læg Criſteſ lic on býrigenne ⁊ he arar of deaþe on þam ſunnan dæge. ⁊ ſe dæg iſ Criſtenra manna reſten dæg. ⁊ halig ðurh Criſteſ æriſt; Ðone dæg þe ſceolon ſýmle freolſian mið gaſtlicre arþurþnýſſe; Se ſæterneſ dæg þæſ gehalgoð mið micelre gehealðſumnýſſe on ðære ealðan. æ. for ðære getacnunge Criſteſ ðroþunge ⁊ hiſ reſte on ðære býrgene.

Saturni dies tunc erat dictus Sabbati dies, uſq; ad Chriſti paſſionem: Die illo jacebat Chriſti corpus in ſepulcro: & reſurrexit à morte die Solis; iſq; dies hominum Chriſtianorum Sabbati *dies eſt: pérque* Christi resurrectionem, *ſanctus. Diem illum debemus nos ſemper* cum ſpirituali honore, *feſtivum agere. Saturni dies cum magna obſervantia in veteri Lege, ſacrabatur; propter ſignificationem* paſſionis Chriſti, *& quietis in ſe-*

Sic vetus Eccleſia in Præceptum quartum commentatur.

ac ꝥe ꝥunnan ðæg ıꝥ nu ȝehalȝoð ꝥuꝑh ꝥoꝑꝑæꝛtnẏꝥꝛe hıꝥ æꝑıꝥteꝛ oꝥ ðeaꝑe;

pulcro. Verùm Dies Solis nunc per veritatem resurrectionis *ejus à morte, ſacratur.*

* *Quod vide hic lib. 5. c. 22.*

* pag. 190. *Cui concinit alter Homiliſta MS.* * *Ben. Col. de Chriſti reſurrectione. Sic transfero.*

Hpæt ıꝥ ꝥe æꝛeꝥta ꝥeꝛte ðæg ꝑe on ꝑam ꝑoꝛðum mænðe. buton ꝑ hıt ꝑæꝥ ꝥe halȝa ðꝛıhtenlıca ðæg. ðe ꝑe nu ꝥunnan ðæg nemnaꝑ. ꝥoꝑꝑan ꝥe ꝑæꝥ æꝑeꝥt ðaȝa on ðıꝥꝥe nıꝑan. æ. man cẏnne to ꝥeꝛte ðæge ȝeboðen. ꝥoꝛ aꝛꝛuꝛꝑnẏꝥꝛe ðæꝑe ðꝛıhtenlıcan æꝛıꝥteꝥ;

Quinam eſt **primus* Sabbati *dies, quem verbis iſtis intellexit? Quem ſcil. nos jam diem Solis nominamus. Erat enim dies ille, dierum* in nova hac lege primus, humano generi, *pro die* Sabbati *in honorem* Dominicæ reſurrectionis *inſtitutus.*

* *Pro prima Sabb. ſive ſeptimana.*

Et paulò poſt.

Foꝛ ðam æȝhẏlc ðæꝑa manna ꝥeꝑe ꝑæna nu healðan nele. mıð aꝑe. ⁊ mıð ꝥeꝛte. ⁊ on ꝥeoꝛꝑunȝe ðonne abꝛec ð. Goðeꝛ ꝥe. æ. ⁊ hıꝥ halıȝꝑa ȝeꝥetnẏꝥꝛe;

Propterea, quiſquis hominum qui illam nunc, cum honore & requie, & obſervantia, tenere repudiat, violat quidem LEGEM DEI, ſanctorúmque ſuorum conſtitutionem.

Honor Diei Dom. : LEGE DEI nititur.

Dom. Hear. Spelm. Concil. p. 601. l. 10. *Et quid poſt ſacra die Dominico peràcta faciendum ſit, oſtendit MS. Sax. Miſcell. ſic ad verbum, (prater Latinum quem ibi conſpicis textum) transferre libet.*

And æꝥteꝛ ꝑæꝛe halȝum ðenunȝe. hım ȝehꝑa ham hꝑẏꝛꝛe. ⁊ mıð hıꝥ ꝑꝛeondum. ⁊ hıꝥ nẏhꝥtum ⁊ mıð ælꝑeoðıȝum hıne ȝaꝥtlıce ȝeꝛeoꝛðıȝe. ⁊ hıne ꝑıꝑ oꝛeꝑæt ⁊ ðꝛuncennẏꝥꝛe beoꝛȝe;

Et finito cultu ſacro, ſe quiſq; *domum conferat, *cúmque* amicis ſuis, *ſuíſque* proximis, & peregrinis *ſeipſum* † *ſpiritualiter* reficiat. Et *ſeipſum contra ingluviem & ebrietatem muniat.*

no Saxonica Ecclesia in vestris professa fuerit: atqui interim de ipsa B. Virginis SINGULARI *invocatione, nihil habeo, silentibus Scripturis, quod statuam. Verùm Romano-Saxonica Ecclesia, sub inscriptione* DE S. MARIA *audiatur. Sic Latinè libet transferre.*

Serm. Cathol. pag. 436.

Þæt pỳlle þe þeczan ymbe Mapian gebỳnð tide. buton þheo þæp gepcrỳneð ðuph fæder ⁊ ðuph moder þpa þpa oþre men ⁊ þæp on þa dæge acenned þe þe cpeðað þexta Jouf Septembpif. hire fæder hatte Joachim. ⁊ hire moder Anna. eappæpte men on ðæne ealdan æ. ac þe nellaþ be ðam na þpiþon appitan þỳ læp þe þe on ænigum gedpỳlde beþeallon; ⁊ac þæp dæger godspel ip þpiþe eapfoþe læpedum mannum to underþpitanenne. hit ip eal mæpt mid haligra manna naman gefet. ⁊ hi habbaþ þpỳþe langpume tpahtnunge æfter ðam gaſtlicum andgite. ði þe hit læraþ unpæd;

Quid de tempore natalium Mariæ festivo dicere velimus. Nisi quod per patrem, pérque matrem, sicut *alii homines procreata esset: quódque die illo, quem sextum idûs Septembris dicimus, esset prognata. Pater ejus dicebatur Joachim; matérque ejus Anna; homines in veteri Lege religiosi. *Verùm de ipsis nolumus plùs scribere, nè in errores aliquos incidamus. *Nec non hujus diei Evangelium hominibus Latcis, intellectu valde difficile exsistit: Sanctorum enim hominum nominibus totum ferè obsitum est; & expositionem habent valde prolixam, juxta sensum spiritualem: illum ergò dicere prætermittimus.*

* Sed alii homines haud sunt sine originali peccato concepti.

* Vide pag. 172. lin. 42.

Et viii. Kal'. APRIL. Annunciatio S. Mariæ; *in verba,* Missus est angelus. *pag. 85. lin. 10.*

Sic Latinè transfero.

Hu mæg þ beon þ ic cild hæbbe. forþan de ic nanef pepe ne bpuce? Jc geteohode min lif on mægþhade to geendigenne; hu mæg hit donne gepurþan þ ic butan pepef gemanan cennan fcỳle? Da fpỳrde fe engel þam mædene; de halga gaſt cỳmð upen on de. ⁊ miht dæf hỳhſtan oferſcedeþað de; Duph dæf halgan Gaſtef ſnemminge ſpa ſpa pe æf cpædon. peaſþ Cpiſt acenned on ðæne menniſcnỳſſe. ⁊ Maria hif modop pæf oferſceadeped duph mihte dæf halgan gaſtef; hu pæf heo oferſceadepod? heo pæf ſpa oferſceadepod. þ heo pæf geclænsod ⁊ gefcỳld wið ealle leahtraf. þuph mihte dæf halgan gaſtef. ⁊ mid heofenlicum gifum gefilled. ⁊ gehalgod; de engel cpæþ; þ halige de of þe bif acenned bið gecigeð Godef funu; Witodlice ealle menn beoþ ſpa ſpa fe pitega cpæþ. mid unpihtfifnỳſſe geeacnode. ⁊ mid fỳnnum acennede. ac upe hælend ana pæf geeacnod butan unpihtfifnỳſſe. ⁊ butan fỳnnum acenned;

Quî hoc fieri potest, ego ut puerpera sim, quia nullo viro fruebar? vitam ego meam in virginitate ad finem usque traduxi. Quî tum potest esse, ut ego absque viri consortio conciperem? tunc Angelus virgini respondit, Spiritus sanctus te superveniet, & virtus excelsi te obumbrabit. *Per operationem S. Spiritûs, sicut antè diximus, erat Christus in humana natura genitus: matérque ejus Maria, virtute Spiritûs sancti erat obumbrata? Quomodo erat obumbrata? sic erat obumbrata: scil. ut pura facta esset, & contra nequitias omnes virtute S. Spiritûs munita, gratiisque cælestibus impleta, & sanctificata. Angelus dixit,* Sanctum illud quod ex te genitum erit, Filius Dei vocabitur. *Revera,* * OMNES HOMINES, *sicut dixit Propheta,* in iniquitate sunt concepti, & in peccatis procreati: *verùm Salvator noster* * SOLUS *absque iniquitate conceptus, & absque peccatis procreatus.*

* annon ergò B. Quotidiè?

* ergòne Deus?

Sed

Sed nè quid celare videar quod excellentiam S. Mariæ extulit (cujus quoque encomia sacra pagina meritò illustrat,) en vobis Latinè damus, quæ die assumptionis ejus, coram populo recitata erant: sed Lector Catholicus, quæ catholicè dicta existimantur, à minùs Catholicis speculationibus cautè distinguat.

Serm. Cathol. p. 189.

Blissige eal middan geard forþan þe nu to dæg us eallum is ðurh hire geearnunga hæl geýht. þurh ure ealdan modor Evan us þearþ heofonan ricer geat belocen. ⁊ eft ðurh Marian hit is us geopenod. þurh þ heo sýlf nu to dæg þuldorfullice infernde; God ðurh his þitegan us bebead þ þe sceolon hine herian. ⁊ mærsian on his halgum. on ðam he is þundorlic. micle sþiþor gedafenað þ þe hine on ðisre mæran freols tide his eadigan meder mid lof sangum ⁊ þurþfullum herungum þurðian sceolon. forþan þe untþýlice eal hire þurþmýnt is Godes herung. uton nu for ði mid ealre estfulnýsse ures modes ðas mæran freols tide þurþian. forþan ðe þ siþfæt ure hæle is on lofsangum ures Drihtnes. ða ðe on mæigð hade þuniaþ blission hi forðan ðe hi gearnodon þ beon þ hi heriað. habbon hi hoge. þ hi sýn sþýlce þ hi þurþfullice herigan magon ða ðe on clænan þudeþan hade sind. herion hi. ⁊ arþurþion. for þan ðe sþutol is þ hi ne magon beon clæne buton ðurh Cristes gife. seo ðe þæs fulfremedlice on Marian ðe hi herigað; Herigan eac ⁊ þurþian ða ðe on sinscipe þuniaþ. forþan þe ðanon flepð eallum mildheortnýs ⁊ gifu þ hi herigan magon; Gif hþa sýnful sý he andette. ⁊ nalæs hirige. ðeah ðe nè beo þlitig lof on þæs sýnfullan muþe. hþæþere ne gesþice he ðære herunge forþan ðe ðanon him is behaten forgýfenýs;

*Lætetur totus mundus, quoniam nunc hodie nobis omnibus per * merita ejus salus ampliatur. Per Evam matrem nostram grandævam januaregni cælestis nobis occlusa fuit; & per Mariam nobis denuo reserata. Per * eam illa ipsa nunc hodie gloriosè ingressa est. Deus per Prophetam suum nobis mandavit,* * ILLUM ut laudemus, & magnificemus in sanctis suis, in quibus mirificus est. *Multò magis convenit* * ILLUM *in hac magna Beatæ matris suæ solennitate, hymnis & gloriosis laudationibus celebrare.* Nam procul dubio omnis honor ejus est *DEI LAUDATIO. *Nos ob id, modò omni mentis nostræ desiderio magnam hanc solennitatem celebremus: salutis enim nostræ semitæ, in laudationibus* * Domini nostri [sita] *est. Qui manent in virginitate * illi lætentur, qui id esse assecuti sunt ut laudare possent, curam habeant ut sint ejusmodi, qui dignè laudare possent. Qui in casta manent viduitate, lætentur illi, celebréntque: manifestum enim est, quòd casti esse haud possent absque* *CHRISTI *gratia, quæ erat perfectè [conspicua] in Maria, quam illi laudant. Laudent etiam celebréntq; qui in connubio persistunt: indè enim misericordia fluit omnibus, & dona, ut possent laudare. Si quis peccator sit, fateatur; & nihilo secus laudet. Laus licèt in ore peccatoris haud pulcra est, nè cesset tamen à laudatione; indè enim ipsi promittitur condonatio.*

* Θεοτόκου merita, Christi gratia.

* quia solus Christus Mariæ filius, regnum cœlorum reseravit.

* *Nota.*

* *Nota.*

* *Nota.*

* *Nota.*

* *Nota.*

* *aliàs*, meriti sunt.

* *Nota.*

Sed quòd Sancti triumphantes militantem Ecclesiam curent satis prolixè loquuntur homiliæ; licèt diserta Scripturarum verba ambiguitate carentia desiderentur.

Vide Homiliam sub inscriptione, IN NATALE UNIUS APOSTOLI, *in verba* Quicquid rogatis Patrem in nomine meo. *pag.* 461. *lin.* 29. *Sic Latinè damus.*

Micel heap holdra freonda ure ⁊ bidaþ ðær. orrorh be him rýlfum. carful gýt for ure hælþe; Uton rorþi efrtan to urum eþele. ꝥ þe magon ure frýnd gereon. ⁊ ure riblingar gegretan; Drihten cþæþ. Sþa hþæt rþa ge biddað æt minum Fæder on minum naman he rýlhþ eoþ; Drihtner nama ir] Hs. ꝥ ir hælend ⁊ re bitt on ðær hælender naman reþe ðær bitt þe belimpþ to roþre hæle;

Ingens cœtus familiarium amicorum nos ibi [in cœlis] expectat; de seipsis minùs curiosi, pro salute verò nostra soliciti; in nostram ergò patriam confluamus, ut nostros amicos videre, & affines nostros salutare possemus. Dominus ait, Quicquid rogetis patrem in nomine *MEO, id dabit vobis. *Nomen Domini est* IHS, *hoc est, Salvator: ille autē rogat in nomine Jesu, qui rogat id quod ad æternam salutem spectat.*

Quid moramur? hoc unicum hîc & passim premit Romano-Saxonica Ecclesia, oportere nos ipsum Filium Dei, *in precibus nostris supplices semper alloqui. Et quamvis ætas illa orationes, & intercessiones sanctis defunctis pro nobis tribuerit, tamen doctrina ecclesiæ populum instituit & urget non Sanctos, sed Jesum orando appellare.*

Audiatur Homilista viii. *Kal. Jul.* NAT. S. JOHANNIS BAPTISTÆ, *Serm. Cathol. pag.* 158. *lin.* 26.

Uton nu biddan þone þealdendan hælend ꝥ he þurh hir ðær mæran forrýneler ⁊ fulluhterer þingunge ur gemiltrige on andþeardum life. ⁊ to þam ecan gelæde. þam rý þuldor ⁊ lof mid fæder ⁊ halgum gaste. á on ecnýrre. Amen;

Nos modò Jesum omnipotentem *obsecremus, ut* IPSE **per magni hujus præcursoris, & Baptistæ intercessionem, in præsenti vita, nostri misereri velit; & in æternam ducere: *Cui sit honor & gloria cum* PATRE & SPIRITU *sancto, semper in secula. Amen.*

**sed propter merita sua.*

**non ait, & S. Johanni Bapt.*

Vide notas in cap. 21.

CAP. 21.

Ut religioso Abbati Adriano Albinus, Wilfrido in Episcopatum Acca successerit.

ÐY nýhrtan geare æfter forþfore ðær forerþrecenan fæder ꝥ ir þý fiftan geare of Orreder ricer ðær cýninger re arþurþa þer Adrianur Abbad forþferde. re þær efen þýrcend on Goder þorde ðære eadigan gemýnde Theodorur ArceB'. ⁊ on hir mýnrtre on cýricean ðære eadigan fæmnan Sca'. Marian bebýriged þær. ýmb an ⁊ feoþertig þintra ðær ðe he fram Vitaliano þam Papan hider mid Theodor B'. rended þær; Ðær Abbad lare ætgædere ⁊ Ðeodorer ðær B'. betþih oþre cýðnerre ragað. ꝥ Albinur ðær Abbuder discipul.

ANno post obitum præfati Patris proximo, id est, quinto Osredi Regis, reverendissimus pater Adrianus Abbas, cooperator in VERBO DEI Theodori, beatæ memoriæ Episcopi, defunctus est; & in monasterio suo, in Ecclesia beatæ Dei genetricis sepultus. Qui est annus quadragesimus primus, ex quo à Vitaliano Papa directus est cum Theodoro: ex quo autem Britanniam venit tricesimusnonus. Cujus doctrinæ, simul & Theodori, inter alia, testimonium perhibet, quòd Albinus

re

ſe to hiſ mýnſtſer ſeſece æf-
ter him ſeng. ⁊ he ſæſ ſſa ſſýſ-
ſe on ſeleſum haliȝſa ſeſſita
ſelæſed. ⁊ he Gſeciſc ſeſeoſd
oſ miclum ðæle cuðe. ⁊ Leden
*ſſa him ſæſ ſſa cuþ. ⁊ ſſa *ȝemimoſ
meo- ſſa ſſa Engliſc ⁊ him ȝecýnde-
moſ.C. lic ſæſ ; Ða onſenȝ ſoſ Pil-
ſſiþe Biſcop had þæne cýſicean
æt Headoſtealoef ea. Acca hiſ
Mæſſe Pſeoſt. ſæſ he ſe ſep ſe
*ſoſne *ſoſmeſta ⁊ ſoſ Gode ⁊ ſoſ
mæſe- mannum micellic. ⁊ he hiſ cýſi-
ſta.C. cean ȝetimbſade. ſeo on ape ðce'.
Andſee ðæſ Apoſtoleſ ȝehal-
ȝad iſ. moniȝfealde plite. ⁊ ſun-
doſlicum ſeoſcum ȝebſæde ⁊
ȝemoniȝfýlde; ⁊ he micle ȝe-
oſnſulneſſe ðýde. ⁊ he æȝhſa-
non mæſt ſeliquia beȝeate ða-
ſa eadiȝſa Apl'a. ⁊ Cſiſtef maſ-
*ſeoſo- týſa. ⁊ on heoſa ſeoſþunge *ſi-
ðaſ. C. bedaſ ſette. ⁊ poſticaſ poſhte.
⁊ todælde on þ ſýlſe binnan þæ-
ne ýlcan cýſicean ſeallum; Sſýl-
ce eac ſſell heoſa ſſoſunȝe æt-
ȝædeſe mid o þſum cýſiclicum
bocum mid micelſe ȝeoſnſul-
neſſe ȝeſomnade. ⁊ ðideſ mi-
*boca cel *boc ȝeſtſeon ⁊ æþele beȝe-
ſtſeon at. ſſýlce he eac huſul ſatu ⁊
C. leoht ſatu. ⁊ moniȝ oþeſ ðýſ-
ſeſ ȝemeteſ ða ðe to Godeſ
huſeſ ſſætſedneſſe belimpað
he ȝeoſnſullice ȝeȝeaſſode; ⁊ ac
ſſýlce he ſumne æþelne cýſic ſan-
* Mava. ȝene beȝeat ſe ſæſ *Maſa haten.
B. ſe æſ on Centſ on ſanȝcſæft ȝe-
læſed ſſam æftefſýligendū þapa
diſcipula þæſ eadiȝan Papan ðce'. Gſeȝoſii. ⁊ he þone xii pin-
ſta mid himhæfde. ⁊ he ȝehþæþeſ ȝe þa cýſic ſanȝaſ læſde þe
hi æſ ne cuþan. ȝe eac þa þe hi iu cuþan ⁊ lanȝne ȝýmeleaſ-
neſſe ealdian onȝunnon. Ða eft mid hiſ lafe on ðone æſ-
* ȝetý- ſan ſtseall ȝeednipode pæſon; Pæſ he eac ſýlfa Acca B'. ſe *ȝe-
ðeſta. tſýfeſta ſanȝene. ſſýlce eac he pæſ on halȝum ȝeſſitum ſe
B. & C. ȝelæſedeſta. ⁊ on andetneſſe þæſ niht an ȝeleafan ſe clæne-

diſcipulus ejus, qui monaſterio ipſius in regimine ſucceſſit, in tantum ſtudiis SCRIPTURARUM inſtitutus eſt, ut Græcam quidem linguam non parva ex parte, Latinam verò non minùs quàm Anglorum, quæ ſibi naturalis eſt, noverit. Suſcepit verò pro Wilfrido Epiſcopatum Haguſtaldenſis Eccleſiæ Acca presbyter ejus; vir & ipſe ſtrenuiſſimus, & coram Deo & hominibus magnificus, qui & ipſius Eccleſiæ ſuæ, quæ in beati Andreæ Apoſtoli honorem conſecrata eſt, ædificium, multifario decore ac mirificis ampliavit operibus. Dedit namque operam (quod & hodie facit) ut acquiſitis undecunq; a reliquiis beatorum Apoſtolorum & martyrum Chriſti, in venerationem illorum poneret altaria, diſtinctis porticibus in hoc ipſum, intra muros ejuſdem Eccleſiæ. Sed & hiſtorias paſſionum eorum, unà cum cæteris Eccleſiaſticis voluminibus ſummâ induſtriâ congregans, ampliſſimam ibi ac nobiliſſimam bibliothecam fecit: Necnon & vaſa ſancta & luminaria aliáque hujuſmodi quæ ad ornatum domûs Dei pertinent, ſtudioſiſſimè paravit. Cantorem quoque egregium nomine * Maſan, qui à ſucceſſoribus diſcipulorum beati Papæ Gregorii in Cantia fuerat cantandi ſonos edoctus, ad ſe ſuóſque inſtituendos accerſiit, ac per annos duodecim tenuit, quatenus & ea, quæ illi non noverant, carmina Eccleſiaſtica, doceret; & ea quæ quondam cognita longo uſu vel negligentiâ inveterare cœperant, hujus doctrinâ in priſcum renovarentur ſtatum: Nam & ipſe Epiſcopus Acca cantator erat peritiſſimus; quomodo etiam in literis SANCTIS doctiſſimus, & in Catholicæ fidei confeſſione caſtiſ-

* C. Mabbanum.

* pegol-licum. B.

ſtva. ⁊ he pæſ in * peogolum cýniclicpa gereetneſſe ſe behýdegæſta ða to healdenne. ⁊ he ðæſ ne blon. oþþæt he ſpam Gode mede onſenġ hiſ apfæſtneſſe ſilſumneſſe; ſæſ he æfeſt ſpam hiſ cnihthade on gefeſſcipe þæſ halgan Boſan. ⁊ Gode þæſ leoſan ſoſoſſpic ceaſtre birgoſeſ afeded. ⁊ gelæſed; ſefter þon he com to ſilfſiþe B. mid hýhte betepa ſoſefeetneſſe. ⁊ eall hiſ ýldo ⁊ liſ on hiſ fenunge gefýlde. oþ hiſ ſoſþfoſe. mid ðone he eac ſpýlce to Rome pæſ cumende. ⁊ monig nýtlico ding. ðe he on hiſ eþle ne mihte cýniclicpa gereetneſſa ðæſ he gereah ⁊ geleornode. ⁊ ða pel heold ⁊ læſte oþ hiſ liſef ende;

simus; in Ecclesiasticæ quoque institutionis regulis solertissimus exstiterat; & usque dum sua præmia piæ devotionis acciperet, exsistere non desistit. Utpote qui à pueritia, in clero sanctissimi, ac Deo dilecti Bosa Eboracensis Episcopi nutritus, atq; eruditus est. Deinde ad Wilfridum Episcopum spe melioris propositi adveniens, omnem in ejus obsequio usque ad obitum illius explevit ætatem. Cum quo etiam Romam veniens, multa illic, quæ in patria nequiverat, Ecclesiæ sanctæ institutionis, utilia didicit.

NOTÆ.

[a] Ut acquisitis undique reliquiis beatorum Apostolorum, in venerationem istorum poneret altaria--- sed & historias--- cum Ecclesiasticis voluminibus.-- *Vide notas in cap. 12. Finis reliquiarum erat Sanctorum, quorum erant, commemoratio; & adversariorum, scil. dæmonum oblivio, & exstinctio: Quæ cùm finem suum assecuta fuerint, puerilia dehinc nugamenta saniores intelligunt. Absit ergò ut in cibum mutentur hæc infirma & infirmorum pharmaca: Quibus ad expellendum serpentis veteris venenum, prima Ecclesia, quæ in hoc, imbecillis gentibus cedebat, usa est. Sed hæc futilia elementa Laicorum libros hodie appellent soli desides; qui, sacris historiis & voluminibus abjectis, umbratili imaginum, & reliquiarum, quas ementitas hodie esse mundus jam comperuit, inspectione oculos mentésque pascere delectant. Sufficiet quod* Theodoritus docuit de Labaro Constantini in effigiem crucis mutato. Ὅτι τῇ συνεχῇ δια ᾗ θεραπείᾳ ἀπεδίδου τῶν τιμίων τοῦ σῳτῆρος-- Ut assiduo (*inquit ille*) ejus aspectu, & curâ, sive diligentiâ [*non ut Latinus Interpr.* cultu: θεραπεία *enim*, religiosa *rerum sacris usibus sacratarum* custodia *&* tractatio, *longissimè diversum quid à cultu*, δουλείᾳ, *scil. &* λατρείᾳ, *quæ soli Deo debetur, exprimit.*] subditos suos pedetentim à patriis ritibus desuefaceret: cúmque solum Deum existimarent, quem coleret imperator; atque illo duce & adjutore, in bello contra hostes gerendo uterentur. *Sic Theodoritus.* Quomodo ergò iterum ad infirma & egena elementa (quibus denuo, *non tantùm* θεραπεύειν, *quod nimium est, sed &* δουλεύειν, *servire velint Catholici quidam,*) *revertentur? Sed utinam superstitioni nutantis populi mederi voluisset concilium Tridentinum, æquè rectè atque visum erat monuisse: Sess. nona, viz.* Omnis porro, (*inquit Concil.*) superstitio in Sanctorum invocatione, reliquiarum veneratione, & imaginum sacro usu tollatur. *Quo se vertet populus Christianus? Nam* Sanctos invocare, imaginibus venerationem debitam impetiri, illas osculari; & coram illis caput aperire, honorem illis exhibere, & PROCUMBERE, *Concilium paulò antè docuerat; nunc autem* superstitionem caveant, *dum tales præstant cultus, jubent Tridentini: Quasi acutissimus quispiam scholasticorum docere posset crassa rusticorum ingenia, superstitionem, ab æqua crassa superstitione, vel mente quidem, nedum opere, avellere, atque separare. Christum* invocent: *Illi* venerationem debitam impertiantur: *Filium* osculentur: coram illo *in sacris caput* aperiant. *Illi soli* procumbant: *nec aliquis circa sanctos, & reliquias locus erit reliquus superstitioni.*

[*] lib. 1. cap. 4.

CAP.

Cap. 22.

Ut Ceolfrid Abbas Regi Pictorum architectos Ecclesiæ, simul & epistolam de Catholico Paschâ, & tonsura miserit.

Dyrrum tidum Naitan Pe-
ohta cyning. de done norþ
dæl Breotone eardiaþ. þær he
monad mid gelomlicre smeaþunge ⁊ leornunge cyriclicra gerþrita þ he gedrolan piþroc. ⁊ done ne gebærode re oþ þ on hiy þeode hæfed wæs. be gehyldre þihtra Eastrana. ⁊ he hine ⁊ hiy þeode gelærde to mæssianne ⁊ to peorþianne da þihte gerettan tide. ⁊ dære Orihtenlican æriste; ⁊ þ he þ mihte mid dy mannan ealdorlicnesse * dyhtian ⁊ gefremman. rohte he him sultum of Angol deode. de he geare ongeat ⁊ wiste þ hi da æfestnesse geleornad ⁊ onfongen hæfdon to byrene dære halgan Romanisscan cyrican ⁊ dære Apostolican; Sende he * æfendracan to þam aldurþan pepe Ceolfriþe. re wæs Abbud dæs mynstres dara eadigra Apostola Petrus ⁊ Paulus. þ is æt Pirne muþan. ⁊ be Tinan dære ea. on dære stowe de is gecyged on Gyrrum. dam Abbude he Ceolfriþ suldorlice fore wæs. æfter Benedicte. be þam pe beforan sægdon. bæd he re cyning done Abbud þ he him sende trymmendlice staras. ⁊ gefri-to. mid dam de dy mihtlicor piþrucan mihte. da de gedyrstigedon þ hi Eastran heoldan ⁊ durhdon butan heora þihtre tide; Spylce he eac befran ⁊ acsade be gemette þihtre Godes þeow sceare þe þeostras ⁊ Godes deoras getacnade beon sceoldon; Bæd he re cyning eac hine þ he him onsende sumne heah cræftigan stan gefoncef. þ he mihte æfter Romana þeare cyricean timbrian. ⁊ wæs gehatende þ he þa polde on are dæs eadigan ealdres þara Apostola gehalgian Sce'. Petre. ⁊ eac gehet þ he sylfa polde mid ealne hiy þeode done þeap symble onhyrian

EO tempore * Naiton Rex Pictorum (qui Septentrionales Britanniæ plagas inhabitant) admonitus Ecclesiasticarum frequenti meditatione Scripturarum abrenunciavit errori, quo eatenus in observatione Paschæ, cum sua gente, tenebatur; & se suósque omnes ad * Catholicum dominicæ resurrectionis tempus celebrandum perduxit. Quod ut facilius & majori autoritate perficeret, quæsivit auxilium de gente Anglorum, quos jamdudum ad exemplum sanctæ Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ, suam religionem instituisse cognovit. Siquidem misit legatarios ad virum venerabilem Ceolfridum, Abbatem monasterii beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quod est ad ostium Wiri amnis, & juxta amnem * Tina, in loco qui vocatur * Ingyrvum; cui ipse post Benedictum (de quo suprà diximus) glorioisimè præfuit; postulans ut exhortatorias sibi literas mitteret, quibus potentiùs confutare posset eos, qui Pascha non suo tempore observare præsumerent; simul & de tonsurę modo vel ratione quâ clericos insigniri deceret. [Excepto quòd etiam ipse in his non parva ex parte esset imbutus,] sed & architectos sibi mitti petiit, qui juxta morem Romanorum, Ecclesiam de lapide ingenti ipsius facerent, promittens hanc in honorem beati Apostolorum principis * dedicandam: se quoque ipsum cum suis omnibus morem sanctæ Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ

* C. Naitonis. T. Natton. W.

* Sic MSS. sing.

* MSS. W. & C. Tine. T.

* MS. W. & C.

* Sax. principis Apostolorum S. Petri.

* þurhteon. B. & C.

æfendracan. C.

*Sic MS. B. ⁊ healdan ðæne [*halgan] Romaniscan cyricean. ⁊ þæne Apostolican stra stol stra se stýrmest geleornian magon; Ðæs cyningc asmæstnesse fillum ⁊ benum wæs fultumiende se aspurþa Abbad Ceolfriþ. sende him

* Sic MS. B. ut Lat. cnæstige stýrhtan [*þa þe he biodende wæs] stænene cyricean to timbrianne. sende him eac stafas ⁊ gesetnisse be gehealde rihtra eastrana ⁊ be Godes deopes sceare. eac oþrum rihtum Godes cyricean;

semper imitaturum, in quantum duntaxat [tam longè à Romanorum loquela & natione segregati,] hunc edisscere potuissent. Cujus religiosis votis ac precibus favens reverendissimus Abbas Ceolfrid, misit architectos quos petebat, & literas scriptas in hunc modum.

Deest Sax. *Domino excellentissimo & gloriosissimo Regi Naitono Ceolfrid Abbas, in Domino, salutem. Catholicam sancti Paschæ observantiam, quam à nobis (Rex) Deo devotè religioso studio quæsisti, promptissimè ac libentissimè tuo desiderio (juxta quod ab Apostolica sede didicimus,) patefacere satagimus. Scimus namque cœlitus sanctæ Ecclesiæ donatum, quotiens ipsi rerum Domini discendæ, docendæ, custodiendæ veritati operam impendunt. Nam & verè omnino dixit quidam secularium scriptorum, quia* felicissimo mundi statu ageretur, si vel Reges philosophantur, vel regnarent Philosophi. *Quod si de philosophia hujus mundi, verè intelligere de statu hujus mundi, meritò diligere potuit homo hunc mundum: quantò magis civibus patriæ cœlestis in hoc mundo peregrinantibus optandum est, & totis animi viribus supplicandum, ut quò plus in mundo quique valent, eò ampliùs ejus qui super omnia est, judicis mandatis auscultare contendant, atque ad hæc observanda, secum eos quoque, qui sibi commissi sunt, & exemplis simul, & autoritate instituant. Tres sunt ergò regulæ sacris inditæ literis, quibus Paschæ celebrandi tempus nobis præfinitum, nullâ prorsus humanâ licèt autoritate mutari: è quibus duæ in lege Moysi divinitus statutæ, tertia in Evangelio per effectum dominicæ passionis & resurrectionis adjuncta est. Præcepit enim lex, ut Pascha primo mense anni & tertiâ ejusdem mensis septimana. id est, à quintâ decimâ die usque ad vicesimam primam fieri deberet. Additum est per institutionem Apostolicam ex Evangelio, ut in ipsâ tertia septimana diem Dominicam expectare, atque in ea temporis Paschalis initium tenere debeamus. Quam videlicet regulam triformem quisquis ritè custodierit, nunquam in adnotatione festi Paschalis errabit. Verùm si de his singulis enucleatiùs ac latiùs audire desideras, scriptum est in Exodo, ubi liberandus de Ægypto populus Israel primum Pascha facere jubetur: quia dixerit Dominus ad Moysen & Aaron:* Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum cœtum filiorum Israel, & dicite eis, Decimâ die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas. *Et paulò pòst:* Et servabitis eum usque ad quartamdecimam diem mensis hujus. Immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. *Quibus verbis manifestissimè constat, quòd tà in observatione Paschali mentio fit diei quartadecimæ, ut non tamen in ipsa die quartadecima Pascha fieri præcipiatur; sed adveniente tandem vesperâ diei quartadecimæ, id est, quintadecimâ lunâ, quæ initium tertiæ septimanæ faciat, in cœli faciem prodeunte, agnus immolari jubeatur. Et quòd ipsa sit nox quintadecimæ lunæ, in qua percussis Ægyptiis, Israel est à longa servitute redemptus:* Septem, *inquit* diebus azyma comedetis. *Quibus item verbis tota tertia septimana ejusdem primi mensis decernitur solennis esse debere: Sed nè putaremus easdem septem dies à quartadecima usque ad vicesimam esse computandas, continuò subjecit,* In die primo non erit fermentum in domibus vestris. Quicunque comederit fermentum in domibus vestris, peribit anima illa de Israel. A die primo usque ad diem septimum, *& usque dum ait,* In eadem enim ipsâ die educam exercitum vestrum de terra Ægypti. *Primum ergò diem azymorum appellat eum, in quo exercitum eorum esset educturus de Ægypto. Constat autem, quia non quartadecimâ die, in cujus vespera agnus est immolatus, & quæ propriè*

priè, Paſcha ſive Phaſa dicitur, ſed quintadecimâ ſunt educti ex Ægypto, ſicut in libro Numerorum apertiſsimè ſcribitur. Profectiigitur de Rameſſe quintadecimâ die menſis primi, alterâ die fecerunt Phaſe filii Iſrael in manu excelſa. *Septem ergò dies azymorum, in quarum prima eductus eſt populus Domini ex Ægypto, ab initio (ut diximus) tertiæ ſeptimanæ, hoc eſt, à quartadecima die menſis primi, uſq; ad viceſimam primam ejuſdem menſis, diem completum computari oportet. Porrò dies quartus decimus extra hunc numerum ſeparatum, ſub Paſchæ titulo prænotatur, ſicut Exodi ſequentia patenter edocent. Ubi cùm dictum eſſet:* In eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de terra Ægypti, *protinus additum eſt,* Et cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo. Primo menſe quartadecimâ die menſis comedetis azyma uſque ad diem viceſimam primam ejuſdem menſis ad veſperam. Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus veſtris. *Quis enim non videat, à quartadecima uſque ad viceſimam primam, non ſeptem ſolummodo, ſed octo potiùs eſſe dies, ſi & ipſa quartadecima annumeretur? Sin autem (ut diligentiùs explorata Scripturæ veritas docet) à veſpera diei quartadecimæ uſque ad veſperam viceſimæ primæ computaverimus, videbimus profectò, quòd ità dies quartamdecimam veſperam ſuam feſti Paſchalis initium porrigat; ut non amplius tota ſacra ſolennitas, quàm ſeptem tantummodo noctes, cum totidem diebus, comprehendat. Unde vera eſſe probatur noſtra definitio, quâ tempus Paſchale primo menſe anni, & tertiâ ejus hebdomadâ celebrandum eſſe diximus. Veraciter enim tertia agitur hebdomada, quod à veſpera quartadecimæ diei incipit, & in veſpera viceſimæprimæ completur. Poſtquam verò Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, diémq; nobis* [a] *dominicam, quæ apud antiquos una vel prima Sabbati ſive Sabbatorum vocatur, gaudio ſuæ reſurrectionis fecit eſſe ſolennem, ità hanc Apoſtolica traditio feſtis Paſchalibus inſeruit, ut nihil* [a] *omnimodè tempore Paſchæ legalis præoccupandum, nihil minuendum eſſe decerneret; quin potiùs ſtatuit, ut expectaretur, juxta præceptum legis, idem primus anni menſis; expectaretur quartadecima dies illius; expectaretur veſpera ejuſdem. Et cùm hæc dies in Sabbatum fortè incideret, tolleret unuſquiſque agnum per familias & domos ſuas, & immolarent eum ad veſperam, id eſt, præpararent omnes Eccleſiæ per orbem, quæ unam Catholicam faciunt,* [b] panem & vinum *in* MYSTERIUM *carnis & ſanguinis agni immaculati, qui abſtulit peccata mundi; & præcedente congruâ lectionum & orationum, cæremoniarum Paſchalium ſolennitate, offerrent* Hæc *Domino in ſpem futuræ ſuæ redemptionis. Ipſa eſt enim eadem nox in qua de Ægypto, per ſanguinem agni, Iſraelitica plebs erepta eſt, ipſa eſt in qua per reſurrectionem Chriſti liberatus eſt à morte æterna omnis populus Dei. Manè autem illucſcente die dominicâ, primam Paſchalis feſti diem celebrarent. Ipſa eſt enim dies in qua reſurrectionis ſuæ gloriam, Dominus multifario piæ revelationis gaudio diſcipulis patefecit. Ipſa prima dies azymorum, de qua multùm diſtinctè in Leviticò ſcriptum eſt.* Menſe primo quartadecimâ die menſis ad veſperam Phaſe Domini eſt; & quintadecimâ die menſis hujus ſolennitas azymorum Domini eſt. Septem diebus azyma comedetis; dies primus erit celeberrimus ſanctúſq;. *Si ergò fieri poſſet, ut ſemper in diem quintumdecimum primi menſis, id eſt, in lunam quintamdecimam dominica dies incurreret, uno ſemper eodémque tempore cum antiquo Dei populo, quanquam ſacramentorum genere diſcreto, ſicut unâ eadémque fide Paſcha celebrare poſſemus. Quia verò dies ſeptimanæ non æquali cum luna tramite procurrit, decrevit Apoſtolica traditio, quæ per beatum Petrum Romæ prædicata, per Marcum Evangeliſtam & interpretem ipſius Alexandriæ confirmata eſt; ut adveniente primo menſe, adveniente in eo veſperâ diei quartadecimæ, expectetur etiam dies Dominica, à quintadecima uſque ad viceſimam primam diem ejuſdem menſis. In quacunque enim harum inventa fuerit, meritò in ea Paſcha celebrabitur: quia nimirum hæc ad numerum pertinet illarum ſeptem dierum, quibus azyma celebrari jubetur. Itaque fit ut nunquam Paſcha noſtrum à ſeptimana menſis primi tertia in utramvis partem declinet, ſed vel totam eam, id eſt, omnes ſeptem legalium azymorum dies, vel certè aliquos de illis teneat. Nam & ſi ſaltem unum ex eis, hoc eſt, ipſum ſeptimum apprehenderit, quem tam excellenter Scriptura commendat;* (Dies autem, *inquiens,* ſeptimus erit celebrior & ſanctior, nullúmque ſervile opus fiet in eo,) *nullus arguere nos poterit, quòd non rectè dominicum Paſchæ diem,* (quem

* omnimodis. T. & C.

de

de Evangelio susceperimus,) in ipsa, quam lex statuit, tertia primi mensis hebdomada celebremus. Cujus observantiæ Catholicâ ratione patefactâ, patet è contrario error irrationabilis eorum qui præfixos in lege terminos, nullâ cogente necessitate, vel anticipare vel transcendere præsumunt. Namq; sine ratione necessitatis alicujus, anticipant illi tempus in lege præscriptum, qui dominicum Paschæ diem à quartadecima mensis primi usque ad vicesimam putant lunam esse servandum. Cùm enim à vespera diei tertiædecimæ vigilias sanctæ noctis celebrare incipiunt, claret quod illum in exordio sui Paschæ diem statuunt, cujus nullam omnino mentionem in decreto legis inveniunt. Et cùm vicesimaprimâ die mensis Paschæ dominicum celebrare refugiunt, patet profectò quòd illam per omnia diem, à sua solennitate secernunt, quam lex majore præ cæteris festivitate memorabilem sæpenumero commendat. Sicque diem Paschæ ordine perverso, & aliquando in secunda hebdomada, totam compleant; & nunquam in hebdomada tertia die septimo ponant. Rursúmque quia sextadecimâ die mensis sæpe dicti usque ad vicesimam secundam Paschæ celebrandum magis autumant, non minore utique errore (tametsi altero latere) à recto veritatis tramite divertunt, & veluti naufragia Scyllæ fugientes, in Charybdis voraginem submergendi decidunt. Nam cùm à luna decimasexta primi mensis oriente, id est, à vespera diei quintadecimæ Paschæ incipiendum doceant, nimirum constat quia quartam decimam diem mensis ejusdem, quam lex primitus & præcipuè commendat, à sua prorsus solennitate secludunt, ità ut quintadecima, (in qua populus Dei ab Ægyptiaca servitute redemptus est) & in qua Dominus suo mundum sanguine à peccatorum tenebris liberavit; in quo etiam sepultus spem nobis post mortem beatæ quietis tribuit, vix vesperam tangant. Idémque pœnam erroris sui in semetipsos recipientes, cùm in vicesima secunda die mensis, Paschæ diem statuunt Dominicum; legitimos utique terminos Paschæ apertâ transgressione violant; utpote qui ab illius diei vespera Paschæ incipiunt, in qua hoc lex consummari & perfici debere decrevit. Illam in Paschæ diem assignent primam, cujus in lege mentio nulla usquam reperitur, id est, quartæ primam septimanæ. Qui utique non solùm in definitione, & computo lunaris ætatis, sed & in mensis primi nonnunquam inventione falluntur. Quæ disputatio major est, quàm epistolâ hac vel valeat comprehendi, vel debeat. Tantùm hoc dicam, quòd per æquinoctium vernale semper inenarrabiliter posset inveniri, qui mensis, juxta computum lunæ, primus anni; qui esse debeat ultimus. Æquinoctium autem, juxta sententiam omnium Orientalium, & maximè Ægyptiorum, (qui præ cæteris doctoribus calculandi palmam tenent) duodecimo Kalendarum Aprilium die provenire consuevit, ut etiam ipsi horologicâ inspectione probamus. Quacunque ergò luna ante æquinoctium plena est, quartadecimâ videlicet vel quintadecimâ exsistens, hac ad præcedentis anni novissimum pertinet mensem, ideóque Paschæ celebrando habilis non est. Quæ verò post æquinoctium vel in ipso æquinoctio suum plenilunium habet; in hac absque ulla dubietate, quia primi mensis est, & antiquos Paschæ celebrare solitos, & nos ubi Dominica dies advenerit celebrare debere, noscendum est. Quod ità fieri oportere illa nimirum ratio cogit, quia in Genesi scriptum est, quòd Deus fecit duo magna luminaria: Luminare majus ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti. Vel sicut alia dicit editio, Luminare majus in inchoationem diei, & luminare minus in inchoationem noctis. Sicut ergò priùs sol à medio procedens orientis, æquinoctium vernale suo præfixit exortu, deinde luna, sole ad vesperam occiduum, & ipsâ plenâ à medio secuta est orientis, ità omnibus annis idem primus lunæ mensis eodem necesse est ordine servari; ut non ante æquinoctium, sed vel ipso æquinoctii die, (sicut in principio factum est) vel eo transcenso plenilunium habere debeat. At si uno saltem die plenilunium tempus æquinoctii præcesserit; non hanc primo mense anni incipientis, sed ultimo potiùs præteriti, lunam esse asscribendam, & ideo festis Paschalibus inhabilem, memorata ratio probat. Quòd si mysticam quoque vos in his rationem audire delectat, primo mense anni, qui etiam mensis novorum dictus est, Pascha facere jubemur: quia renovato ad amorem cælestium spiritu mentis nostræ, sacramenta Dominicæ resurrectionis, & ereptionis nostræ celebrare debemus. Tertiâ ejusdem mensis septimanâ facere præcipimur, quia ante legem, & sub lege, promissus tertio tempore seculi cum gratia venit in se, qui Paschæ nostrum immolaretur Christus: quia tertiâ post immolationem suæ passionis die resurgens à mortuis, hanc Dominicam vocari & in ea nos

annuatim

annuatim Paschalia ejusdem resurrectionis voluit festa celebrare. Quia nos quoque ità solùm veraciter ejus solennia celebramus, si per fidem, spem, & charitatem Pascha, id est, transitum de hoc mundo ad patrem, cum illo facere curamus. Post æquinoctium veris, plenilunium mensis præcipimur observare Paschalis: ut videlicet primò sol longiorem nocte faciat diem: deinde luna plenum suæ lucis orbem mundo præsentet: quia primò quidem sol justitiæ, in cujus pennis est sanitas, id est, Dominus Jesus, per resurrectionis suæ triumphum cunctas mortis tenebras superavit; ac sic ascendens in cælos, misso desuper spiritu, Ecclesiam suam, quæ sæpe lunæ vocabulo designatur, interna gratiæ luce replevit. Quem videlicet ordinem nostræ salutis, Propheta contemplatus aiebat: Elevatus est sol, & luna stetit in ordine suo. Qui ergo plenitudinem lunæ Paschalis ante æquinoctium provenire posse contenderit, talis in mysteriorum celebratione maximorum à sanctarum quidem Scripturarum doctrina discordat; concordat autem eis qui sine præveniente* gratia Christi se salvari posse confidunt; Qui, & si vera lux, tenebras mundi, moriendo, ac resurgendo nunquam vicisset, perfectam se habere posse justitiam dogmatizare præsumunt. Itaque post æquinoctialem solis exortum; post plenilunium primi mensis, hunc ex ordine subsequens; id est, post completam diem ejusdem mensis quartamdecimam; quæ cuncta ex lege observanda accepimus, expectamus adhuc, monente Evangelio, in ipsa hebdomada tertia tempus diei Dominicæ; & sic demum votiva Paschæ nostri festa celebramus. Ut indicemus nos, non cum antiquis excussum Ægyptiacæ servitutis jugum venerari, sed redemptionem totius mundi, quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in Christi autem resurrectione completa est, devotâ fide ac dilectione colere, ut de resurrectionis etiam nostræ, quam eadem die Dominicâ futuram credimus, spe nos certissimâ gaudere signemus. Hic autem, quem vobis sequendum monstramus, computus Paschæ* decennovennali circulo continetur, qui dudum quidem, hoc est, ipsis Apostolorum temporibus jam servari in Ecclesia cæpit; maximè Romæ & Ægypti, ut suprà jam diximus. Sed per industriam Eusebii, (qui a beato martyre Pamphilo cognomen habet) distinctiùs in ordinem compositus est, ut (quòd eatenus per Alexandriæ pontificem singulis annis per omnes Ecclesias mandari consueverat,) jam deinde congestâ in ordinem serie lunæ quartædecimæ, facilimè posset ab omnibus sciri. Cujus computum Paschalis, Theophilus Alexandriæ præsul in centum annorum tempus, Theodosio imperatori composuit. Item successor ejus Cyrillus seriem nonaginta & quinque annorum in quinque decennovenalibus circulis comprehendit. Post quem Dionysius exiguus totidem alios ex ordine, pari schemate subnexuit: qui ad nostra usque tempora pertingebant; Quibus termino appropinquantibus, tanta hodie calculatorum exuberat copia, ut etiam in nostris per Britanniam Ecclesiis, plures sint, qui, mandatis memoriæ veteribus illis Ægyptiorum argumentis, facilimè possint in quotlibet spatia, temporum Paschalis protendere circulos; etiam si ad quingentos usque & triginta duos voluerint annos. Quibus expletis, omnia quæ ad solis & lunæ, mensis, septimanæ, consequentiam spectant, eodem quo priùs, ordine recurrunt. Ideo autem circulos eosdem temporum instantium vobis mittere supersedimus, quia de ratione tantum temporis Paschalis instrui quærentes, ipsos vobis circulos Paschæ Catholicos abundare probastis. Verùm his de Pascha succinctè, ut petistis, strictimque commemoratis; tonsuram quoque (de qua pariter vobis literas fieri voluistis) hortor ut Ecclesiasticam & Christianæ Fidei congruam habere curetis. Et quidem scimus, quia neque Apostoli omnes uno eodémque sunt modo attonsi, *neque nunc Ecclesia Catholica, (sicut unâ fide, spe, & charitate in Deum consentit, ità etiam) una atque indissimili totum per orbem tonsura sibi formâ congruit. Denique ut superiora, id est, Patriarcharum tempora respiciamus, Job exemplar patientiæ, dum ingruente tribulationum articulo caput totondit; probavit utique, quia tempore felicitatis capillos nutrire consueverat. At Joseph & ipse castitatis, humilitatis, pietatis, caterarúmque virtutum executor ac doctor eximius, cum servitio absolvendus, attonsus esse legitur: patet profectò quia tempore servitutis, intonsis in carcere crinibus manere solebat. Ecce uterque vir Dei diversum ab altero vultus habitum foris præmonstrabat; quorum tamen intus conscientia in parili virtutum sibi gratia concordabat. Verùm si profiteri nobis liberum est, quia tonsuræ* discrimen non noceat quibus pura in Deum fides & charitas in proximum sincera est; maximè cùm nunquam patribus Catholicis sicut de

* Nota.

* decennovali W.

* Nota.

* Nota.

Paschæ vel fidei diversitate conflictus, ità etiam de tonsuræ differentia legatur aliqua fuisse controversia. Inter omnes tamen, quas vel in Ecclesia, vel in universo hominum genere reperimus tonsuras, nullâ magis sequendam nobis amplectendámque jure dixerim eâ, quam in capite suo gestabat ille, cui se confitenti Dominus ait: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam; & tibi dabo claves regni cœlorum. Nullam magis abominandam detestandámque meritò cunctis fidelibus crediderim eâ quam habebat ille, cui gratiam sancti Spiritûs comparare volenti dicit idem Petrus, Pecunia tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri. Non est tibi pars neque sors in sermone hoc. Neq; * verò ob id tantùm in coronam attondimur, quia Petrus ità attonsus est: sed quia Petrus in memoriam dominicæ passionis ità attonsus est, idcirco & nos, qui per eandem passionem salvari desideramus, ipsius passionis signum cum illo in vertice, summa videlicet corporis nostri parte, gestamus. Sicut enim omnis Ecclesia, quia per * mortem sui vivificatoris Ecclesia facta est, signum sanctæ crucis ejus in fronte portare consuevit, ut crebro vexilli hujus munimine à malignorum spirituum defendatur incursibus, crebra hujus admonitione doceatur, se quoque carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigere debere; ità etiam oportet eos, qui vel Monachi votum, vel gradum clericatûs habentes, arctioribus se necesse habent pro Domino continentiæ frænis astringere. Formam quoque coronæ, quam ipse in passione sua spineam portavit in capite, ut spinas ac tribulos peccatorum nostrorum portaret; id est, exportaret & auferret à nobis, suo quemque in capite per tonsuram præferre: Ut se etiam irrisiones & opprobria pro illo libenter ac prompto animo sufferre, ipso etiam frontispicio doceant. Ut coronam vitæ æternæ, quam repromisit Deus diligentibus se, se semper expectare próque hujus perceptione & adversa se mundi, & prospera contemnere designent. Cæterùm tonsuram eam quam Magum ferunt habuisse Simonem, quis rogo fidelium non statim cum ipsa magia primò detestetur & meritò exufflet? Quæ aspectu in frontis quidem superficie, coronæ videtur speciem præferre; sed ubi ad cervicem considerando perveneris, decurtatam eam quam te videre putabas, invenies coronam. Ut meritò talem simoniacis & non Christianis habitum convenire cognoscas, qui in præsenti quidem vitâ à deceptis hominibus putabantur digni perpetuæ gloriâ coronæ; sed in ea quæ hanc sequitur vitam non solùm omni spe coronæ privati, sed æternâ insuper sunt pœnâ damnati. Neque verò me hæc ità prosecutum æstimes, quasi eos qui hanc tonsuram habent condemnandos judicem, si * fide & operibus unitati Catholicæ faverint; imò confidenter profiteor plurimos ex eis sanctos ac Deo dignos exstitisse. Ex quibus est Adamnanus Abbas & sacerdos Columbiensium egregius; qui cùm legatus suæ gentis ad Aldfridum regem missus, nostrum quoque monasterium videre voluisset, mirámque in moribus ac verbis prudentiam, humilitatem, religionem ostenderet, dixi illi inter alia colloquens: Obsecro, sancte frater, qui ad coronam te vitæ, quæ terminum nescit tendere credis, quid contrario tuæ fidei habitu terminatam in capite coronæ imaginem portas? Et si beati Petri consortium quæris, cur ejus quem ille anathematizavit tonsuræ imaginem imitaris? & non potiùs ejus, cum quo in æternum beatus vivere cupis, etiam nunc habitum te, quantùm potes, diligere monstras? Respondit ille: Scias pro certo, frater mi dilecte, quia & si Simonis tonsuram ex consuetudine patriæ habeam, simoniacam tamen perfidiam totâ mente detestor ac respuo: beatissimi autem Apostolorum principis, quantùm mea parvitas sufficit, vestigia sequi desidero. At egò: Credo, inquam, verè quòd ità sit; sed tamen indicio sit, quòd ea quæ Apostoli sunt Petri, in abdito cordis amplectimini; si quæ ejus esse nostis, etiam in facie tenetis. Namque prudentiam tuam facilimè dijudicare reor, quod aptiùs multò sit ejus, quem toto corde abominaris, cujusque horrendam faciem videre refugis, habitum vultûs à tuo vultu Deo jam dicato, separare: & è contrà ejus, quem apud Deum habere patronum quæris, sicut facta vel monita cupis sequi, sic etiam morem habitus te imitari condecet: Hæc tunc Adamnano dixi: qui quidem quantùm conspectis Ecclesiarum nostrarum statutis profecisset, probavit; cùm reversus ad Scotiam multas postea gentis ejusdem turbas ad Catholicam temporis Paschalis observantiam suâ prædicatione correxit. Tametsi eos qui in Hii insula morabantur monachos, quibusque speciali rectoris jure præerat, necdum ad viam statuti melioris reducere valebat. Tonsuram quoque, si tantum sibi autoritatis sub-

* Nota.

* Non per S. Petrum, &c.

* Nota.

subesset, emendare meminisset. Sed & tuam nunc prudentiam Rex admoneo, ut ea quæ unitati Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ concinunt, unà cùm gente, cui te Rex regum & Dominus dominorum præfecit, in omnibus servare contendas. Sic enim fit ut post acceptam temporalis regni potentiam ipse beatissimus Apostolorum princeps cælestis quoque regni, tibi, tuisque, cum cæteris electis, libens pandat introitum. Gratia te Regis æterni longiori tempore regnantem, ad nostram omnium pacem custodiat incolumem, dilectissime in Christo fili.

Hæc epistola cum præsente rege Naitano multísq; viris doctioribus esset lecta, ac diligenter ab his qui intelligere poterant in linguam ejus propriam interpretata, multùm de ejus exhortatione gavisus esse perhibetur, ità ut surgens de medio optimatum suorum consessu, genua flecteret in terram, Deo gratias agens, quòd tale munusculum de terra Anglorum mereretur accipere. Et quidem & antea novi, inquit, quia hæc erat vera Paschæ celebratio, sed in tantùm modò rationem hujus temporis observandi cognosco, ut parùm mihi omnino videar de his antea intellexisse. Unde palam profiteor, vobísque qui assidetis præsentibus protestor, quia hoc observare tempus Paschę cum universa mea gente perpetuò volo, & hanc accipere debere tonsuram, quam plenam esse rationis audivimus, omnes qui in meo regno sunt clericos decerno. Nec mora, quæ dixerat, regiâ autoritate perfecit. Statim namque jussu publico mittebantur ad transcribendum, discendum, observandum per universas Pictorum provincias circuli Paschæ decennovenales, obliteratis per omnia erroneis octoginta & quatuor annorum circulis. Attondebantur omnes in coronam; ministri altaris ac monachi. Et quasi novo se discipulatui beatissimi Apostolorum principis Petri subditam, ejúsq; tutandam patrocinio, gens correcta gaudebat.

Mid dy þ gerþriþ da þæ þnæ-
ded beforan dam cyninge ⁊ mo-
*feo- nigum gelæredum *ferum. ⁊ him
fodum. geornlice þæ þehte on hiþ agen
C. gereorde fram dam de hiz on-
gitan mihton; Ir þ ræd þ he
þæne be hiþ trymnerre ⁊ lare
rryþe gereonde. ⁊ þæne apirende
of hiþ rætle of middum hiþ eal-
dorþmannum. ⁊ hiþ pitum. ⁊ hiþ
cneop bigde on eorþan ⁊ Gode
þancunge dyde. þ he geeaþnode
rrylce gife onron of Angol de-
ode ⁊ dur cþ. Cuþlice ic þ æþ
piþte ⁊ ongeat. þ diþ þæt þihz
feorþung rorþa Sarcþana. ac rra
rryþe ic nu þ þihz ongite dir-
re tide to healdanne. þ me iþ
eallinga lytel ⁊ medmicel gefe-
pen þ ic æþ dyrrum cuþe. ⁊ on-
geat forþon ic donne nu open-
lice andette ⁊ cyþe. he hef ⁊ge-
ande rittaþ. þ ic dar tide Sa-
rcþana ecelice healdan pille. mid
ealne minne deode. de ic nu þih-
te ongite ⁊ oncnape. ⁊ ealle
þeoftaþ ⁊ Godef deopaþ da þe
on minum þice rýndon. da rcea-
re onron rculon. de þe gehýraþ
*þih- rulle beon ealne *þihtpiþnerre.
nerre.B ⁊ he þa butan ýldinge mid hiþ
& C. cynelicne ealdorlicnerre gefre-
mede þ he cþ. ⁊ rona rende ge-
ond eall hiþ þice. ⁊ het þnitan ⁊ leornian. ⁊ healdan durh
ealle Peohta mægþe. da nigontýnlican hpingaf þihtna Sa-
rcþana. ⁊ het forndilgian durh ealle da geodolan hpingaf
feofef ⁊ hund eahtatigef geapa; Da pæron rcolene ealle
*beg.C. munecaf ⁊ racerdaf. on þone *beh Sce'. Petref rceare. ⁊ hi
beah.B. rpa rpa nipe discipul hada þæf eadegeftan ealdref þapa Apo-
rtola Sce'. Petref, undeþheodde beon. ⁊ mid hiþ mundbýrde
gercýde. ⁊ eall reo þeod genihz gefeah ⁊ bliþrade;

NOTÆ.

a CHRISTUS-- Diem nobis Dominicam, quæ apud antiquos una vel prima Sabbati sive Sabbatorum vocatur, gaudio suæ resurrectionis fecit esse solennem.

CHRISTUS fecit, *inquit*; *ergò divinæ sit institutionis Diei Dominicæ Sabbatismus.* Gaudio suæ resurrectionis; *quod vide pag.* 243. *l.* 47. *Diem hinc Dominicum* (*licèt non dicatur vulgò Sabbatum, apud Orientales inprimis, ubi Sabbatum mortales omnes, ut antiqui Patres in scriptis suis, diem Saturni intelligunt*) * CHRISTIANORUM Sabbatum *majores nostri rectissimè nuncuparunt.* Una vel prima Sabbati. *Sax.* * *interpr. ut Matth.* 28. 1. *nomen* Sabbati *Dominicæ diei, primus invexit. Primo, inquit, Sabbato, scil. die Dominico, qui jam primò Christianorum Sabbatum esse incipit: hinc post diem resurrectionis* (*quod notandum,*) *majores nostri tollunt nomen Sabbati ab umbratili Judæorum Sabbato, ut vero Sabbato Christianorum tribuant: ut Mar.* 16. 1, 2. *cùm autem* (*inquit Sax. interpr.*) *dies Saturni abiret, non ait Sabbatum,*-- valde diluculò primo Sabbato, *scil. die Solis, primo Christianorum* Sabbato; *& vers.* 9. *Sax.* Tunc surrexit manè diluculò in sabbato: *sc. die Dominico, abolito jam veteri Judæorum; novo Christianorum Sabbato surrexit. Et Luc.* 23. 54. *pro* Sabbatum succedebat; *sic vertit Sax.* Saturni dies illuxit: *& ver.* 56. *pro* Sabbato quieverunt, *vertit Sax.* die Saturni quieverunt: *Quare? ut versu sequenti, scil. cap.* 24. 1. *nomen Sabbati non amplius diei* Saturni, *sed* diei Dominicæ *accommodent; ergò pro* una *vel* prima Sabbati-- venerunt, *Sax. vertit,* primo Sabbato--- *scil. die* Solis, *hoc est,* die Dominico venerunt. *Vide porrò Sax. interpr. Joh.* 20. 1. *Hinc & dominicum diem autoritate divinâ, & vi præcepti quarti de sanctificando* Sabbato *munitum, ad nos transmiserunt majores nostri: quod vide pag.* 243. *l.* 41. *è commentario Sax. in Decalogum. Et per locutionem* Godes æ. *Dei Legem. ibidem lin.* 41. *Christianorum Sabbatum, contra omnem impetum propugnant.*

* *p.* 243. *l.* 4. * *licèt idiomatum Scripturæ veterum nescius.*

Sed & veteres huic diei illatæ injuriæ, visionum haud paucarum, pro ratione infantis Ecclesiæ, occasionem dederunt. Mitto istam * *Eustachii Abbatis de Flay, prohibentem nè quis forum rerum venalium, diebus Dominicis exerceret; aliásque; sed in lucem profero, quæ lucem adhuc desiderant, monumenta: ostendunt ubique tales angustiæ ecclesiæ, ad visiones recurrere in honorem, & dominicæ resurrectionis defensionem adactæ, hujus fidei, de vero Sabbato Christianorum celebrando, per quàm tenacissimam fuisse.*

* *Hoveden. circa ann.* 111 *pag.* 820.

Vide Hom. Sax. Coll. Ben. num. 7. *pag.* 38. *l.* 3. *sub Rubrica,* Sunnan dæg ȝpell. De Die solis Sermo. *E cujusdam diaconi Niel visione, paucula hæc excerpta, sic Latinè do.*

Hêc in hujus Domini [Jesu] *Epistola memoratur, quòd ignis quidam hac ætate in filios hominum, descenderit, primúmque in Scetiam delapsus fuerit: ibique luxuriosos omnes combusserit; qui nunc Deum, die solis, & usq; ad diei Saturni horam tertiam* [*pomeridianam*] *laborando irritaverint: tum porrò in Wallo-Britannos grassabatur; idémque ibi efficit: postea in gentem Anglicanam progreditur: ibique idem, quod apud utrasque gentes alteras, effecit: tunc australem versùs transfretavit per terram* [*pergens*] *conterminam: atque ibi genus mortale, sicut hîc antè, combusserit. Et pag.* 44. *lin.* 14.

Hep ræȝþ on þyſeſ Dryhtneſ æpend ȝeppite þ ſyn cymþ ſum diſſa hæþræſta oſep manna beapn. and hit ȝeſealþ æneſt on Sceottaland ȝ hit þæp ſoþbæpnþ ealle ða ſynenſullan ða ðe God ȝnemiaþ mid ſunnan dæȝeſ peoſcum ȝ ræteþneſ dæȝeſ oſep non; And hit ðonne pæþð on Bpyttpealaſ. ȝ ȝeðeþ ðæp þ ilce. ȝ þonne hit pæþþ on Angel cyn. ȝ ȝeðeþ ðæp þ ilce þe hit ðyde þam oþpum ðeoðum tpam; Ðonne hit pæþþ ſuþ oſep ſæ ȝeond þ þeodland ȝ hit þæp ſoþbæpnþ þ man cyn ſpa hit hep æp ðyde;

Foþþan

Ad alia transeamus. Pag. 3. lin. 49. *Ex patribus familiâs*: imò *ex eucharistiæ perceptoribus*: nam testis ad purgandum socium idoneus sit aþ þẏꝛþ, pag.9.3. juramento, hoc est, fide dignus. Et hujusmodi sit qui percipit Eucharistiam. Tales autem juratores, à juratoribus non selectis (pag.6.lin.48.) opponuntur: nam huꝛelȝenȝum hîc proximè non ab huꝛ *domo*, *familiâ*ve dicitur, sed ab huꝛle *eucharistia*, & ȝan *adire*: occurrit ipse τρόπος ἐτυμολογικὸς, etymologiam vocis enucleans. Serm. Cath. Biblioth. Publ. pag. 360. lin. 14. ꝛo huꝛle ȝan, adire Eucharistiam. In margine ergò animadversio illa, pag. 3. huꝛelȝenȝum, *sonare catechumenos*, verum ut dicam quod sentiam, recognoscenda est. Nam catechumenos à perceptoribus Eucharistiæ semper distingui, nemo est qui non agnoscit.

Nec in legibus in alienum Sermonem vertendis vel minima variandi licentia sumenda est. Nam in his aliter, si hîc esset, dixisset ipse Horatius, quàm

Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres:

Singuli ergò apices exprimantur; quorum de vi impetúque jurisperiti, si quando opus sit, disquirant. Vide ergò pag. 62. lin. 4. *Frequenti Senatu*, sed mıꝺ est *cum Senatu* potiùs; atq; hoc paulò diversum: & MS. Corp. Christi, in has ipsas Leges in hunc locum sic; *Hoc est institutum quod Edgarus consilio sapientum suorum instituit*. Ad verba Sax. verò sic; Cum Senatorum (sive sapientum) suorum consilio decreverat. Mitto cætera.

Pag. 22. lin. 25. pro, *quoniam temeritatis videatur quenquam*-- dicendum ut Sax. *quoniam ego non ausus sum tentare*, (vel ut Sax. periculo exponere) *de meis aliquot multa scriptis mandare*---.

Et pag. 36. l. 3. *Ex sapientum Anglorum*--- sic ad verbum, Et omnes gentis Anglicanæ sapientes--Þıꝛan, τοὺς σοφοὺς, Sophos & Senatores exprimit. Lingua ergò Saxonica aut discenda est, aut in vertendo ipsa rusticitas elegantiis anteponenda; vel mentem quidem veterum legislatorum rimare, & perfectè assequi operosum erit.

Pag. 101. lin. 42. *Arationis eleemosynam*---. Wigorniensis in annum 1031. *eleemosynæ pro aratris*: atque Deo quidem pro aratione, & semente solvendæ: ſElmeꝛꝛan sic à majoribus nostris usurpari, ostendunt istæ eleemosynæ profano cuivis numini tributæ. MS. Sax. Coll. Corp. Christi num. 7. p. 145. Gehaꝛaþ hı ælmeꝛꝛan ðuꝛh ꝺeoꝼleꝛ laꝛe. oþþon ꝛo þẏlle. oþþon ꝛo ꝛꝛane. oþþon elleꝛ ꝛo ꝛumum unalẏꝼeꝺum þıngum. Illi eleemosynas, per in-

ſtinctum diaboli ſive *fonti*, ſive *lapidi*, ſive aliàs rebus aliis inanimatis vovent: hoc eſt, juſta *numini ex juſtitia* debita, ut putabant illi: at in ſacris *Deo vero*. Hinc & חסד & צדק *cheſedh* & *tſedek*, Matth. 6. 1, 2, 3. ἐλεημοσύνη & δικαιοσύνη. MS. Sax. Corp. Chriſti num. 7. pag. 238. ælmeſſan ⁊ þa ȝeſihtu. ἐλεημοσύναι & δικαιοσύναι, ſive δίκαια, *juſta*. Et hîc pag. 140. lin. 11. denarius hic Regis *eleemoſyna* eſt; *juſtitia* verò faciat denarium reddere: quod *Jnas & Offa Reges Sax. in fidem *Petri*, hoc eſt, cultum Chriſti θεανθρώπου, (non imaginum) Romæ alendam DEO * impendebant. Sed (quod inprimis notandum) *Si quiſpiam* (inquit *Lex) *detinuerit* [*denarium*,] *ad juſtitiam Regis* CLAMOR *deferatur*: nam * *clamare* apud forenſes noſtros eſt rem *Domino* poſtulare. ſed Cl. Lambardus pag. 102. lin. 9. vertit, *numus Romæ debitus*: qui ſoli Domino Regi ad fidem Petri ſive Romæ, ſive alibi DEBETUR promovendam. Vox *debitus* τῷ Romeſeoh deeſt.

* *Vide D. H. Spelm. Concil. pag. 130 & 310*
* *Vide Hoveden Annal. pag. 601 & hic pag. 138.*
* *Pag. 140. lin 10.*
* *Gloſſar. D. Spelm. in clamare.*

Quin ſi à Rege *debitæ* eleemoſynæ ſunt; tum *Deo* (ut ibidem Wigornienſis) in feſtivitate Sancti Martini ſint ſolutæ, unâ cum primitiis ſeminum, quæ Anglicè cıſceſceat nominantur. Multùm me movet *Wigornienſis* autoritas, qui ante cl. Lambardum nomen *primitiæ ſeminum* τῷ cıſceſceat impoſuit. Sed dico plurimùm movere me ſuavem hîc trium vocum concentum: vide hîc pag. 102. cẏſıcſceat, lin. 14. portio Eccleſiæ: leohtȝeſceot, lin. 30. lucernarum portio: ſaflſceat, lin. 37. animæ portio: quam lin. 46. cl. Lambardus pecuniam ſepulchralem nuncupat: ſed aut *lucernis* aut *animæ ſemina* tribuere planè inconcinnum videtur. Vide cẏſıcſceat.

Pag. 106. lin. 27. *Tetros inferorum cruciatus horreant*. Sax. Propter infernum exhorreſcant. Nota, quod Reſpublica in legibus ſuis Saxonica ſolis innixa Scripturis, incendium Inferni paſsim urgeat; nunquam autem Purgatorii. Vide, obſecro, *Purgatorium* in indice hiſt. Bedæ modò editi: nam ſimulac miracula de purgatorio in vulgus decipi cupiens ſpargebantur, iſthæc adeò gentem noſtram infatuarunt, ut dehinc prædicatores è roſtris aut talia venditent, aut nauci habeantur. Nervoſiores verò *Monaſteriorum* Eccleſiaſtæ (ſiquando in conciones ſuas ad *Monachos* ſolos, aut clerum incidere poſsimus) doctos ſuos moderatiùs inſtituebant.

MS. Hom. Sax. Col. Trin. in 8°. cujus initio habes verſiculos W. L. manu recenti exaratos, Elegantiſsimi (opinor) harum Legum interpretis, Wilhelmi, ſive Gulielmi Lambardi; ſuperna gaudia æternáſque pœnas paſsim urget: ignem quendam purgantem, ſed ab hodierno purgatorio diverſum, ſemel commemorat.

Pag. 103. de S. MARIA MAGDALENA. Ða ıheſde hıe ſeȝȝen þ uſe Oſıhte on hıſ laſſpelle ſede þ alle men ſholden deaþ þolıen. ⁊ ın domeſ dai eft aſıſen of deaðe. ⁊ ðo þe hadden heſe ſınneſ foſleten. ⁊ bet. oðeſ ðaſ on bıuonȝe aſe hıe heſe lıf foſleten. hıe ſholden faſen to heuene. ⁊ mıd uſe Oſıhten eche lıf habben ⁊ blıſſe. ⁊ ðo ſpo ne duden hıe ſholden þolıen mıd deſleu eche pıne on helle. hoc eſt, Audi-

vit

vit tunc quidem (MARIA MAGDALENA) quod Dominus noster in Evangelio suo dixerit; omnes homines mortē passuros, & die judicii de morte resurrecturos, quíq; sua reliquissent peccata, & resipuissent, & emendassent, vel hoc, PRIUSQUAM VITAM DESERUISSENT SUAM facere cœpissent, * cœlum adituros; cúmq; Domino nostro vitam æternam, & gaudium habituros: quíque ità non fecissent, pœnam æternam cum diabolis in inferno passuros. Quibuscum confer pag. 122. lin. 1. Hom. DE DEFUNCTIS. Ðan ure Drihten cumeþ to demen alle menkenne. noþer on heuene ne on eorþe ac bitþien tþo. on ðe þolcne. Fur comeð beforen him alse ðe Prop'he seide. Ignis ante ipsum præcedet. et inflammabit in circuitu inimicos eius. Fur bernеð þe eorþe ⁊ all þ beð ðar inne. oðer þar uppe ⁊ clensed alle bileffulle men of alle ðe sinnes ðe hi hadden forleten. oðer bet. oðer begunnen to beten. ⁊ makeþ hem seuenfealde brihten þane ðe sunne. hoc est, Dominus tunc noster veniet ad totum humanum genus [a] judicandum; verùm nec in cœlo, nec in terra, sed inter utrumque in [b] firmamento, sicut Propheta dixit; Ignis ante ipsum præcedet, & inflammbait in circuitu inimicos ejus. Ignis terram comburet, & qui in illa vel supra illam sunt, universos: [c] OMNESQ; FIDELES [d] [e] PURGABIT ab omnibus † peccatis quæ deseruerant, vel emendaverant, vel cœperant emendare; & *sole*, *septuplo* reddet clariores.

Verùm hîc abrupto jam repentè filo, morem gerere dignabor viro humanissimo, *Cornelio Bee*, Bibliopolæ Londinensi; cujus impensis hæc quæ sequuntur monumenta, in lucem prodeunt. Lucubrationibus autem cl. Lambardi verè comptis & politis; atq; meo tibi gratulandi honestissimo desiderio, ut tute modò faveas, humilimè obtestor. Nec (si quid otii nactus fuero ab Arabica prælectione, quam in Academia florentissima munificentissimus Mecœnas meus alit, D. Thomas Adams Senator Londini prudentissimus;) tibi, mecum pro fide, & pace Catholicâ, ex majorum monumentis concertanti, unquam deero.

Et si quid tecum dissentiat priscæ veritatis indagator; dum Apostolicas voces, dúmq; rejectis fabulis, veteris Ecclesię commentationes; Reíq; publicæ (cujus, post Deum, sumus) consectetur vestigia; impunitatem meretur. Verùm, si humana nos destituerit notitia; *Hæc est vita æterna, ut cognoscamus Patrem solum Deum verum, & quem misit ille Jesum Christum*; illum (inquam) solum *literarum*, & fidei intemeratæ vindicem; atq; amicorum insuper haud paucorum studiis Saxonicis & Lambardianis autorem.

Quî possum hîc tacere hujus mihi provinciæ post Deum, autorem, D. Hen. Spelmannum; & D. Joh. Spelmannum illius filium æquè nobilem; utrosq; jam cœlis potitos. Illustrem D. Radulfum Whitfeild; D. Henrici generum amantissimum: Judicis Reverendissimi locum hîc in Comitatu Cantabrigiensi, aliísq; vicinis

* *Inter mortem & diem judicii non constituit purgatorium; sed purgando in diem judicii transfert.* Vide hîc lin. 9. & 17.

[a] *Sed hodiernum Purgatorium mortem statim sequitur.*

[b] *Sed hodiernum purgatorium in inferno.*

[c] *Sed hodiernum purgatorium non omnes fideles purgat.*

[d] *Non torquebat ut hodiernum purgatorium.* (*Vide obsecro annot. in Bedæ hist. pag. 185. lin. 28. 36. & Rev. 14. 13.*

† *Humanitus dictum: nam vide 1. Joh. 1. 7. Heb. 1. 3. δι' ἑαυτοῦ ... Heb. 9. 14.*)

[e] *Nam 1. Cor. 3. 13. aurum esse non stipulam, &c. probabit; δοκιμάσεω. — Vide etiam cl. Heinsium in locum.*

ſummâ cum gravitate, atq; autoritate agentem, fautorémq; meum ſanè maximum. D. Clementem Spelmannum D. Henrici filium natu ſecundum: virum juriſprudentiâ, & cæteris virtutum, & *nobilitatis* ornamentis conſpicuum. D. Rogerum Spelmannum, nobili quidem indole, atq; avitâ juvenem, D. Joh. Spelmanni filium primogenitum. Illos & votis, & literis, & ſumma animi contentione proſequi non deſiſtam; qui & mihi ſolatium, & ſtudiis meis Saxonicis hodie ex cenſu ſuo, ſubſidium adminiſtrant.

Lector ingenue valeto. Gloſſarium Saxonicum, hiſce literis promovendis apprimè neceſſarium, unà cum additamentis aliis, ſi pacem Deus atque otium conceſſerit, expectabis.

ABRAHAMUS WHELOCUS *Arab. Pr.*

& Bibliothecarius Publicus

CANTABRIGIÆ.

ORNATISSIMO VIRO
GVLIELMO CORDELLO,

Equiti aurato, & Sereniſsimæ Reginæ
Elizabetæ ab Archivis,

GVLIELMVS LAMBARDVS
S. D. P.

PRæclarè, meâ quidem ſententia, Heraclitus (vir præſtantiſsime) Leges civitatis murum, atque utì mœnia defendendas affirmavit. Quemadmodum enim hoſtes exteri atque longinqui, civitatem oppugnaturi, ſi ad muros aſsilierint atque occuparint, non levem incluſis minitantur mortis, & vaſtitatis metum: ad eundem modum cives improbi, hoſtium teterrimi, ſi leges impunè tranſilierint atque protriverint, maximam important Reipub. calamitatem. Atque, ut ipſa civitatum mœnia, quamdiu firma fixáque manſerint, nec ullo inimicorum impetu convulſa, ſed diligenti eorum qui ſunt in ſpeculis obſervatione cuſtodita, magnum faceſſunt hoſtibus negotium, certámq; civibus ſalutem pollicentur: ità etiam leges, quamdiu aſsidua fuerint magiſtratuum vigilia conſervatæ, ſummáq; eorum adminiſtratæ diligentiâ, nec ullis unquam improborum obtritæ conatibus, magnis, meritíſq; afficiunt malos ſuppliciis, bonos tuentur, eísq; muri, & tranquillitatis propugnacula exiſtunt. Cùm igitur conſtet ad ſalutem populorum, regnorum incolumitatem, vitámque omnium quietam & beatam conditas eſſe leges, omnéſq; (quantum viribus enìti, & conſilio providere poſsint) has defendere, augere, ac locupletare deceat, non potui aut adeò in Patriam ingratus, in antiquitatem inofficioſus, aut mei ordinis tam eſſe immemor, quin rudera, ſaxáq; hæc vetuſtiſsima, à ſitu, ſqualore, & tenebris liberata, quorúmque alia ad mœniorum robur, ad ornatum alia, atq; ad utilitatem faciant omnia, in lucem proferrem, detergerem, palámq; omnibus viſenda collocarem. Id autem (vir ornatiſsime) quale ſit planius ut intelligatur, tibi rationem incœpti mei breviter aperiendam putavi. Obtu-

lit

lit mihi superiori anno Laurentius Noelus, diligentissimus investigator antiquitatis, mihiq; multa & jucunda consuetudine conjunctus, ac qui me (quicunq; in hoc genere sim) efficit, priscas Anglorum leges, antiquissima Saxonum lingua, & literis conscriptas, atque à me (quoniam ei tum erat trans mare eundum) ut Latinas facerem, ac pervulgarem vehementer flagitavit. Hujus ego postulationi æquæ & honestæ, cum prorsus refragari religio fuerat, non tamen protinus concessi, verum ubi & ipse sæpius avidissime lectitassem, & amicorum nonnullos (quorum ego tanti facio judicium, ut facilè eorum credo sententiam me ab omnibus Criticorum calumniis vindicaturam) ea de re consuluissem, hanc tandem suscepi provinciam, atque ut illi obsequendo, reipub. inservirem, ut potui difficultatem superavi. In qua, ut de re etiam ipsa nonnihil dicam, si cuiquam videbor haud rectam locorum omnium eruisse sententiam, ad arctam interpretis legem non formasse sermonem, tenui usus orationis filo, nullo verborum apparatu, nullis deniq; rem copiis instruxisse: Huic ego responsum cupio, primo, dedisse me quidem operam, ut fidelis, perspicua, & (quoad ejus facere potui) latina, nec horrida esset translatio nostra, fidelitatis autem & evidentiæ (in re præsertim obscura & ignota) quam maximè habuisse rationem: deinde non semper in eo ut verbum pro verbo redderem laborasse, sed germanum potiùs indagasse rei sensum, magisq; τὴν διάνοιαν, quàm τὸ ῥητὸν vestigiis consecutum: Doctis deniq; præbitam à me, non præreptam, demonstratam, non demptam convertendi materiam, méq; benignè concessurum, ut quæ per me salvæ sunt veteres sacratæq; leges, per alios sint ornatæ. Atq; ut ingenuè id quod res est de me fatear, non potui certè pro sua dignitate hanc Spartam exornare, neq; adeò me satis idoneum profiteor regiæ voluntatis interpretem: Tamen nè aut hæc Saxonicè scripta venerandæ vetustatis monumenta, diutius cùm tineis blattisq; conflictarentur, aut Latina, ità quidem prout hactenus infantia, ut vix tria verba sine turpissimo sermonis & sententiæ vitio deprehendas circumherentur, mihi propemodum necessariũ putavi hoc onus laboris suscipere, et quantum interpretando possim experiri. Jam vero nè quis domi nostræ has natas esse leges arbitretur, planè suscipio atq; profiteor, magna fide & religione ex vetustissimis (ut quæ ante quingentos annos, uti conjectura autumo, Saxonicis depicta sunt literis) exemplaribus fuisse desumptas, quorum pleraq; in R. in Christo Patris, atq; optimè de Antiquitate meriti, D. Matthæi Cantuarien. Archiepiscopi

Bibli-

Bibliotheca, alia aliorum in librariis visenda supersunt. Cæterum, ut finem aliquem orationi nostræ faciamus, cùm duo sint hâc nostrâ tempestate hominum genera, qui summâ inter se contentione digladiantur, vetusti nimirum erroris patroni, & renovatæ religionis vindices, quorúmque alii propter nonnulla quæ haud probanda videntur, avidè has nostras leges quasi diuturnam sitim explere cupientes arripient, alii tanquam fæculentas aspernabuntur, ac respuent, alterutros ego paucis admonitos velim; Hos quidem, nè vinum quòd fæx subsit rejiciant, illos verò de fæce nè hauriant. Habes nunc igitur, & instituti mei rationem, & laboris consilium, in quibus ut pios & candidos Lectores omnes æquiores me judices habiturum confido, quod doctis hanc conversionem qua se exerceant, indoctis qua se juvent, utrisque autem qua se delectent exhibeo, ostendo omnibus, obtrudo autem nemini: ità difficiles & morosos illos, quibus nec Jupiter ipse, serenus, aut pluvius, ut est in proverbio, placere poterit, nec fauturos sperabo, neq; invidentes metuam. Tibi verò (vir præstantissime) cui & plurimum debeo, & qui hoc munere quam dignissimus esse videre, meos in hoc campo susceptos labores dicandos arbitror: Primum, quia in juris & legum interpretatione florentissimus & es, & haberis: Deinde ut singularis meæ erga te benevolentiæ perpetui sint testes. Postremò, quò tu qui Serenissimæ Reginæ Elizabetæ Tabulario præsis, veteres has clarissimorum Regum tabulas tuo felicissimo sapientissimóque patrocinio tuearis. Accipe igitur benignâ manu hoc munus literarium, quo edendo si benè navatam operam meam, si tibi conatum meum probari intellexero, non modo ad pervulgandas Latinas Henrici primi regis institutiones animos mihi addideris, verum etiam ad recondita Saxonicarum legum Aluredi, Ethelredi, aliorúmque regum fragmenta investiganda studium incenderis. Atq; ità tandem fieri poterit aliquando, ut ductu auspicióque tuo, Anglicarum Legum memoria (quæres una ad summam earum existimationem desideranda videtur) ab Ethelberto rege, qui primus Anglorum sacro tinctus est baptismate, ad hoc nostrum tempus ætatis amplissimis literarum monimentis erit consignata. Vale.

Ex Hospitio nostro LINCOLNIENSI, *Mense Septembr.* 1568.

Tui studiosissimus,

GUIL. LAMBARDUS.

In hoc opere continentur,

		Pag.
Leges	*Inæ*, Occiduorum Saxonum Regis.	1.
	Aluredi, totius Angliæ Regis.	15
Fœdus	*Aluredi* & *Guthruni*, Regum.	36
Leges	*Edovardi* Regis Angliæ.	38
Fœdus	*Edovardi* & *Guthruni*, Regum.	41
Leges	*Ethelstani*, Angliæ Regum.	45
	Edmundi, Angliæ Regum.	57
	Edgari, Angliæ Regum.	62
	Ethelredi, Angliæ Regum.	88
	(Senatus-consultum de Monticolis *Walliæ*.)	94
	Canuti, Regis Angliæ, Daciæ, & Norvegiæ.	97

Hæc quidem omnia Latinè reddidimus.

Accessere prætereà Latinè conscriptæ Leges, quas Regem *Edovardum* (Confessorem vocant) tulisse, & *Gulielmum* ejus nominis primum approbasse, Scriptores plerique omnes prædicant.

Quæ in hac nostra Editione accessere hæc sunt :

De virgine desponsanda, *sub fine Legum Regis* Edmundi. 60
Canones *Edgari, post finem Legum ejusdem Regis.* 65
Canones *Ælfrici* ad *Wulfinum Episcopum.* 127
Leges *Gulielmi primi Latino-Gallicæ.* 157
Leges *Henrici primi in Fisco Regis habitæ, & nunc primùm editæ.*
Glossarium *perantiquum ex Manuscripto Codice olim* S. Augustini *Dorobornienſis.*

Alphabetum Anglo-Saxonicum.

A a	N n	Æ æ
B b	O o	Ð Th } *Propriè reor pronunciandæ ut* Θ *in* Θεός, *&* th *in* thing *Anglicè.*
C c	P p	ð th }
D d	Q q	
E e	R ꞃ r	þ th } *tanquam* th *in* that *vel* this, *sed confunduntur hi characteres à scriptoribus.*
F ꝼ f	S ꞅ ſ	
G ꝺ g	T ꞇ t	
H h	V U u	ꝥ that.
I i	Ꝑ ꝑ w	⁊ and
K k	X x	. comma
L l	Y ẏ	⁊ periodus.
M m	Z z	

¶ Ines. æ; Leges Inæ Regis.

INAS regnare {cœpit, desiit,} Anno salutis humanæ {712. 727.}

IC Ine mid Godes gyfe ealdres-reaxna cyninge. mid gesæhte 7 mid lære Cenredes mines fæder. 7 Heddes mines biscepes. 7 Eorcenwoldes mines biscepes. 7 mid eallum minum ealdormannum. 7 þam yldestan witan minre þeode. 7 eac mycelre somnunge Godes þeowena. for ymeagende be dære hæle upplra sawla. 7 be dam stabole unes rices. þ rihte æf. 7 rihte cynedomas. þurh une folc gesæstenode. 7 getrymmed wæron. þ nænig ealdormanna. ne ur undergesæteodendra. æfter þæm wære ajendende wæs une domas;

Folio 1

EGo Inas Dei beneficio Occiduorum Saxonum Rex, suasu & instituto Cenredi patris mei, Heddæ & Erkenvaldi Episcoporum meorum, omnium senatorum meorum, & natu majorum sapientum populi mei, in magna servorum Dei frequentia religiosè studebam tum animorum nostrorum saluti, tum communi regni nostri conservationi, ut legitima nuptiarum fœdera, justáque judicia per omnem ditionem nostram fundata stabilitáque sint, atque ut nulli liceat in posterum Senatori, sive alteri cuivis in Ditione nostra degenti, hæc nostra antiquare judicia.

Be Godes þeowena þegole;

CAP. 1. Ærest we bebeodeþ. þ Godes deopas hiora rihte þegole gymin. 7 on rihte healdan; sæftest þam we beodæþ. þ ealles folces * æ. 7 domas jus rynd gehealdene;

*aliàs, æf. id est, nuptiarum fœdera.

De formula vivendi Ministrorũ Dei

INprimis præcipimus, Dei ut ministri constitutam vivendi formulam curent, & observent: deinde volumus, in omni populo nostro leges & judicia ità se habeant.

Be cildum;

2. Cild binnan þrittigum nihta ry gesulpad. gif hit rpa ne ry. xxx. scillinges gebete; Gif hit donne ry dead butan fullihte. gebete he hit mid eallum dam de he age;

De infantibus.

Infans intra 30. dies postquam in lucẽ prodierit baptizator. Id si non fiat, ter denis solidis culpa pensator. Sin priùs vitam cum morte commutarit quàm sacro tingatur baptismate, rebus suis omnib⁹ mulctator

Be sunnan dæges peopcum;

3. Gif þeop non ynce on sunnan dæg. be hit haforder hære. ry he sneo. 7 se hlafurd rylle xxx. scillinges. to bote; gif bonne se þeow butan hit gesitnysse ynce. dolige hit

De opere in die Dominico.

Servus si quid operis patrarit die Dominico ex præcepto domini sui, liber esto, dominus 30. solidos dependito. Verùm si id operis injussu Domini sui aggressus fuerit, verberibus cæditor, aut saltem vir-

2

hýde. oþþe hiſ hýdgýldeſ; Giſ ðonne ſe ſpigea þý dæge þýrce butan hiſ hlaſordeſ hæſe; ðoligе hiſ ſpeoteſ. oþþe ſixtig ſcillingeſ. ⁊ ꝑreoſt ſý tþýſcildig;

garum metum pretio redimito. Liber, ſi die hoc operetur injuſſu domini ſui, aut ſervituti addicitur, aut 60. ſolidos dependito. Sacerdos ſi in hanc partem deliquerit, pœna in duplum augetor.

Be cýrıc ſceatte;

4. Cýrıc ſceattaſ ſýn agiſene be Seint Martineſ mæſſan; Giſ hþa þ ne gelæſte ſý he ſcýldig ſeoþertig ſcill. ⁊ be tþelſ ſealdum agýſe ðone cýrıc ſceat;

De primitiis Seminum.

Primitiæ ſeminum ad celebre divi Martini feſtum redduntor, qui tum non ſolverit, 40. ſolidis mulctator, & ipſas præterea primitias duodecies perſolvito.

Be cýrıc ſocnum;

5. Giſ hþa ſý deaþeſ ſcýldig. ⁊ he cýrıcean geýrne. hæbbe hiſ ſeorh. ⁊ bete ſþa him rıht þiſige; Giſ hþa hiſ hýde ſorþýrce. ⁊ cýrıcean geýrne. ſý him ſeo ſþingle ſorgýſen;

De Immunitate fani.

Si quis rei capitalis reus ad templum confugerit, vita potitor, & ſecundùm jus fásque compenſato. Si quis verbera promeritus, fani ſuffugium implorarit, ei verbera remittuntor.

Be geſeohte;

6. Giſ hþa geſeohte on cýningeſ huſ. ſý he ſcýldig ealleſ hiſ ýrſeſ. ⁊ ſý on cýningeſ dome hþæþer he liſe age ðenage; Giſ hþa on mýnſter geſeohte. hund tþelſtig ſcill. gebete; Giſ hþa on ealdormanneſ huſ ſeohte. oþþe on oþreſ geþungeneſ þitan. ſixtig ſcill. gebete he. ⁊ oþer ſixtig ſcill. geſýlle to þite; Giſ he ðonne on geſolgýlden huſ. oþþe on gebureſ geſeohte. xxx. ſcill. to þite geſýlle. ⁊ ðæm gebure ſýx ſcill; And ðeah hit ſý on middan ſelda geſohten. hund tþelſtig ſcill. to þite ſý agýſen; Giſ ðonne on gebeorſcipe hi geciden. ⁊ oþer heora mid geþýlde hit ſorlere. geſýlle ſe oþer xxx. ſcillingeſ to þite;

De pugna.

Si quis in Regia pugnarit, rebus ſuis omnibus mulctator, & ſitne morte etiam plectendus regis arbitrium & jus eſto. Qui in Templo pugnaverit, 120. ſolidis noxiam ſarcito. Qui in domo Senatoris, aut alterius ſapientis honorati pugnam dederit, 60. ſolidis mulctator. Si quis in tecto villici cenſum pendentis annuum, aut coloni cujuſcunque pugnarit, 30. ſolidorum pœna eſto, & villico ſolidos ſenos numerato. Etſi quis vel in campo dimicarit patenti, 120. ſolidis mulctator. Si inter convivas rixatum fuerit, & eorum alii convicia patienter ſuſtinuerint, alii 30. ſolidis mulctantor.

Be ſtale;

7. Giſ hþa ſtalige ſþa hiſ þiſ nýte. ⁊ hiſ bearn. geſýlle ſýxtig ſcill. to þite; Giſ he ðonne ſtalige on geþitnýſſe ealleſ hiſ hýredeſ. gangen hi ealle on ðeoþet; Týnþintre cniht mæg beon ðeoſþe geþita;

Infans decem annorum furti reus cenſeatur.

De furto.

Si quis clam uxore & liberis quid clepſerit, 60. ſolidis mulctator. Sin ſuetur conſcia omni familia ſua, in ſervitutem dantor omnes. Puer decem annos natus, furto fuiſſe conſcius coarguatur.

Be rıhteſ bene;

8. Giſ hþa him rıhteſ bidde beſoran hþilcum ſcirmen. oþþe oþrum deman. ⁊ hebban ne mæg. ⁊ him þedd

De juris æqui poſtulatione.

Si jus æquum ſibi fieri petierit actor à Senatore, vel alio quovis judice, neque verò impetrarit, præterea & ſuus nihil quicquam pi-

mon

mon ſẏllan nẏlle. ȝebeꝛe xxx. ſcill. ⁊ binnan ſeoꝼon nihꝛe ȝeðô hine ꝛihꝛeſ ꝑẏꝛþe;

gnori opponere voluerit, judex ter denis mulctator ſolidis, & nihilominùs intra ſeptimanam jus ei legitimum tribuito.

Be ðam ꝑꝛæcenðan;

De vindicantibus.

9. Giꝼ hꝑa ꝑꝛæce ðo æꝛþon he him ꝛihꝛeſ biððe. ꝥ he him on nime aȝẏꝼe. ⁊ ꝼoꝛȝẏlð. ⁊ ȝebeꝛe xxx. ſcill;

Qui privato conſilio illatam ſibi injuriam vindicarit, antequam jus æquum ſibi dari poſtulaverit, quod nomine vindictæ eripuit reddito, integrum rei precium præſtato; & triginta ſolidos dependito.

Be ꝛeaꝼlace;

De rapina.

10. Giꝼ hꝑa binnan ðam ȝemæꝛum uꝛeſ ꝛiceſ ꝛeaꝼlâc. ⁊ nẏð næme ðô. aȝẏꝼe he ðone ꝛeaꝼlâc. ⁊ ȝeſẏlle ſixꝛiȝ ſcill. ꝛo ꝑiꝛe;

Si quis intra fines regni noſtri quid rapuerit, prædatúſve fuerit, quod rapuit reddito, & 60. mulctator, ſolidis.

Be leoð bẏȝene;

De eo qui popularem ſuum emerit.

11. Giꝼ hꝑa hiſ aȝenne leoðan bebicȝe. ðeoꝑne. oþþe ꝼꝛiȝe. ðeah he ſcẏlðiȝ ſẏ. ⁊ oꝼeꝛſæſende. ꝼoꝛȝẏlð hine be hiſ ꝑæꝛe. ⁊ ꝑiþ Goð ðeoplice beꝛe;

Si quis popularem ſuum, ſive ſervum, ſive liberum, eundémque vel criminis conſcium, mercatus fuerit, & trans mare amandarit, integra capitis ejus æſtimatione mulctator, deóq; faciat cumulatè ſatís.

Be þam þe heoꝛa ȝeꝑiꝛnẏſſe ȝeleoȝaþ;

De iis qui teſtimonium falſò protulerint. 4

12. Giꝼ hꝑa beꝼoꝛan biſceope hiſ ȝeꝑiꝛnẏſſe. ⁊ hiſ ꝑeð aleoȝe. ȝebeꝛe mið hunð ꝛꝑelꝼꝛiȝ ſcill;

Si quis coram epiſcopo teſtimonium, aut pignus ſuum falsò produxerit, 120. ſolidis compenſato.

Be ȝeꝼanȝenum ðeoꝼum;

De prædonibus comprehenſis.

13. Giꝼ ðeoꝼ ſẏ ȝeꝼonȝen. ſꝑelꝛ he ðeaþe. oþþe hiſ liꝼ be hiſ ꝑeꝛe mon alẏſe; Ðeoꝼaſ ꝑe haꝛaþ oþ ſeoꝼon men. ꝼꝛom ſeoꝼon hloþ oþ ꝼiꝼ ⁊ þꝛiꝛꝛiȝ. ⁊ ſiþþan heꝛe;

Prædo ſi deprehendatur, vitâ privator, aut vitæ æſtimatione ſe ipſe redimito. Prædones autem nominamus uſq; ad numerum virorum ſeptem; deinde (quouſque numerus ad 35. coaluerit) turmam dicimus: numerus ſi excreverit, exercitum vocamus.

Be hloþum;

De turma.

14. Seþe hloþ beꝛoȝen ſẏ. ȝeſꝑicne ſe hine be hunð ꝛꝑelꝼꝛiȝum hẏða. oþþe ſꝑa ȝebeꝛe;

Turmæ prædatorum interfuiſſe inſimulatus, pro ratione centum viginti terræhydarum jurejurando interpoſito omnem diluto criminis ſuſpicionem, aut huic convenienter compenſato.

Be heꝛȝe;

De exercitu.

15. Seþe heꝛꝛeama beꝛoȝen ſẏ. he hine be hiſ ꝑeꝛȝẏlð alẏſe. oþþe be ðam ȝeſꝑicne; Se aþ ſceal beon healꝼ be *huſlȝenȝum; Ðeoꝼ ſẏþþan he beoþ on cẏninȝeſ benðum. nah he ða ȝeſꝑicne;

In exercitu prædatorum fuiſſe accuſatus, pro eo ac fuerit proprii capitis æſtimatio crimen purgato, aut noxiam ſarcito. Atqui hoc jusjurandum pro dimidia ejus parte ex patribus familiâs conſtabit. Furi verò, poſtquam in cuſtodia fuerit regia, iſtiuſmodi excuſationis poteſtas non fiat.

* huſelȝenȝum. ſonat etiã Catechumenos.

Be ðeoꝼſleȝe;

De eo qui prædonem interfecerit.

16. Seþe ðeoꝼ oꝼſlihþ. ſe moꝛ ȝe-

Si quis furi mortem obtulerit,

cýþan mið aþe þ he hine ſcýlðiȝ oþ-
ſlôȝe. ⁊ na leſ ða ȝeȝýldan ;

diſſe, atque hoc pacto omni erga ſodales ſuos ſolutione liberator.

Be ꝑoꝛꝛtolenum ꝑlæꝛce ;

17. Seþe ꝑoꝛꝛtolen ꝑlæꝛc ꝑinðeð. ⁊ ȝeðýnneð. ȝiþ he ðeaꝛ he moꝛ mið aþe ȝecýþan. þ he hiꝛ aȝe ; ðeþe hiꝛ oꝛꝛꝑýnaþ. he ah þ melð ꝑeoh ;

De carne furtim ſubducta.

Qui carnem furto ſurreptam invenerit, atq; occuluerit, liceto ei (ſi modò id facere non vereatur) confirmare quod ſua ſit. Qui verò ejus rei indicia attulerit, indicii mercedem conſequitor.

Be ceoꝛliꝛcum ꝑeoꝛum ȝeꝛanȝenum.

18. Cýꝛliꝛc mon ȝiþ he oꝛt beto-
ȝen ꝑæꝛe. ȝiþ he æt ꝛýþeꝛtan ꝛý ȝe-
ꝛanȝen. ꝛlea mon hanð. oþþe ꝑôt oꝛ ;

De Pagano furti manifeſto.

Paganus ſæpius furti inſimulatus, ſi tandem deprehendatur, ei manus aut pes præciditor. 5

Be cýninȝeꝛ ȝeneat ;

19. Cýninȝeꝛ ȝeneat ȝiþ hiꝛ ꝑeꝛ biþ tꝛelf hunð ꝛcill. he moꝛ ꝛꝑeꝛian ꝑoꝛ ꝛixtiȝ hýða. ȝiþ he beoþ huꝛl-
ȝenȝa ;

De villico regio.

Regii villici jusjurandum (ſi modò is fuerit rei familiaris adminiſtrator, adeóq; ejus vitæ precium 1200. ſolidis æſtimetur,) ejus eſt momenti ac ponderis, ut cùm 60. terræ hydis exequari intelligatur.

Be ꝑeoꝛꝛan cumenum men ;

20. Giþ ꝑeoꝛ cuman man. oþþe ꝑnemðe butan ꝑeȝe ȝeonð ꝑuðu ȝon-
ȝe. ⁊ ne hꝛýme. ne hoꝛn blaꝑe. ꝑoꝛ ðeoꝛ he bið to ꝑꝛoꝑianne. oþþe to alýꝛanne ; Giþ mon ðonne ꝑæꝛ oꝛꝛlæ-
ȝenan ꝑæꝛeꝛ biðde. he moꝛ ȝecýþan þ he hine ꝑoꝛ ꝑeoꝛ oꝛꝛlôȝe. na læꝛ ꝑæꝛ oꝛꝛlæȝenan ȝeȝýldan. ne hiꝛ hlaꝑoꝛð ; Giþ he hiꝛ ðonne ðýnneþ. ⁊ ꝑeoꝛðeþ emb lonȝ ýꝑꝑe. ðonne ꝓýmeþ he ꝑæm ðeaðan to ꝑam aþe. ðe hine moꝛon hiꝛ mæȝaꝛ unꝛýnȝian ;

De peregrino.

Peregrinus, aut alienus, ſi devius per ſylvas vagetur, neq; verò ore vociferarit, aut cornu inſonuerit, fur morti tradendus, aut pretio redimendus, adjudicator. Si quis igitur ità perempti corporis æſtimationem ab interfectore exegerit, jure jurando interfector confirmato ſe illum tanquam furem occidiſſe ; atq; ità omni tum erga interfecti ſocios, tum erga dominum ipſum ſolutione liberator. Sin crimẽ diſſimularit, & fiat tamen deinceps manifeſtum, tum quidẽ commiſit, cognatis occiſi ut liceat, jurejurãdo cẽſum omni exolvere culpa

Be ꝑon ꝑe monneꝛ ȝeneaꝛ ꝛtaliȝe.

21. Giþ ðin ȝeneaꝛ ꝛtaliȝe. ⁊ loꝛ-
ȝe ðe. ȝiþ ðu hæbbe boꝛȝaꝛ mana ðone ðæꝛ anȝýlðeꝛ. ȝiþ he næbbe. ȝýlð ðu þ anȝýlðe. ⁊ ne ꝛý him na ꝑe ȝeþinȝoðꝛe ;

De villico furtum faciente.

Villicus tuus ſi furetur, & aufugerit, fidejuſſores admone (ſi quos habueris) ſolvendo ut ſint: ſi non habueris, ſimplicem ipſe rei æſtimationem ſolvito, nec ei quicquam remittito.

Be ælþeoðiȝeꝛ manneꝛ ꝛlæȝe ;

22. Giþ mon ælþeoðiȝne mon oꝛ-
ꝛlea. ꝛe cýninȝ ah tꝛeȝen ðælaꝛ ðæꝛ ꝑeꝑeꝛ. ꝑꝛiðdan ðæl ꝛunu. oþþe maȝaꝛ ; Giþ he ðonne mæȝleaꝛ ꝛý. healf cý-
ninȝ. healf ꝛe ȝeꝛiþ ; Giþ hiꝛ ꝑonne Abbuð ꝛý. oþþe Abbuðiꝛꝛe. ðælon on þa ýlcan ꝑiꝛan ꝑiþ ðone cýninȝ ; Þealh

De peregrino cæſo.

Peregrino ſi quis mortem obtulerit, Rex æſtimationis vitę ſuę partes duas habeto, tertiam proles, vel cognati. Cognatos ſi non habuerit, eſto quidem regi dimidium, quod reliquum fuerit ſocius habeto. Eodem modo Abbas, vel Abbatiſſa (eorum ſi interſit) cum rege partiuntor. Wallus cenſum 6

ȝaꝛol-

ȝafolȝýlda hund tpelftiȝ rcill; Hir runu hund; Ned þeopne rixtiȝ rcill; Somhpýlcne mid fiftegum; Pealer hýde mid tpelfum; Pealh ȝif he hæfþ fif hýda. he biþ rýx hýnde;

pendens annuum, 120. solidorum æstimetur, filius ejus 100. servus, aliàs sexaginta, aliàs quinquaginta solidis valere putatur. Wallus virgarum metum 12. solidis redimito. Wallus quinq; terræ hydas possidens, 600. solid. ęstimandus est

Be pite þeopum;

23. Gif pite ðeop Englirc mon hine forrtaliȝe. hô hine mon. ⁊ ne ȝýlde hir hlaforde; Gif hine mon ofrlea. ne ȝýlde hine mon hir maȝum. ȝif hi hine on tpelf monþum ne alýrdon;

De libertate mulctato.

Anglus libertate mulctatus, si denuo furetur, in furcas suspenditor, & domino suo nulla fiat prorsus compensatio. Si quis istiusmodi viro mortem obtulerit, nihil quicquam eo nomine cognatis dependito, nisi quidem ipsum intra bis senos menses redemerint.

Be cýpmanna on lande;

24. Gif cýpeman uppe on folc ceapiȝe. dô ꝥ beforan ȝepitnýrre; Gif * ðýfefeoh mon æt cýpmen befô. ⁊ he hit næbbe beforan ȝodum pittum ȝeceapod. ȝecýþe hit be pite. ꝥ he ne ȝepita. ne ȝestala næne. oþþe ȝýlde to pite rýx ⁊ xxx. rcill;

De mercatoribus per terram.

Negotiator in vulgo si quid mercatus fuerit, in eam rem testimonia habeto. Etenim si quid furto surreptum penès eum deprehendatur, quod fideli cum testimonio non emerit, pro ratione mulctæ ipsum nec furatum, nec furto fuisse conscium confirmato, aut 36. solidos numerato.

* aliàs, forrtolen. quod idem est.

Be fundener cilder fortne;

25. To fundener cilder fortne þý forman ȝeare ȝerýlle rýx rcill; Ðý æftran ȝeare tpelf; ðý þriddan xxx; rýþþan be hir plite;

De puero projecto enutriendo.

Ad puerũ expositum enutriendũ, dabuntur anno primo solidi seni, secundo duodeni, tertio triginta: Deinceps vero pro eo ac fuerit corporis dignitas augetor stipendium.

Be ðeofer onfenȝ;

26. Seþe ðeof ȝefehþ. he ah týn rcill. ⁊ re cýninȝ ðone ðeof. ⁊ ða maȝar him rperian aþar unfæhþa; Gif he þonne oþýrne ⁊ perige peorþe þonne biþ he pitet rcýldiȝ; Gif he ætracan pille. dô he ꝥ be ðam feo. ⁊ be þam pite;

De furibus prehendendis. 7

Qui furem comprehenderit, 10. solidos habeto, rex ipsum furem. Cognati vero jusjurandum præstent se non vindicaturos, fur autem contumaciter si restiterit, aut clam se in pedes conjecerit, facinoris tenetor reus. Sin culpa se ipse liberare voluerit, æstimationis rei, & gravitatis mulctæ ratione habita id facito.

Be þam þe dearnunȝa bearn rtrýneþ;

27. Seþe deornunȝa bearn ȝestreonaþ. ⁊ ȝeheleð. nah re hir deaþer pere. ac hir hlaford. ⁊ re cýnȝ;

De eo qui ex occulto liberos procrearit.

Qui prolem clandestinam procrearit, factúmque id dissimularit, omni prolis (si quando occidatur) vitæ pretio excidito: idémque rex, ac dominus habento.

Be þam þe hir pæpnu onlæne;

28. Gif mon rpeorder onlæne oþrum erne. ⁊ he lorige. be ðriddan dæle he hine ȝýlde; Gif mon rpere.

De eo qui ferrum mutuo dederit.

Si quis servo alterius ferrum suum dederit mutuum, atque is perierit, æstimationis capitis ejus trientem dato, qui mutuum dederit. Hastam si dederit mutuam, dimidiatum ca-

ſýlle healfne; Gif mon hoꝛſ onlæne. ealne he hine ȝilde;

pitis ejus æſtimationē pendito. Sin equum præſtiterit, ad denariū uſq; ſolvat quanticunq; ſervi vita fuerit æſtimata.

Be þam ðe flýman feoꝛmiȝe;

29. Gif mon cýꝛliſcne mannan flýman feoꝛminȝe teo. be hiſ aȝenum þeꝛe ȝeladiȝe he hine; Gif he ne mæȝe. ȝýlde he hine be hiſ aȝenum þeꝛe. ⁊ ſe ȝeſiþman eac ſþa be hiſ þeꝛe

De eo qui fugitivum admiſerit.

Paganus ſi accuſetur fugitivo ſubminiſtraſſe cibum, pro eo ac fuerit proprii capitis æſtimatio ſe culpa liberato; id quod ſi non poterit, tum proprii, tum fugitivi capitis æſtimationem pendito.

Be þon þe mon þif bicȝe;

30. Gif mon þif ȝebýcȝe ⁊ ſeo ȝýft foꝛþ ne cume. aȝýfe ꝥ feoh. ⁊ foꝛȝýld. ⁊ ȝebete ðæm býꝛȝean ſþa hiſ boꝛhbꝛýce;

De eo qui fœminam mercatus fuerit

Si quis fœminam mercatus fuerit, & quod conventum eſt non confecerit, ipſam dato pecuniam, tantundem etiam perſolvito, & graves nihilo minùs (perinde atque fidejuſſionem violaſſet) pœnas dependito.

Be ciꝛliſceſ monneſ land hæfene;

31. Gif Þiliſc man hæbbe hýde landeſ. hiſ þeꝛe biþ hund tþelftiȝ ſcill; Gif he þonne healfe hæbbe. eahtatiȝ ſcill; Gif he næbbe nan land 60. ſcill;

De pagano fundum poſsidente. 8

Wallus integram terræ hydam ſi poſſederit, eſto capitis ejus æſtimatio 120. ſolidorum. Dimidiatam terræ hydam ſi tenuerit, 80. ſolidis valeto. Sin fundum penitus nullum occuparit, 60. tamen ſolidorum æſtimatione dignus cenſeatur.

Be cýninȝeſ hoꝛſ Þealh;

32. Cýninȝeſ hoꝛſ Þealh ſeþe him mæȝ ȝeæꝛendian. ðæſ þeꝛȝýld bið tþa hund ſcill;

De Regis equiſone Wallo.

Equiſo regis Wallus, ſi poterit mandata deferre, æſtimatio capitis ejus ducenorum ſolidorum eſto.

Be manſlýhte;

33. Seþe on ðæꝛe foꝛe þæꝛe ðæꝛ mon man ofſloȝe. ȝetꝛýþie hine be hiſ þeꝛe ðæſ ſlæȝeſ. oþþe foꝛe ȝebete be ðæſ ofſlaȝenan þeꝛȝýlde; Gif hiſ þeꝛȝýlde ſý tþa hund ſcill. ȝebete mid fiftiȝ ſcill; And ða ýlcan ꝛiht dô man be þam deoꝛboꝛenꝛan;

De homicidio.

Si quis perpetrato interfuerit homicidio, ſecundum proprii capitis æſtimationem ſe culpa liberato, aut pro eo ac fuerit perempti corporis æſtimatio ſuæ preſentiæ pœnas luito. Atque ſi capitis ejus æſtimatio ducenorum fuerit ſolidorum, 50. is ſolidos dependito. Idémque juris eſto in iis qui illuſtriori familia ſunt oriundi.

Be ðeofſlýhte;

34. Seþe ðeof ſlýhþ. he mot mid aþe ȝecýðan. ꝥ he hine fleondne foꝛ ðeof ſloȝe. ⁊ ðæſ deadan maȝaſ him ſþeꝛian unceaſeſ aþ; Gif he hit þonne dýꝛne. ⁊ ſý eft ýppe. ðonne foꝛȝýld he hine;

De latrone cæſo.

Latroni violentam mortem ſi quis intulerit, jurejurando confirmato ſe illum tanquam latronem fugientem occidiſſe, atque eius rei fidem interfecti cognatis jurejurando hominum non ſelectorum facito. Verum ſi is factum diſſimularit, & fiat tamen deinceps manifeſtum, perempti corporis æſtimatione mulctator.

35. Gif mon to ðæm menn feoh ȝeteme þe hiſ æꝛ aþ ætſþoꝛen hæfð. ⁊ eft aþ ætſþeꝛian þille. ſþeꝛiȝe be

Si quis de rebus alienis poſtuletur, idémque jurejurando antehac concepto denegarit earum poſſeſſionem, ac denuo in id jurare

ðam

ðam pite. ⁊ be ðæꝛ ꝓeoꝛ ꝑýꝛꝼe; Gif he oꝼꝼepian nýlle. gebete ꝼone mænan aꝼe tpýgbote;

Be ðon ðe mon ꝼeoꝛ ꝼoꝛlæte;

36. Seꝼe ðeoꝛ gefehꝼ. oꝼꝼe him mon gefongene aguꝼꝼ. ⁊ he hine ꝼonne alæte. oꝼꝼe ða ðýꝼꝼe gedýnne. ꝼoꝛgýldе ðone ðeoꝛ be hiꝛ pene; gif he ealdoꝛman ꝑý. ꝼoligе hiꝛ ꝑcine. butan him cýning aꝛian pille;

Be cýꝛlicef monnef betogennýꝛꝛe;

37. Se cýꝛlice man ꝼeꝼe oft betogen pene ðýꝼꝼe. ⁊ ꝼonne æt ꝛiꝼeꝛtan ꝛýnnigne gefô. in ceape. oꝼꝼe elleꝛ æt openne ꝑcýldе. ꝑlea him mon handa oꝼ. oꝼꝼe fôt.

Be ꝼon ꝼe ꝑihꝛ gehipan beaꝛn hæbban;

38. Gif ceoꝛl ⁊ hiꝛ ꝑif beaꝛn hæbben gemane. ⁊ fæꝼe ꝛe ceoꝛl ꝼoꝛꝼ. hæbbe ꝛe modoꝛ hiꝼe beaꝛn. ⁊ ꝼede. agýfe hiꝼe mon ꝛýx ꝑcill. to ꝼoꝛtꝛe. cû on ꝛumeꝛa. oxan on pintꝛan; healdan ða magaꝛ ðone ꝛꝛumꝛtol. oþ ꝼ hiꝛ gepintꝛod ꝛý;

Be unalýfedum fæꝼe ꝼꝛam hiꝛ hlafoꝛd;

39. Gif hꝛa fafe unaleafed ꝼꝛam hiꝛ hlafoꝛde. oꝼꝼe on oꝼꝼe ꝑcine hine beꝛtele. ⁊ mon hine geacꝛige. fafe ðæn he æn pæꝛ. ⁊ gýldе hiꝛ hlafoꝛd ꝛixtig ꝑcill;

Be ceoꝛlef peoꝛþige;

40. Ceoꝛlef peoꝛþig ꝑceal beon pintꝛef ⁊ ꝛumef betýned; Gif he biþ untýned ⁊ ꝑecþ hiꝛ nehgebuꝛef ceap mon hiꝛ agen geat. nah he æt ðæm ceape nân pihꝛ. ac aꝛiꝼe hine ût. ⁊ ꝼoligе ꝼone æꝼꝼýꝛdlan;

Be boꝛgef onfæce;

41. Boꝛgef mon mot æꝛfacan. gif he fat ꝼ he ꝑihꝛ deþ;

non vereatur, pro mulctæ gravitate, & rerum æstimatione jurato. 9
Atqui si istiusmodi jusjurandum abnuerit, in duplum perjurii pœna augetor.

De eo qui furi permiserit fugiendi potestatem.

Sive quis furem præhenderit, sive captivum custodierit, atque ei permiserit fugiendi potestatem, furtúmve dissimularit, ipsius capitis æstimationem pendito. Senator si in hanc partem deliquerit, Satrapia privator sua, nisi quidem Rex ei pœnam remiserit.

De pagano postulato.

Paganus sæpius furti postulatus, si tandem venditione, aut alia quacunque ratione, culpæ manifestus deprehendatur, ei manus, aut pes præciditor.

De liberis legitimo procreatis matrimonio.

Maritus postquam ex uxore liberos susceperit, si moriatur, proles matrem penes nutrienda maneto: dantórque ad victum ejus suppeditandum solidi seni, æstate vacca, hyeme bos. Cognati vero primigenia pecuria hæc (usque dum proles adulta fuerit) custodiunto.

De eo qui à domino sine bona ejus venia discesserit.

Qui à domino sine bona ejus venia discesserit, aut in aliena satrapia latuisse deprehendetur, unde fugerit redito, & domino sexaginta solidos dependito.

De pagani agello domui adjacente.

Pagani agellus domui adjacens, 10
tum æstivo, tum hyemali tempore septo sit munitus; Sin minus ex omni aditu claudatur, ac vicinorum pecudum patuerit ingressui, satisfieri sibi nomine damni paganus non petat, verum ipse pecudes abigendus curato, datúmque damnum sustineto solus.

De vadimonio negando.

Vades cuivis abnuere liceto, si modo is certo certius se recte feciſſe sciat.

Be

Be ceorla ȝemænum land;

42. Gif ceorlas hæbban ȝærstun ȝemænne. oþþe oþer ȝedale land to tynanne. ⁊ hæbben sume ȝetyned heora dæle. sume næbben. ⁊ ætten heora ȝemænan æcceras. oþþe ȝærs. ȝân þa þonne þe ꝥ ȝeataȝon. ⁊ ȝebeten þæm oþrum þe heora dæle ȝetyned hæbben ðone æfþyrdlan ðe ðære ȝedon sy. ⁊ abidden him æt ðæm ceape sþylc rihtsþylc cyn sy; Gif ðonne hryþera hþylc sy. ðe heȝas brece. ⁊ ȝa in ȝehþær. ⁊ se hit nolde ȝehealdan se hit aȝe. oþþe ne mæȝe. nime se þe hit on his æcere ȝemete. ⁊ ofslea. ⁊ nime se aȝen frigea his flæsc. ⁊ ðoliȝe ðæs oþres;

De paganorum Agro compascuo.

Sive Ager compascuus communis, sive alia quævis terra à pluribus possideatur paganis, & eorum alii quæ illorum propria sit pars circumseptam curarint, alii verò quæ sua sit negligunt, ita ut à pecore irrumpente pars depascatur inclusa, datum detrimentum illi quorum terra pecudum ingressui patuerit, resartiunto: eis autem pecudum domini secundùm jus fásque compensanto. Sin quæ sit quadrupes quæ sepimenta frangat, atque ubique contendat irrumpere, neque verò poterit aut volet dominus eam penès se domi continere, tum qui eam in fundo deprehenderit suo quadrupedem occidito, dominus cæteris amissis solam carnem recipito.

Be þudu bærnete;

43. Ðonne mon beam on þuda forbærne. ⁊ þyrþ yppe on þonne ðe hit dyde. ȝylde he fulþite. ⁊ ȝesylle syxtiȝ scill; For þam þe fyr biþ ðeof; Gif mon afylle on þuda þel maneȝa treoþu. ⁊ þyrþ ꝥ eft undyrne. forȝyld ðreo treoþa. ælc mid þrittiȝ scill; Ne ðearf he ma ȝyldan. þære heora sþa feola sþa heora þære; forþan seo eax biþ melda na læs þeof;

De igne nemori admoto.

Si quis trunco arboris in Sylva jacenti flammam injecisse convictus fuerit, summum mulctæ persolvito, & 60. præterea solidos dependito: *Si quidem Ignis clandestinus fur est.* Arbores in nemore plures cecidisse convictus, pro singulis tribus arboribus primis ter decem solvat solidos, nec gravior infligenda est mulcta quotuscunque fuerit arborum numerus. *Securis namque sonitu prodit facinus, nec ità facile celari poterit.* 11

44. Gif mon ðonne aceorfe ænne treoþe. ꝥ mæȝe þrittiȝ sþina understandan. ⁊ þyrþ undyrne. ȝesylle sixtiȝ scill;

Arborem (cujus rami 30. porcis umbraculo esse possint) prostravisse convictus, 60. solidis noxiam sarcito.

45. Gafol hþitel æt hiþisce. sceal beon syx peninȝa þyrþ;

Saga Annua ad familiam data, denariis senis valeto.

Be burhbryce;

46. Burhbryce mon sceal betan mid hund tþelftiȝum scill; Cyninȝes ⁊ biscopes. þær his rice biþ; Ealdormannes. mid eahtatiȝ scillinȝes; Cyninȝes ðeȝnes. syxtiȝ scill; Gesiþcundes mannes landhæbbendes. fif ⁊ xxx. scill; And be þam onsacan;

De pace in opido violata.

Pacis in oppido regis vel episcopi violatæ pœna 120 solidorum esto: In oppido Senatoris ruptæ pacis pœna 80. solidorum æstimato: In oppido ministri regii 60, penduntor solidi: In oppido denique custodis pagani cujuscunque prædia possidentis, pacis turbatæ mulcta 35. solidorum censeatur. Atque eadem habetor criminis purgandi ratio.

Be stal tyhtlan;

47. Ðonne mon monnan betyhþ. ꝥ he ceap forstæle. oþþe forstolenne

De furti criminatione.

Si cui objiciatur furto surripuisse rem aliquam, vel furtim sub-

ȝe-

ductam admisisse, is pro ratione 60. hydarum se culpa liberato, si modo dignus qui juret habeatur. Anglus furti postulatus, duplici se purget numero, Wallus majore juratorum numero non obstringatur. Cuivis præterea integrum esto, & furum admissionem, & per-
12 empti corporis (nomine capitalium inimicitiarum) æstimationem, jurejurando avertere, si modò poterit, atque id facere non verebitur.

ȝeꝼeoꝛmiȝe. þonne ſceal he be ſẏxtiȝ hẏda ætſacan ðæꝛ ðeoꝼþe. ȝiꝼ he aþ ꝑẏꝛþ bið; Giꝼ ðonne Enȝliſc mon ſtalaþ. ȝa ꝼoꝛþ ætſace be tꝑẏꝼealdum; Giꝼ hit ðonne biþ ꝑiliſc on ſtal. ne biþ ſe að na ðe maꝛe; ſelc mon mot onſacan ꝼẏꝛmþe. ⁊ ꝑæꝛꝼæhþe. ȝiꝼ he mæȝe oþþe. oþþe deaꝛꝛ;

De furum præda intercepta.

Si quando bona furtim surrepta intercipiantur, non advocetur causæ servilis conditionis quisquam.

Be ꝼoꝛſtolene ceap beꝼanȝene;

48. Giꝼ mon ꝼoꝛſtolene ceap beꝼeþ. ne mot hine mon tẏman to ðeoꝑum men;

De libertate multato.

Si quis ob scelus perpetratum servituti nuper addictus, accusetur furti dum adhuc liber esset admissi, liceto accusanti semel eum verberibus afficere, furunculus verò pro ratione rei furto surreptæ ad verbera vel invitus cogitur.

Be ꝑite ðeoꝑum mannum;

49. Giꝼ hꝑẏlc mon bið ꝑite ðeoꝑe niꝑan ȝeðeoꝑod. ⁊ hine mon betẏh. ꝥ he hæbbe æꝛ ȝeðeoꝼad. æꝛ hine mon ȝeðeoꝑad. ðonne ah ſe teond ane ſꝑinȝelan æt him. bedꝛiꝼe hine to ſꝑinȝlum be hi ſceape;

De glande querna depasta sine bona domini venia.

Si quis in querceto suo porcos glandes devorantes (bona venia domino prius non concessa) invenerit, pigneretur primo quod sex solidorum æstimabitur. Et si illuc jam primo ingressi sunt porci, damnum solido uno dominus resarcito, & præterea (pro eo ac fuerit æstimatio porcorum) confirmato non intrasse sæpius: Sin sæpius irrupisse constabit, duos solidos pendito. Qui volens porcos saginandi gratia ad glandes devorandas in quercetum admiserit suum, ex iis qui ad trium digitorum latitudinem pingueverint, sumito sibi tertium quemque: Ex iis qui ad duorum digitorum crassitudinem saginati fuerint, quartum: Ex iis qui ad pollicis latitudinem excreverint pinguedine, quini singuli sui sunto.

Be unalẏꝼeðeſ mæſteneſ onꝼenȝ;

50. Giꝼ mon on hiſ mæſtene unalẏꝼed ſꝑin ȝemete. ȝenime ðonne ſẏx ſcill. ꝑẏꝛþ ꝑed; Giꝼ hi ðonne þæꝛ næꝛon oꝼteꝛ ðonne æne. ȝeſẏlle ænne ſcill. ſe aȝen ꝼꝛiȝa. ⁊ ȝecẏþe ꝥ hi ðæꝛ oꝼtoꝛ ne comon be ðæſ ceapeſ ꝑẏꝛþe; Giꝼ hi ðæꝛ tꝑa ꝑæꝛon. ȝeſẏlle tꝑeȝen ſcill; Giꝼ mon nime *æbeſne on ſꝑinum. æt ðꝛẏꝼinȝꝛum ſꝑic ꝥ ðꝛiddе. æt tꝑẏꝼinȝꝛum ꝥ ꝼeoꝑꝛþ. æt ðẏmelum ꝥ ꝼiꝼte; *aliàs, æꝼeſne.

De petitione custodis pagani.

Præpositus paganus sive quid petierit à Rege, vel à Senatore, nomine familiæ suæ, sive dominum nomine servi vel liberi rogarit, non exorato mulctæ irrogatæ ut remittatur quicquam, eo quod domi meritas non inflixerit delinquentibus pœnas.

Be ſiþcundeſ monneſ ȝeþinȝe;

51. Giꝼ ȝeſiþcund mon ðinȝaþ ꝑið cẏninȝ. oþþe ꝑiþ cẏninȝeſ ealdoꝛmannum. ꝼoꝛ hiſ inhiꝑan. oþþe ꝑið hiſ hlaꝼoꝛd ꝼoꝛ ðeoꝑe. oþþe ꝼoꝛ ꝼꝛiȝe. nah he ðæꝛ nane ꝑite ꝛæddene ſe ȝeſiþ. ꝼoꝛþon he nolde him æꝛ ẏꝼeleſ ȝeſtẏꝛan æt ham;

Be ðon ðe gerihcund mon fýnd foprittę;

52. Gif se fihcundman land agende fýnde foprittę. gefylle hund twelftig fcill. ⁊ ðoligę hit landes; unlandagende fýxtig fcill; Ceorlifc ðrittig fcill;

De præpoſito Pagano qui profectionem militarem detrectarit. 13

Cuſtos paganus prædia poſſidens, ſi quando profectionem ſubterfugerit militarem, prædiis mulctatus centum viginti ſolidos dependito: prædia ſi non habuerit, 60. ſolidos numerato. Paganus ſi in hanc partem peccarit, ter denis ſolidis mulctator.

Be ðýfnum gefingę;

53. Gefe ðýfnum gefingum betogen fý. * gefficne hine be cxx. hýda ðæra finga. oððe hund twelftig fcill. gefylle;

* alîs, geclænfic.

De clandeſtino facinore.

Clandeſtini ſceleris accuſatus, pro ratione centum & viginti terræ hydarum ſe culpa exolvito, aut totidem ſolidos dependito.

Be foprtolenes manneș fopfenge;

54. Gif mon foprtolene man befô æt oðrum. ⁊ fý feo hand acpolen de hine fealde ðam men de hine mon æt befenc. týme ðonne ðone man to ðæs deadan býnzenne. fpa oðer feoh. fpa hpeðer fpa hit fý. ⁊ cýðe on þæm aðe be feopertig hida. þ feo deade hand hine him fealde; Ðonne hæfþ he þ pite afýlled mid ðý aðe. agýfe ðam agend fneo ðone man; Gif he ðonne pite hpa ðæs deadan ýnfe hæbbe. týme ðonne to ðæm ýnfe. ⁊ bidde ða hond þe þ ýnfe hafaþ. þ he him zedô ðone ceape unbefacene. oððe gecýðe þ fe deade næfne þ ýnfe ahte;

De hominis clàm ſubducti inventione.

Servus alienus clàm ſubductus ſi apud alium deprehendatur, atq; is vita ceſſerit à quo iſthunc mercatus eſt, ad mortui tumulum adito tamen, ac pro ratione 40. hydarum jurejurando confirmato ſe ab eodem emiſſe ſervum hunc, atq; ità ipſe omni liberetur mulcta, ſervus in poteſtatem prioris domini redigitor. Idem juris eſto aliis in rebus quibuſcunque furto ſurreptis. Sin is exploratum habuerit, penes quem fuerint fato defuncti bona, ipſum adito, ac jure contendat ab illo, hanc venditionem omni lite ſolutam ut reddat, niſi quidem bona hominis mortui nunquam fuiſſe alter confirmarit.

Be pæfæhde týhtlan;

55. Gefe bif pefæhde betogen. ⁊ he ætfacan pille ðæs flæges mid aðe. ðonne fceal beon on ðæne hýndene ân cýninz aðe be ðrittig hýda. fpa be gefihcundum men. fpa be cýnlifcum. fpa hpæðer fpa hit fý; Gif hine mon gýlt. ðonne mot he gefýllan on ðæra hýndena zehpýlcne monnan. ⁊ býnnan. ⁊ fpeorð. on þ pezgýld zif he ðurfe. pite ðeopne monnan pýlifcne man fceal bedrifan be twelf hýdum. fpa ðeopne to fpinzum. Englifcne be feopep ⁊ ðrittig hýda;

De eo qui accuſatur capitales geſsiſſe inimicitias.

Si quis capitales cum aliquo geſſiſſe inimicitias accuſetur, eóque nomine petatur ab illo perempti corporis æſtimatio, atque is jurejurando interpoſito contenderit lætale vulnus haud inflixiſſe illum, ſacramentum quod quidem regale dicitur pro ratione 30. hydarum 14
ritè concipito, adjunctis ſibi ſive præpoſitis paganis, ſive paganis ipſis, ut libitum fuerit. Atqui ſi noxæ manifeſtus fiat, loricam tamen & gladium, cuicunque ſociorum velit, dono dare ei integrum eſto, etiamſi æſtimationis ſolutioni fuerit impar. Wallus libertate mulctatus hoc genus purgationis pro ratione 12. hydarum conficito: Servus vapulato: Anglus pro ratione 34. hydarum jurato.

Be

De æstimatione ovis matricis.

Ovis fœta unà cum fœtu ante decimam quartam à Paschate lucem non ampliùs uno vendatur solido.

Siquis vitiosum quid imprudens mercatus fuerit, vitiúmq; intra ter denos dies rescierit, redhibeatur quod emptum est, nisi quidem venditor jurejurando confirmare voluerit, id eum vitii cùm primò vendiderat penitus latuisse.

De Marito Prædatore.

Maritus quidpiam deprædatus, atq; in locum secretiorem id subduxisse convictus, furti conscius habetor, uxor non item. Ea namq; viro tanquam superiori obtemperare debebit. Porro si jurejurando fidem astringere non verebitur uxor, se prædam hanc cum viro non participasse, tertia rerum parte donetur.

De Bobus.

Qui bovem cornu mutilarit, denarios decem, qui vaccam, duos, præstato.

Qui bovi caudam præciderit, denarios 4. Qui vaccæ quinque pendito.

Qui bovi oculum effoderit, de-
15 nariis quinque: qui vaccæ, solido uno noxiam sarcito.

Hordei annui singulo quoque tempore tribuuntor pondo sex, &c

De Fugo boum conducto.

Paganus si ab alio par boum mercede conduxerit, sibíq; fuerit annonæ facultas integram mercedis pactionem annona præstato. Sin deerit illi annonæ copia, dimidium saltem in annona, & quod reliquum fuerit aliis in bonis pendito.

Primitias seminum quisque ex eo dato domicilio, in quo ipso natali die Domini commoratur.

De eo à quo exigitur pignus.

Si quando ab accusato exigatur pignus, nec is habeat quod pignori deponat ante litem æstimatam, velítque eum alius pignore susten-

Be eoþeſ þýrþe ;

56. Ꝗoþu bið mið hiſe ȝeonȝe ſceape ſcill. þeorð. oð ꝥ ꝼeoþeſtýn nihtoꝼeſ ꝗaſtſon ;

57. Giꝼ mon hþýlcne ceape ȝebýȝeþ. ⁊ he ðonne on ꝼinðe him hþýlcne unhælo binnan ðrittiȝ nihta. ðonne þeorþe ðone ceape to handa þam ſýllenðe. oþþe ſþeriȝe ꝥ he him nan ꝼacn on nýſte. ða he hine him ſealðe ;

Be cýrliſceſ monneſ ſtale ;

58. Giꝼ ceorle ceap ꝼorſtýlð ⁊ beſeð into hiſ æſne. ⁊ beꝼehð hit ðæſ inne mon. ðonne biþ ſe hiſ ðæle ſcýldiȝ. butan ðæm þiꝼ anum. ꝼorðon heo ſceal hiſe ealðſe hýſan ; Giꝼ heo ðeaſ mið aþe ȝecýþan. ꝥ heo ðæſ ꝼorſtolenan ne onbite. nime hiſe ðæne ðriddan ðæle ðæſe æhta ;

Be oxan ;

59. Oxan horn biþ týn peninȝ þýrðe ; Cû horn tþeȝa peninȝa þýrþe ;

Oxan tæȝl biþ iiii. peninȝa þýrþe ; Cuſ tæȝl bið ꝼiꝼ peninȝa þirðe ;

Oxan eaȝe bið ꝼiꝼ peninȝe þýrþe ; Cuſ eaȝe bið ſcill þýrðe ;

60. Man ſceal ſýmle to beſeȝaꝼol aȝýꝼan at anũ þýrþan ſix pund þæȝa ; * * Desideratur nonnihil

Be hýſe Geôc ;

16. Murdra quidem inventa fuerunt & constituta in diebus Chnuti Dani Regis, qui post acquisitam Angliam & pacificatam rogatu Baronum Anglorum remisit in Daciam exercitum suum. Ipsi vero Barones extiterunt fidejussores erga Regem, quatenus quotquot in terra secum retineret, firmam pacem per omnia haberent. *Veruntamen si quis Anglorum aliquem eorum interfecerit*, si se super hoc defendere non posset judicio Dei, scilicet aqua, vel ferro, fieret de eo justitia. Si autem aufugeret, solveretur ut supra dictum est. Iste verò Chnutus præfatus Rex, & Sueinus Rex Danorum pater ejus, & Lachman Rex Sueorum, & Olanus Rex Norwegiæ, & Haroldus Harefote Rex Danorum filius Chnuti prædicti & * Elwinæ, & Hardocanutus Rex Danorum frater suus filius Chnuti prædicti & Emmæ sororis Roberti Normannorum Ducis, & matris ultimi Edwardi, multa jura, & dignitates, & terras, & insulas à corona regni hujus alienaverunt, & dilapidaverunt, & Dacis suis, & Norwegiensibus illas dederunt, qui regnum infestantes destruxerunt. Idcirco donationes, & alienationes eorum in irritum revocari debent, & in nihilum reduci, & omnino extirpari. Ità fecit bonus Rex Edwardus, facta eorum in quantum potuit revocavit, sed non potuit omnia revocare. Non habuit vim quod potuit regnum in pristinum statum reducere, & reformare: servavit sacramentum, fecit enim quod potuit. Temporibus vero Regum Danorum sepultum fuit jus in regno, leges & consuetudines simul sopitæ, temporibus illorum prava voluntas, vis, & violentia magis regnabant quàm judicium in terra.

* *al.* Elfgivæ.

De Regis officio, & de jure & appendiciis coronæ regni Brytanniæ.

17. Rex autem, quia vicarius ſummi regis eſt, ad hoc eſt conſtitutus, ut regnum terrenum, & populum domini, & ſuper omnia Sanctam veneretur Eccleſiam ejus, & regat, & ab injurioſis defendat, & maleficos ab ea evellat, *& deſtruat, & penitus diſperdat.* Quod niſi fecerit, nec nomen Regis in eo conſtabit, verùm teſtante papa Joanne nomen Regis perdit: Cui Pipinus & Carolus filius ejus *nec dum Reges ſed principes ſub rege Francorum ſtulto ſcripſerunt, quærentes ſi ità permanere deberent Francorum Reges ſolo regio nomine contenti, à quo reſponſum eſt, Illos decet vocari Reges qui vigilanter defendunt & regunt Eccleſiam Dei, & populum ejus; imitati Regem pſalmographum dicentem, Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam, &c. *Debet verò de jure Rex omnes terras & honores, omnes dignitates & jura & libertates coronæ regni hujus in integrum cum omni integritate & ſine diminutione obſervare, & defendere; diſperſa, & dilapidata, & amiſſa regni jura in priſtinum ſtatum & debitum viribus omnibus revocare. Univerſa verò terra & tota & inſulæ omnes uſque Norwegiam & uſque Daciam pertinent ad coronam regni ejus, & ſunt de appendiciis & dignitatibus Regis, & una eſt monarchia, & unum eſt regnum, & vocabatur quondam regnum Brytanniæ, modo autem vocatur Regnum Anglorum. Tales enim metas & fines ut prædictæ ſunt, conſtituit & impoſuit coronæ Regni dominus Eleutherius papa ſententia ſua anno ſexageſimo ſeptimo poſt paſſionem Chriſti, qui primo deſtinavit coronam benedictam Brytanniæ, & Chriſtianitatem Deo inſpirante Lucio Regi Brytonum. Debet etiam Rex omnia rite facere in regno, & per judicium procerum regni. Debet enim jus & juſtitia magis regnare in regno quam voluntas prava. Lex eſt ſemper quod jus facit, voluntas autem, violentia, & vi non eſt jus. Debet vero Rex Deum timere, ſuper omnia & diligere, & mandata ejus per totum regnum ſuum ſervare. Debet etiam Sanctam Eccleſiam regni ſui cum omni integritate & libertate juxta conſtitutiones patrum & prædeceſſorum ſervare, fovere, manutenere, regere, & contra inimicos defendere,* 131 *ità ut Deus præ cæteris honoretur, & præ oculis ſemper habeatur. Debet etiam bonas leges, & conſuetudines approbatas erigere, pravas autem delere, & omnes à regno deponere. Debet judicium rectum in regno facere, & juſtitiam per conſilium procerum regni ſui tenere. Iſtâ vero debet omnia Rex in propria perſona, inſpectis & tactis ſacroſanctis Evangeliis, & ſuper ſacras & ſanctas reliquias coram regno & ſacerdotio & clero jurare, antequam ab Archiepiſcopis et Epiſcopis regni coronetur. Tres enim Rex habere ſervos debet, ſcilicet luxuriam, avaritiam, et cupiditatem: quos ſi habuerit ſervos, benè et illuſtrè regnabit. Regno omnia debet præmeditare, et hoc regis eſt. Quia male cuncta miniſtrant impetus, juxta Evangelium, Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur.*

*alias nondum.

Epiſtola domini Elutherii Lucio Regi Britanniæ.

Anno 169. *à paſſione Chriſti, dominus Elutherius Papa Lucio Regi Brytanniæ ſcripſit, ad petitionem Regis et procerum Regni Brytanniæ. Petiſtis à nobis Leges Romanas et Cæſaris vobis tranſmitti, quibus in regno Brytannia uti voluiſtis. Leges Romanas et Cæſaris ſemper reprobare poſſumus, legem Dei nequaquam. Suſceptiſtis enim nuper miſeratione divina in regno Brytanniæ legem et fidem Chriſti, habetis penès vos in regno utramque paginam, ex illis Dei gratia per conſilium regni veſtri ſume legem: et per illam Dei patientia veſtrum Reges Brytanniæ regnum. Vicarius verò Dei eſtis in regno juxta prophetam regem, Domini eſt terra et plenitudo ejus orbis terrarum, et univerſi qui inhabitant in eo: et rurſum juxta prophetam regem, Dilexiſti juſtitiam, et odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis: et rurſum juxta prophetam regem, Deus judicium tuum, etc. Non enim judicium neque juſtitiam Cæſaris, ſilis enim Regis gentes Chriſtianæ et populi regni ſunt, qui ſub veſtra protectione, et pace, et regno degant, et conſiſtant juxta Evangelium, Quemadmodum gallina congregat pullos ſub alis, etc. Gentes vero regni Brytanniæ et populi veſtri ſunt, et quos diviſos debetis in unum ad concordiam, et pacem, et ad fidem, et ad legem Chriſti, et ſanctam Eccleſiam congregare, revocare, fovere, manutenere, protegere, regere, et ab injurioſis, et malitioſis, & ab inimicis ſemper defendere. Væ regno cujus Rex puer eſt, et cujus principes mane comedunt. Non voco Regem propter parvam, et nimiam ætatem, ſed propter ſtultitiam et iniquitatem, et inſanitatem juxta prophetam Regem, Viri ſanguinum et doloſi non dimidicabunt*

*alias 156.

dicabunt dies suos, &c. per comestionem intelligimus gulam, per gulam luxuriam, per luxuriam omnia turpia & mala, juxta Salamonem regem, In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Rex dicitur à regendo, non à regno: Rex eris dum bene Regis, quod nisi feceris, nomen Regis non in te constabit, & nomen regis perdes, quod absit. Det vobis omnipotens Deus regnum Brytanniæ sic regere, ut possitis cum eo regnare in æternum cujus vicarius estis in regno prædicto, qui cum Patre, & Filio, &c.

Misericordia Regis & perdonatio.

18. Jam si quispiam * forisfactus poposcerit Regis misericordiam pro forisfacto suo timidus mortis vel membrorum perdendorum, potest Rex ei lege suæ dignitatis condonare si velit etiam mortem promeritam. Ipse tamen malefactor rectum faciat in quantumcunque poterit quibus forisfecit, & tradat fidejussores de pace & legalitate tenenda: Si verò fidejussores defecerint, exulabitur à patria. * *i.* rei capitalis reus.

De captivis.

19. Habet etiam Rex alterius modi potestatem misericordiæ super captivos. Ubicunque enim venerit in civitatem, vel burgum, vel castellum, vel villam, vel etjam in via, si captivus fuerit, potest eum solo verbo solvere à captione. Solutus tamen satisfaciat cui forisfecit. Murdrator verò, vel *traditor, vel hujusmodi criminosus quamvìs rex eis condonaverit vitam & membra, secundùm legem nullatenus in patria remanebunt: Sed statim jurabunt se ituros ad mare, infra terminum à justitia eis constitutum, & mox transfretaturos quàm citò habuerint navem & ventum. Quod si perjuri postea in terra remanserint, quisquis eos invenire poterit, faciat de eis
132 sine judicio justitiam. Et si quis eos gratìs detinuerit, pro una nocte sola majori lege Anglorum vel Danorum emendabit, pro secunda duplici, pro tertia nocte socius ejus & compar malefactorum judicabitur. Si quidem tales habuerint uxores suas in patria subsistentes, & dixerit aliquis parentum murdrati eas nequitiæ fuisse participes, expurgent * se judicio Dei, quas si clementia Dei & innocentia sua salvaverit, remaneant legales cum dotibus suis & maritagiis. Pueri verò qui ante malefactum fuerint nati vel generati, non erunt exleges pro malefacto post generationes eorum * peracto, nec perdant hæreditatem. * *i.* proditor. * *i.* Ordalio * *al.* perpetrato.

De friborgis.

20. Præterea est quædam summa & maxima *securitas* per quam omnes statu firmissimo sustinentur, videlicet, ut unusquisque stabiliat se sub fidejussionis securitate quam Angli vocant * ꝼꞃeoboꞃgeꞅ, soli tamen Eboracenses dicunt eandem ꝛienmannaꝛala, quod sonat Latinè, decem hominum numerum. Hæc securitas hoc modo fiebat, scilicet, quod de omnibus villis totius regni sub decennali fidejussione debebant esse universi: Ità quod si unus ex decem forisfecerit, novem ad rectum eum haberent: quod si aufugeret, daretur lege terminus ei xxxi. dierum: quęsitus interim & inventus, ad justitiam regis adduceretur. Et de suo illico restauraret damnum quod fecerat. Et si ad hoc forisfaceret, de corpore suo justitia fieret. Sed si infra prædictum terminum inveniri non posset, quia in omni friborgo unus erat capitalis quem vocabant ꝼꞃiboꞃgeꞅheoꝼoꝺ, ipse capitalis sumeret duos de melioribus sui friborgi, & de tribus friborgis sibi propinquioribus acciperet de unoquoque capitalem & duos de melioribus uniuscujusque friborgi si posset habere, & ità se duodecimo existente purgaret se & friborgum suum (si facere posset) de forisfacto & fuga supradicti malefactoris. Quod si facere non posset, ipse cum friborgo suo damnum restauraret de proprio malefactoris quamdiu duraret, quo deficiente de suo & friborgi sui perficeret, & erga justitiam emendaret, secundùm quod legaliter eis judicatum fuisset. Tandem verò sacramentum quod non potuerunt adimplere per tres friborgos sibi viciniores per seipsos jurarent, sese nullatenus fore culpabiles, & si quando possent eum recuperare adducerent ad justitiam, aut justitiæ dicerent ubi esset. * *i.* fidejussionem. * *i.* fidejussorem primarium.

De

De Baronibus qui suas habent curias & consuetudines.

21. Archiepiscopi, Episcopi, Comites, Barones, *& omnes qui habuerint sacham & socam, thol, theam, & infangthefe,* etiam milites suos, & proprios servientes, scilicet dapiferos, pincernas, camerarios, *pistores* & cocos sub suo friborgo habeant. Et item isti suos armigeros, vel alios sibi servientes sub suo friborgo. Quod si cui forisfacerent, & clamor vicinorum de eis assurgeret, ipsi tenerent eos rectitudini in curia sua: illi dico qui haberent sacham & socam, thol, & theam, & infangthefe.

De Sacha.

22. Sacha est, quod si quilibet aliquem nominatim de aliquo calumniatus fuerit, & ille negaverit, forisfactura probationis vel negationis (si evenerit) sua erit.

De Soca.

23. Soca est, quod si aliquis quærit aliquid in terra sua, etiam furtum, sua est justitia si inventum fuerit, an non.

De Thol.

24. Thol (quod nos dicimus tholonium) est, scilicet quod habeat libertatem vendendi & emendi in terra sua.

De Theam.

* *i.* penès alium defendat.

25. Theam, quod si quispiam aliquid * interciet super aliquem, & interciatus non poterit warrantum suum habere, erit forisfactura sua, & justitia similiter de calumniatore si defecerit.

De infangthefe.

26. Justitia cognoscentis latronis sua est, de homine suo si captus fuerit super terram suam. Illi verò qui non habent has consuetudines, coram justitia regia rectum faciant in Hundredis, vel in Wapentachiis, vel in Scyris. 133

De hospitibus.

* *i.* notus, vel ignotus

27. Si quis hospitaverit privatum, vel alienum, qui Anglicè *cuþ ⁊ uncuþ dicuntur, poterit eum noctibus habere duabus tanquam hospitem. Qui si forisfecerit, non incurrat Dominus damnum pro hospite, veruntamen si cui damnum illatum fuerit, & ad justitiam de eo clamorem fecerit, quod ipsius consilio malum factum fuerit, cum duobus legalibus vicinis suis purgabit se sacramento de consilio, & de facto: quos nisi habuerit, damnum emendet, & forisfacturam. Quem si terria nocte hospitatus fuerit, & is alicui forisfecerit, habeat eum ad rectum tanquam de propria familia, quod Anglicè dicitur, *τρa nıghτ ȝeγτ. þρıo nıghτ aȝen hıne; Quem nisi poterit ad rectum habere, habebit terminum prædictum mensis & unius diei. Et si poterit inveniri malefactor, restauret damnum quod fecerat & emendationem si poterit, & de corpore si adjudicatum fuerit ei. Si verò malefactor non poterit damnum restaurare quod fecerat, hospes suus restaurabit, & forisfacturam: Et si justitia habet eum suspectum, purgabit se judicio Hundredi vel Scyræ.

* *i.* duabus noctibus hospes, tertia familiaris habendus est.

De animalibus, *& alia re inventa.*

28. Si quis adduxerit animal in villam, vel apportaverit pecuniam, & dixerit se invenisse, priusquam in domum introducat suam vel etiam alterius, ante Ecclesiā ducat, & coram sacerdote ecclesiæ, & præposito villæ, & melioribus hominibus totum ostendat inventum quicquid sit: Præfectus villæ mox mittat ad quatuor villas propinquiores pro sacerdotibus & præpositis villarum, qui adducant secum tres vel quatuor de melioribus hominibus de unaquaque villa, quibus congregatis ostendatur totum inventum. Postea verò testimonio ipsorum præpositus (de cujus dominio inventor est) custodiat inventum usque in diem crastinum. Die autem crastino cum aliquantis vicinorum suorum qui viderunt inventum, ad Hundredi eat præfectum, in quo hundredo sua villa est, & ipsi ostendat totum. Et si homo alicujus domini sit in cujus terra inventum est hoc, & dominus in cujus terra inventum est non habet consuetudines

ſuetudines ſuas, ſcilicet ſake & ſoke, omnia tradat præfecto hundredi (ſi habere voluerit) cum bonis teſtibus. Sed ſi dominus habuerit conſuetudines ſuas, in curia domini rectum teneatur.

De Judæis.

29. Sciendum quoque quod omnes Judæi ubicunque in regno ſunt, ſub tutela & defenſione regis ligea debent eſſe, nec quilibet eorum alicui diviti ſe poteſt ſubdere ſine Regis licentia. Judæi enim & omnia ſua Regis ſunt. Quod ſi quiſpiam detinuerit eos, vel pecuniam eorum, perquirat rex ſi vult tanquam ſuum proprium.

De pace Regis.

30. Hi qui pacem Regis habent, vel manu, vel brevi, ei fideles exſiſtant. Ideóq; ſumma neceſſitas eis eſt, ut eam inviolabiliter cuſtodiant erga omnes, nec ob ſecuritatem pacis adeptam detineant rectitudines, vel ſervitia dominorum ſuorum, ſed nec vicinorum, quia non eſt dignus habere pacem, qui non diligit obſervare eam. Qui ſi nimis confidens in pace quam habet, per ſuperbiam alicui forisfecerit, damnum reſtauret, & iterum tantundem, quod Angli vocant Aſtrihilthet. * aliàs, atrihilthet.

De emendatione Pacis.

31. Pax data manu Regis & octo dierum quibus primum coronatus eſt, & pax prędictorum feſtorum, & pax per breve regis unum habent modum emendationis, & hoc judicio quod majus habetur in Scyra ubi pax fracta fuerit, verbi gratia, In Danelega per xviii. hundreda, qui numerus complet ſepties viginti libras, & quatuor: quoniam forisfacturam hundredi Dani, Norwegienſes viii. lib. habebant. Multipli-
134 catis igitur octo per octodecem, faciunt centum & quadraginta quatuor. Et hoc non ſine cauſa: De iſtis enim octo libris rex habebat centum ſolidos, & conſul comitatus quinquaginta qui tertium habebat denarium de forisfacturis: Decanus autem Epiſcopi in cujus decanatu pax fracta fuerat reliquos decem præter pacem regis, ſcilicet de pace data manu regis, & de primo coronatu, & de ſupradictis feſtis, Natalis, Paſchæ, Pentecoſtes.

De centurionibus & capitalibus friborgis.

32. Cùm autem contingeret quod quidam ſtulti & improbi gratìs & nimìs conſuetè erga vicinos ſuos forisfacerēt, cœperunt ſapientes adinvicem ſuper hoc habere conſilium, & ſtatuerunt juſtitiarios ſuper quoſque decem friborgos, quos Decanos poſſumus appellare, Anglicè verò * tienheoꝼoꝺ dicti ſunt, i. caput de decem. Iſti inter villas & vicinos cauſas tractabant, & ſecundùm forisfacturas emendationes capiebant, & concordationes faciebant, videlicet, de paſcuis, pratis, meſſibus, & de litigationibus inter vicinos, & innumerabilibus hujuſmodi decertationibus quæ humanam fragilitatem infeſtant, & eam inceſſanter oppugnant. Cùm autem cauſæ majores erumpebant, referebantur ad ſuperiores eorum juſtitiarios quos ſupradicti ſapientes ſuper eos conſtituerant, ſcilicet ſuper decem decanos, quos poſſumus dicere centuriones, vel centenarios, eò quòd ſuper centum friborgos judicabunt. * i. decemvir.

De Hundredis & Wapentachiis.

* Ewerwickſhire, Nicolſhyre, Notinghamſhyre, Leyceſterſhire, Northamptonſhire, uſque ad Watlingſtrete, & octo milaria ultra Watlingſtrete ſub lege Anglorum ſunt. Et quod Angli vocant Hundredum, ſupradicti comitatus vocant Wapentachium: Et non ſine cauſa: Cùm quis enim accipiebat præfecturam Wapentachii, die ſtatuto in loco ubi conſueverant congregari, omnes majores natu contra eum conveniebant, & deſcendente eo de equo ſuo omnes aſſurgebant ei. Ipſe verò erecta lancea ſua ab omnibus ſecundùm morem fœdus accipiebat: Omnes enim quotquot veniſſent cum lanceis ſuis ipſius haſtam tangebant, & ità ſe confirmabant per contactum armorum, pace palàm conceſſa. Anglicè enim arma vocantur ꝼæpnu, & taccaꝼe confirmare; quaſi armorum confirmatio, vel ut magìs expreſſè ſecundùm linguam Anglicam dicamus Wapentac, armorum tactus eſt; ꝼepnu enim ar- * aliàs, Warwickſhire.

ma ſonat, tac tactus eſt. Quamobrem poteſt cognoſci quod hac de cauſa totus ille conventus dicitur Wapentac, eò quòd per tactum armorum ſuorum ad invicem conſœderati ſunt.

De trihingis & ledis.

34. Erant etiam & alię poteſtates ſuper Wapentachia, quas vocabant þrihingar quod erat tertia pars Provinciæ. Qui verò ſuper eas dominabantur, vocabantur ðrihingerefar, ad hos deferebantur cauſæ quæ non poterant definiri in Wapentachiis. Sicque quod Angli vocabant Hundredum, iſti Wapentachium: & quod Anglicè vocabant 3. vel 4. Hundreda, iſti vocabant ðrihinga. In quibuſdam verò Provinciis Anglicè vocabantur leð, quod iſti dicunt trihinge: quod autem in ðrihinge definiri non poterat, ferebatur in Scyram.

De Greve.

35. Greve quoque nomen eſt poteſtatis, Latinorum lingua nihil expreſſius ſonat quam præfectura, quoniam hoc vocabulum adeò multipliciter diſtenditur quod de Scyra, de Wapentachiis (quemadmodum etiam eſt leð) de hundredis, de burgis, etiam de villis Greve vocetur. In quo idem ſonare videtur, & ſignificare quod dominus. Videtur etiam quibuſdam Greve vocabulum, eſſe nomen compoſitum ex Anglico grið, & væ Latino. Grið enim pax eſt, Væ miſeria, ipſo domino atteſtante, qui dicat, Væ tibi Bethſaida, vę tibi Corozaim. Greve igitur ideo dicitur, quod jure debebat grið, id eſt, pacem ex illis facere qui patrię inferunt væ, id eſt, 135
miſeriam, vel malum. Teutonici etiam & Friſones, & Flandrenſes, conſules ſuos Mergreve, quaſi majores dominos, vel bonos pacificos vocare ſolent. Et ſicut modò vocantur. Greve qui ſuper alios præfecturas habent, ità apud Anglos antiquitus vocabantur ealdormen, quaſi ſeniores, non propter ſenectutem cùm quidem adoleſcentes eſſent, ſed propter ſapientiam. *Et ſimiliter olim apud Britones temporibus Romanorum in regno iſto Britanniæ vocabantur Senatores, qui poſtea temporibus Saxonum ut prædictum eſt, vocabantur Aldermanni, non propter ætatem, ſed propter ſapientiam & dignitatem, cùm quidem adoleſcentes eſſent, juruperiti tamen, & ſuper hoc experti. Et ut verum fatear, habent etiam Aldermanni in civitatibus regni hujus in Ballivis ſuis, & in Burgis clauſis, & muro vallatis, & in caſtellis eandem dignitatem, & poteſtatem, & modum, qualem habent præpoſiti hundredorum & Wapentachiorum in Ballivis ſuis ſub vicecomite regis per univerſum regnum. Debent enim & leges, & libertates, & jura, & pacem regis, & juſtas conſuetudines regni, & antiquas à bonis prædeceſſoribus approbatas, inviolabiliter, & ſine dolo, & ſine dilatione, modis omnibus pro poſſe ſuo ſervare. Cùm aliquid verò inopinatum, vel dubium, vel malum, contra regnum, vel contra coronam Domini Regis, fortè in Ballivis ſuis ſubitò emerſerit, debent ſtatim pulſatis campanis quod Anglicè vocant* motbel *convocare omnes, & univerſos, quod Anglicè dicunt* folcmote, i. *vocatio & congregatio populorum, & gentium omnium, quia ibi omnes convenire debent, & univerſi qui ſub protectione & pace Domini regis degunt, & conſiſtunt in regno prædicto, & ibi providere debent indemnitatibus coronæ regni hujus per commune conſilium, & ibi providendum eſt ad inſolentiam malefactorum reprimendam ad utilitatem regni. Statutum eſt enim quod ibi debent populi omnes, & gentes univerſæ ſingulis annis, ſemel in anno ſcilicet convenire, ſcilicet in capite Kal. Maii, & ſe fide & ſacra-*
* i. violato. *mento non * fracto ibi in unam & ſimul conſœderare, & conſolidare ſicut conjurati fratres ad defendendum regnum contra alienigenas, & contra inimicos, unà cum Domino ſuo rege, & terras, & honores illius omni fidelitate cum eo ſervare, & quod illi ut domino ſuo regi intra & extra regnum univerſum Britanniæ fideles eſſe volunt. Ità debent facere omnes principes, & comites, & ſimul jurare coram epiſcopis regni in* folcmote, *& ſimiliter omnes proceres regni, & milites, & liberi homines univerſi totius regni Britanniæ facere debent in pleno* folcmote *fidelitatem domino regi ut prædictum eſt coram Epiſcopis regni. Hanc legem invenit Arthurus, qui quondam fuit inclytiſſimus Rex Brytonum, & ità conſolidavit, & conſœderaverit regnum Britanniæ univerſum ſemper in unum. Hujus legis authoritate expulit Arthurus prædictus Saracenos, & inimicos à regno. Lex enim iſta diu ſopita fuit, et ſepulta, donec Edgarus rex Anglorum qui fuit avus Edwardi*

regis

regis propinqui vestri illam excitavit, et erexit in lucem, et illam per totum regnum firmiter observari præcepit. Debent etiam universi liberi homines totius regni juxta facultates suas, et possessiones, et juxta* catalla sua, et secundum feodum suum, et secundum tenementa sua, arma habere, et illa semper prompta conservare ad tuitionem regni, et servitium dominorum suorum, juxta præceptum Domini Regis explendum et peragendum. Non debent illa* invadiare, nec extra regnum vendere, sed hæredibus suis in extremis legare ad servitium tenementorum suorum dominis suis explendum cum opus adfuerit. Quod si qui eorum hæredes vel parentes non habuerint, dominus suus illa recipiet: Et si dominum non haberent, felagus suus (i. fide cum eo ligatus) si haberet, illa reciperet: Si verò nihil istorum haberet, tunc regni sub cujus protectione et pace degunt universi rex illa resumet. Universi verò prædicti singulis annis in crastino Purificationis Beatæ Mariæ debent omni excusatione remota arma sua per universum regnum ostendere, scilicet in civitatibus regni, et in burgis, et in castellis, et hundredis, et Wapentachiis regni, secundum eis quod statutum est, et adjudicatum, et juxta quod debent, et idcirco hoc fieri debet uno eodem die per universum regnum, ut prædictum est, nè aliquid possint arma sua familiaribus suis et notis accommodare, nec ipsi illa mutuo accipere, ac justitiam domini regis defraudare, et dominum regem et regnum offendere. Si qui eorum infirmi fuerint, vel aliis de causis in re-
136 gno occupati, vel urgentissimis negotiis extra regnum vel in regno detenti, inveniant alios pro semetipsis qui sufficienter hoc faciant: quod nisi fecerint, Vicecomites, et Aldermanni et Præpositi hundredorum, et Wapentachiorum, et cæteri Ballivi domini Regis illud domino regi graviter emendare debent. Hujus legis autoritate Æthelredus rex subito uno eodémque die per universum regnum Danos occidit. Barones verò qui suas consuetudines habent, & qui suam habent curiam, de suis hominibus videant, ut sic de eis agant, & omnia ritè faciant, quatenus erga dominum regem reatum non incurrant, nec coronam regni prædicti offendant.

* i. res, facultates.

* i. pignori ponere.

De heretochiis, &c.

Erant & aliæ potestates & dignitates per Provincias, & patrias universas, & per singulos comitatus totius regni prædicti constitutæ, qui Heretoches apud Anglos vocabantur, scilicet Baronet, Nobiles, & insignes sapientes, & fideles, & animosi, Latinè verò dicebantur Ductores exercitûs, apud Gallos, capitales Constabularii, vel Mareschalli exercitus. Illi verò ordinabant acies densissimas in præliis, & alas constituebant prout decuit, & prout melius eis visum fuit, ad honorem coronæ, & ad utilitatem regni. Isti vero viri eligebantur per commune consilium pro communi utilitate regni, per provincias & patrias universas, & per singulos comitatus in pleno folcmote, sicut & Vicecomites Provinciarum & Comitatuum eligi debent: Ità quod in quolibet comitatu semper fuit unus Heretoch per electionem electus, ad conducendum exercitum comitatus sui juxta præceptum domini regis, ad honorem & utilitatem coronæ regni prædicti semper cum opus adfuerit in regno. Item qui fugiet à domino, vel socio suo pro timiditate belli, vel mortis, in conductione Heretochii sui in expeditione navali, vel terrestri, perdat omne quod suum est, & suam ipsius vitam, & manus mittat dominus ad terram quam ei antea dederat. Et si terram hæreditariam habeat, ipsa in manus regis transeat. Et qui in bello ante dominum suum ceciderit, sit hoc in terra, sit alibi, sint ei relevationes condonatæ, & habeant hæredes ejus pecuniam & terram ejus sine aliqua diminutione, & rectè dividant inter se. Et qui terram acquietatam habet comitatus testimonio, habeat sine querela in die, & post diem ad dandum ei quem plus amabit. Et omnis sit venatione sua dignus in nemore, in campo, in dominio suo, & abstineat omnis homo à venariis Regis, ubicunque pacem eis habere voluerit, super plenam Witam, idest, foris facturam. Et omnis homo pacem habeat eundo ad* gemotum, vel rediens de gemoto, nisi probatus fur fuerit: Et qui leges* apostabit, si fuerit Anglicus, vel Dacus, vel Walisicus, vel Albanicus, vel Insulicola, Weræ suæ reus sit apud regem, & si secundo id faciat, reddat bis Weram suam; & si quid addat tertio, reus sit omnium quæ habebit. Item aliud folkmote esse debet in quolibet comitatu, per Provincias & Patrias totius regni prædicti universas, scilicet in capite kal. Octob. ad providendum ibi quis erit vicecomes, & qui erunt eorum heretochii, & ad audiendum ibi justa eorum præcepta consilio & assensu procerum, & judicio folkesmote: Et ut* Wardæ juste & ritè observentur, & ut cautè deinceps incendiis sibi illic provideant, cùm ad propria redibunt. Ità vero bis folkemote singulis annis semper celebrari debet per annum per universos comitatus, & provincias, & patrias universas totius regni prædicti, pro pace, & stabilitate, & confirmatione regni, ut prædictum est, super plenam* Witam. Debet autem Scyremote bis, hundreda &

* i. ad comitia.

* i. violarit

* i. vigiliæ, custodiæ.

* i. mulctam

wapentachia duodecies in anno congregari, & ſeptem diebus antea ſummoniri, niſi publicum commodum vel dominicaregis neceſsitas terminum præveniat. Debet etiam in London quæ caput eſt regni & legum, ſemper curia domini regis ſingulis ſeptimanis die Lunæ Huſtingis ſedere, & teneri. Fundata enim erat olim & ædificata ad inſtar, & ad modum, & in memoriam veteris magnæ Trojæ, & uſque in hodiernum diem leges, & jura, & dignitates, libertates, regiáſque conſuetudines antiquæ magnæ Trojæ in ſe continet. In ea itaque ſuperſunt ardua compota, & ambigua placita coronæ, & curiæ domini regis totius regni prædicti, quæ hucuſque & conſuetudines ſuas una ſemper inviolabilitate conſervat, ubicunque ipſe rex fuerit, ſive in expeditione, ſive alibi, propter fatigationem gentium & populorum regni juxta veteres conſuetudines bonorum patrum, et prædeceſſorum, et omnium principum, et procerum, et ſapientum ſeniorum totius regni prædicti.

De illis qui poſſunt & debent de jure cohabitare, & remanere in regno Brytanniæ.

Brytones vero Armorici cum venerint, in regno iſto ſuſcipi debent, & in regno protegi, 137
ſicut probi cives. De corpore regni hujus exierunt quondam, de ſanguine Brytonum regni hujus. Guti vero ſimiliter cum veniunt ſuſcipi debent, & protegi in regno iſto ſicut conjurati fratres, ſicut propinqui & propriis cives regni hujus. Exierunt enim quondam de nobili ſanguine Anglorum, ſcilicet de Engracivitate, & Anglici de ſanguine illorum, & ſemper efficiuntur populus unus, & gens una. Ita conſtituit optimus Ina Rex Anglorum, qui electus fuit in regem per Angelum, & qui primò obtinuit monarchiam totius regni hujus poſt adventum Anglorum in Brytanniam. Primus enim fuit Rex coronatus Anglorum & Brytonum ſimul manentium in Britannia poſt adventum Saxonum Germaniæ, ſcilicet, poſt acceptam fidem à beato Gregorio per S. Auguſtinum. Cœpit enim prædictus Ina in uxorem ſuam Gualam nomine, propter quam vocata eſt Wallia illa terra quæ quondam vocabatur Cambria. Bigamus enim fuit. Cepit autem cum ultima uxore ſua Cambriam, & Cornubiam, & Coronam benedictam Britanniæ, quæ fuerat ultimo Cadwaladro Regi Britanniæ. Et univerſi Angli qui tunc temporis extiterunt, uxores ſuas ceperunt de Brytonum genere, & Brytones uxores ſuas de illuſtri ſanguine & genere Anglorum, hoc eſt, de genere Saxonum. Hoc enim factum fuit per commune conſilium & aſſenſum omnium epiſcoporum, & principum, procerum, comitum, & omnium ſapientum ſeniorum, & populorum totius regni, & per præceptum Regis Inæ prædicti. Multi vero Angli ceperunt uxores ſuas de ſanguine & genere Anglorum Germaniæ, & quidam Angli ceperunt uxores ſuas de ſanguine & genere Scotorum, proceres vero Scotorum, & Scoti ferè omnes ceperunt uxores ſuas de optimo genere & ſanguine Anglorum Germaniæ, & ità fuerunt tunc temporis per univerſum regnum Brytanniæ duo in carne una. Et taliter conſtituit rectum conjugium, (& delevit fornicationem, & immunditiam à regno) & recta judicia pro ſtabilitate regni, & confirmatione populorum benigna ſedulitate. Et tali modo effecti fuerunt gens una, & populus per unus univerſum regnum Brytanniæ miſeratione divina. Deinde univerſi vocaverunt regnum Anglorum, quod antea vocatum fuit regnum Brytanniæ. Univerſi prædicti ſemper poſtea pro communi utilitate coronæ regni inſimul & in unum viriliter contra Danos & Norwegienſes ſemper ſteterunt, & atrociſſimè unanimi voluntate contra inimicos pugnaverunt, & bella atrociſſima in regno geſſerunt. Erat enim prædictus Rex Ina optimus, largus, ſapiens, prudens, moderatus, ſtrenuus, juſtus, animoſus, & bellicoſus pro loco & tempore, & in divinis legibus, & in ſecularibus inſtitutis, ſcriptis, & bonorum operum exhibitionibus irradiavit glorioſus, rexítque regnum, confœderavit, & conſolidavit, & in unum pacificavit ſapientia & prudentia magna, & ubi locus adfuit, vi & manu armata.

☞ Qui vetus exemplar manu tranſcripſit, fatetur ſe hoc in loco deſcriptionem Brytanniæ (quod nihil non vulgare in ſe haberet) conſultò prætermiſiſſe.

De jure & appendiciis coronæ regni Brytanniæ.

Arthurus qui fuit quondam inclytiſsimus Rex Brytonum, vir magnus fuit & animoſus, & miles illuſtris, parum fuit ei regnum iſtud, non fuit animus ejus contentus regno Brytanniæ, ſubjugavit igitur ſibi ſtrenue Scanciam totam, quæ modo Norweia vocatur, & omnes inſulas ultra Scanciam, ſcilicet, Iſlandiam, & Grænlandiam, quæ ſunt de appendiciis Norweiæ, & Snechordam, & Hybernlam, & Gutlandiam, & Daciam, Semelandiam,

Winlan-

Winlandiam, Curlandiam, Roe, Femelandiam, Wirelandiam, Flandriam, Cherrelam, Lappam, & omnes alias terras, et insulas orientalis oceani usque Russiam (In Lappa scilicet posuit orientalem metam regni Brytanniæ) et multas alias insulas ultra Scanciam, usquedum sub septentrione, quæ sunt de appendiciis Scanciæ, quæ modo Norweia vocatur. Fuerunt gentes feræ, et indomitæ, et non habuerunt dilectionem Dei, nec proximi, quia ab aquilone pandetur omne malum. Fuerunt autem ibi Christiani occulte. Desiderantur nonnulla in exemplari.

Arthurus autem Christianus optimus fuit, et fecit eos baptizari, et unum Deum per totam Norweiam venerari, et unam fidem Christi semper inviolatam custodire, et suscipere. Ceperunt universi proceres Norweiæ uxores suas de nobile gente Brytonum tempore illo, unde Norwegienses dicunt se exiisse de gente, et sanguine regni hujus. Impetravit enim temporibus illis Arthurus Rex à domino Papa, et à curia Romana, quod confirmata sit Norweia in perpetuum coronæ Brytanniæ, in augmentum regni hujus, vocavitque illam dictus
138 *Arthurus, cameram Brytanniæ. Hæc vero de causa dicunt Norwegienses se debere in regno isto cohabitare, et dicunt se esse de corpore regni hujus, scilicet de corona Brytanniæ. Maluerunt enim manere in regno isto, quam in terra eorum propria. Terra enim eorum arida est, et montuosa, et sterilis, et non sunt ibi segetes nisi per loca: Ista vero opulenta est, et fertilis, et crescunt hic segetes, et cætera universa. Qua ex causa sæpius per vices gesta sunt bella atrocissima inter Anglos & Norwegienses, & interfecti sunt innumerabiles. Occupaverunt vero Norwegienses terras multas, & insulas regni hujus, quas adhunc detinent occupatas, nec potuerunt unquam postea penitus evelli. Tandem modo confœderati sunt nobiscum fide & sacramento, & per uxores suas quas postea ceperunt de sanguine nostro, et per affinitates, et per conjugia. Ita demum constituit, et eis concessit bonus Rex Edwardus propinquus noster (qui fuit optimus filius pacis) per commune consilium totius regni. Qua de causa possint, et debent prædicti de cætero nobiscum cohabitare, et remanere in regno sicut conjurati fratres nostri.*

Lex *Noricorum*, & Danorum in Brytannia.

Erat etiam lex *Noricorum, &* Danorum, Norfolk, Suffolk, & Grantabridgeshyre, *De ira et insularum, scilicet, Carthenensium, Mannensium, Murthensium, et Orchadum et Inchegalensium, et Ordacensium, et de Gurth* quæ habebant in emendatione forisfacturæ ubi supradicti comitatus habuerunt xviii. hundreda, ista decem & dimidium, & hoc affinitate Saxonum, quia tunc temporis major emendatio forisfacturæ Saxonum fuit xliiii. lib. In omnibus aliis causis & forisfacturis eandemlegem habebant cum supradictis Norwegiensibus. Quam cum Rex Wilhelmus audisset cum aliis sui regni legibus, maxime appretiatus est eam, & præcepit ut observaretur per totum regnum. Proferebat enim quod antecessores ejus, & omnium Baronum ferè Normannorum, Norwegienses extitissent, & quod de Norweia olim venissent. Et hac autoritate leges eorum *cum profundiores et honestiores omnibus aliis essent*, præ cæteris regni sui legibus asserebat se debere sequi, & observare. Quippe cum aliarum legibus Nationum, Brytonum scilicet, Anglorum, Pictorum *et Scotorum* præponderassent. Quo audito, mox universi compatriotæ regni qui leges edixerant, tristes effecti, unanimiter deprecati sunt, quatenus permitteret sibi leges proprias, & consuetudines antiquas habere, in quibus vixerunt patres eorum, & ipsi in eis nati & nutriti sunt, quia durum valde foret sibi suscipere leges ignotas, & judicare de eis quas nesciebant. Rege vero ad flectendum ingrato existente, tandem eum prosecuti sunt deprecantes, quatenus per animam regis Edwardi, qui sibi post diem suum concesserat coronam & regnum, & cujus erant leges, nec aliorum extraneorum exaudiendo concederet eis sub legibus perseverare paternis. Unde consilio habito, precatu Baronum tandem acquievit. *Thomas vero Archiepiscopus Cantuariensis, et Mauritius Episcopus scripserunt propriis manibus omnia ista prædicta per præceptum prædicti Regis Wilhelmi.* Ex illo igitur die multa autoritate veneratæ, & per universum regnum corroboratæ, & observatæ sunt præ cæteris patriæ legibus leges Edwardi Regis sancti, quæ prius inventæ & constitutæ fuerunt tempore Regis Edgari avi sui. Verum post mortem ipsius dimissæ sunt annis circiter lxviii. Edwardus enim filius, ejus hæres, scilicet, de uxore legitima natus, regnavit annis quatuor, hebdomat. xvi. minus. Quo occiso innocente suæ dolo novercę, propter innocentem ejus vitam castam, & elemosynis plenam, interfectionem ejus immeritam pro martyrio reputaverunt,

* i. consilii nopt. eum & ſanctum habuerunt. Poſt ipſum Ældredus *unnade frater ejus regnum ſuſcepit, & regnavit in multis adverſitatibus & periculis xxxviii. annos. Poſt ipſum
* i. ferreum latus. Ældredum Edmundus *ýpenſide filius ejus regnavit ferè novem menſibus, in quibus viriliter contra Regem Chnutum quinquies dimicavit. Ultimo verò bello peracto, concordes ad invicem effecti ſunt, regnúmque per medium diviſerunt: Et medietas Angliæ Chnuto, medietas altera ceſſit Edmundo, eo tenore, ut ſi quis eorum alterum ſuperviveret, regnum ſuperſtes totum poſſideret, nec interim alteruter co- 139
ronaretur. Firmata igitur taliter (univerſis Angliæ primatibus aſſenſum præbentibus, inter ſe conventione, primo poſt menſe Edmundus ex hac luce (proh dolor) ſubtrahitur. Chnutus deinde ſuſcepit totum Angliæ principatum, regnavítque fere xviii. annos. Quo defuncto, Haraldus *Hareſote* filius Chnuti & Elvinæ falſo penè ab omnibus putatus, ſucceſsit, & quinque annos regnavit. Poſt quem Hardicnutus filius Chnuti, & Emmæ ſororis* Roberti Normannorum Ducis, & matris regis ultimi
*al. Ricardi Edwardi i. ſancti, regnavit duobus annis, hebdomatibus 12. minus: atq; ſic completi ſunt lxviii. anni in quibus leges prædictæ fuerunt penitus prętermiſſæ. Sed poſtquam Rex Edwardus venit ad regnum, conſilio Baronum Angliæ legem lxviii. annis ſopitam excitavit, excitatam reparavit, reparatam decoravit, decoratam confirmavit, confirmata verò vocata eſt lex Regis Edwardi, non quod ipſe primus adinveniſſet eam, ſed cùm prætermiſſa fuiſſet, & oblivioni penitus dedita à diebus avi ſui regis Edgari, qui xvii. annos regnavit, & qui primus ejus inventor fuiſſe dicitur, uſque ad ſua tempora, videlicet ut prædictum eſt lxviii. annos poſt dies ipſius Edgari, ipſe Edwardus quia juſta erat, & honeſta, à profundo abyſſo extraxit eam, & renovavit, & ut ſuam obſervandam contradidit. Iſte præfatus Edmundus ýpenſide habuit quendam filium Edwardum nomine, qui mox patre mortuo (timore Chnuti regis) aufugit ad regnum Rugorum, quod nos meliùs vocamus Ruſſiam. Quem rex terræ Maleſclotus nomine, ut cognovit quis eſſet, honeſtè retinuit. Qui de nobili progenie ibidem duxit uxorem, de qua natus eſt ei Edgarus Ethelinge, & Margareta quæ fuit
*al. Chriſtiana. poſtea regina Scotiæ, & * Chriſtina ſoror ejus. *Fuit autem Margareta prædicta generoſa valde, et optima, ſcilicet ex parte patris ex nobili genere et ſanguine regum Anglorum, et Britonum, ex parte verò matris ex genere et ſanguine regum Rugorum, ſanctiſsimis anteceſſoribus ſuis in bonis, et laudabilibus actibus conſimilis, præclara effulſit: erat enim de jure poſt deceſſum Edgari Athelinge fratris ſui, verus hæres ultimi regis Edwardi de corona totius regni prædicti, ſed inſtinctu, petitione, et voluntate boni Regis Edwardi propinqui noſtri, aliter mutatum eſt, qui coronam nobis totius regni prædicti dedit, et regnum prædictum nobis jurare fecit, qui peroptimè æquitatem, et ſcientiam, juſtitiam, probitatémque noſtram novit. Princeps verò Albaniæ duxit eam in uxorem caſu fortuito. Picti enim à Picto duce vocantur, Scotti verò Albaniæ, à Scotto duce. Eſt enim Albania pars Monarchiæ regni hujus, quodolim vocabatur regnum Brytanniæ.* Cui Chriſtinæ Ed-
al. Luneſi. wardus dedit terram, quam habuit poſtea Radulphus de Limiſeia. Fuit enim prædicta Chriſtiana ſoror Edgari Ethelinge, propter quem miſit rex Edwardus avunculus ejus, & fecit eum venire ad ſe, qui poſtquam venit non multum vixit, & uxor illius in brevi temporis curriculo defuncta eſt. Rex verò Edwardus Edgarum filium eorum ſecum retinuit, & pro filio nutrivit. Et quia cogitavit ipſum hæredem facere, nominavit Ethelinge, quod nos Domicellum, i. damiſell: Sed nos indiſcretè de pluribus dicimus, quia Baronum filios vocamus Domicellos. Angli verò nullos niſi natos regum. Quod ſi expreſſius volumus dicere, in quadam regione Saxoniæ, Ling, imago dicitur, Athel Anglicè nobilis eſt, quæ conjuncta ſonant, nobilis imago. Unde etiam Occidentales Saxonici, ſcilicet Exceſtrenſes, habent in Proverbio ſummi deſpectus, hinderling, i. omni honeſtate dejecta, vel recedens imago. Rex autem Edwardus ut cognovit gentis ſuæ nequitiam, & præcipuè ſuperbiam filiorum Godwini, ſcilicet Haraldi, qui poſtea regnum invaſit, Toſti, Gurti, Leofwini, & aliorum fratrum ſuorum, comperit non poſſe fore ſtabile vel ratum quod propoſuerat de Edgaro Ethelinge, adoptavit Wilhelmum ducem Normannorum in regnum, Wilhel-
*al. Ricardi mum dico Nothum, i. Baſtardum, filium * Roberti avunculi ſui, videlicet fratris matris ſuæ, virum ſtrenuum, bellicoſum, & fortem, qui poſtea annuente Deo debellando ſupradictum Haraldum Godwini filium, regnum Anglorum victorioſè adeptus eſt.

De

140 *De latronibus.*

36. De latronibus interfectis pro latrocinio: Si quis post justitiam factā fecerit clamorem ad justitiarium quod injustè interfectus sit, & injustè jacet inter latrones, & dixerit quod velit hoc disrationari, det vadimodium suum, & inveniat plegios. Tunc detur ei mensis & unius diei terminus, ut tunc habeat parentes interfecti ex utraque parte generis, scilicet ex parte patris xii. & ex parte matris sex. Quod si isti decem & octo velint disrationari cum illo qui primitus clamorem fecerat, & vadimonium dederat, det unusquisque eorum suum vadium cum gladio, & postea inveniat plegios tales qui possunt reddere forisfacturam, i. Were suum, nisi possint disrationari quod dicunt. Tunc demum interfector suum det vadimonium, & inveniat plegios quod justè interfectus est, & merito jacet inter latrones secundum legem sicut latro: Et primum ostendat quo latrocinio, & qua ratione interfectus est. Quod si recognoverit quod vivus captus sit, nominet justitiarium, & judicem, & de vicinis testes legales. Qui si * warrantizaverint quod rectè facta sit justitia de ipso secundum latrocinium, quietus erit interfector illius. Ipsi verò qui clamorem fecerant, emendent sua vadimonia super judices, & testes. Et si disrationatum fuerit quod injustè sit interfectus, interfector dabit vadimonium justitiæ Episcopi, & fidejussores inveniet rectum persequendi. Deinde justitia Episcopi faciat invenire processionem cum sacerdote induto alba, & manipulo, & stola, & clericis in suppelliciis cum aqua benedicta, & cruce, præcedentibus candelabris, & thuribulo, cum igne, & incenso, & amici extrahant mortuum deferentes in feretrum, & portantes eum ad Ecclesiam. Ibi Missa pro defuncto celebrata, & cætero peracto officio, interrent eum ut decet Christianum. Ab ipso verò die in sexdecem diebus reddat interfector Episcopo tres forisfacturas, unam quia legalem pro latrone interfecerit, alteram quia fratrem suum pro latrone interravit, quod Angli dicunt * hiꝑemne Cnihten. tertiam, eo quod vadimonium dedit ad disrationandum se, & non potuit.

* i. in se susceperint.

* i. fratrem in Christo.

De Usurariis.

37. Usurarios quoq; defendit Rex Edwardus, nè remaneret aliquis in toto regno suo: & si quis indè convictus esset, quod fœnus exigeret, omni substantia propria careret, & postea pro exlege haberetur. Hoc autem asserebat ipse rex se audisse in curia regis Francorum dum ibidem moraretur, quod usura radix omnium vitiorum esset.

De emptionibus sine fidejussoribus, quod Anglicè dicitur fastermannes.

38. Prohibitum erat etiam in eadē lege, nè quis emeret vivum animal, vel pannum usatum sine plegiis, & bonis testibus. Si esset opus aureum vel argenteum unde emptor dubitare possit, non emeret absque aurifabris, vel monetariis. Qui si vidissent quod esset de ecclesia, vel de thesauro, non emisset sine plegio: Si venditor careret plegiis, retineretur cum censu donec venisset dominus ejus, vel alter qui posset bene eum warrantizare. Si quis hominum aliter emeret, quod stultè emisset, citò perdet, & forisfacturam. Postea inquisisset justitia per * lagamannos, & per meliores homines de Burgo, vel de villa, vel de hundredo, ubi mansisset emptor, & de quali vita fuisset, & si unquam audissent eum calumniari de exlegalitate: quod si testarentur eum de bona vita, & legalitate, purgaret se judicio comitatus quod venditorem nesciret reum de hac venditione, nec de aliqua alia exlegalitate: & si sciret venditorem suum qui esset, vel ubi fuisset, diceret: Justitia verò quæreret eum ad faciendam de eo justitiam, qui si inveniri non possit, utlagaretur.

* i. legitimos viros.

De Emptoribus, & Machecariis.

39. Cùm autem dictum est, quod nullus hominum emeret absque plegiis animal vivum, clamaverunt machecarii de civitatibus & burgis, quos Angli vocant fleshmongers, quod unaquaque die oportebat eos animalia viva emere, occidere, & vendere: nam in occisione animalium erat vita eorum. Vociferabantur etiam cives, & * Burgenses, & populus pro consuetudinibus suis, eo quod circa festum Sancti Martini consueverant animalia in foro mercari sine plegio ad occisiones contra Natale Domini faciendas. Murmur etiam multus super hoc edicto erat in turba. Quare ut æstimo, si quæreretur ibi (ut fit in quibusdam congregationibus) placere redderetur, non placet: ibi etiam si adesses, audires fundere secreta divisos aure susurros, & clamores, & vociferationes, & murmurationes tumultuantium populorum. Et laudatum est regi quatenus consuetudines justas, & sapienter deductas non auferret eis, tamen in foro regio empto mercato suo cum testibus & cognitione vendentium.

* i. carnarii & lanii.

* i. oppidani.

¶ De Ducibus *Normannorum* in *Neuſtria*, quæ modò vocatur *NORMANNIA*.

Primus Normanniæ Dux Rollo, qui etiam Robertus in Baptiſmo dictus, annos 30 regnavit, Wilhelmus filius 25. Richardus ſenior 53. Richardus ſecundus 30. Richardus tertius unum annum, Robertus frater ejus octo, Wilhelmus Baſtard comes 30. poſtea 22. annis fuit rex Anglorum. Richardus igitur ſenior habuit filiam nomine Emmam, quæ nupſit Ældredo Regi Anglorum, ex qua idem Rex genuit Edwardum & Aluredum. Tempore autem Richardi ſecundi, Ældredus Rex Danos in Anglia occidi fecit, ob quam rem Suenus Rex Danorum Angliam invaſit, & obtinuit; Ældredus verò cum uxore ſua & filiis profectus eſt in Normanniam ad Richardum ſecundum uxoris ſuæ fratrem, Normanniæ ducem. Suenus non multò poſt moritur, & in Daciam defertur tumulandus. Interea Ældredus cum uxore ad regnum ſuum revertitur, filiis ſuis cum avunculo demiſſis. Sueno tumulato, Chnutus filius magna cum claſſe (adductis ſecum Lachimanrege Suevorum, & Olavo rege Noricorum, qui apud Rothomagum baptizatus eſt) Thamiſiam intravit, & Ældredum Regem intra Londinum obſedit, qui obſeſſus infirmitate præventus moritur. Chnutus verò regno potitus, prædictam Emmam reginam accepit conjugem, ex qua genuit Hardecanutum regem Danorum, & filiam nomine Gunnildam, quæ nupſit Henrico imperatori Romanorum. Interea defuncto Richardo ſecundo, Richardus filius ejus ſucceſſit ei uno anno: quo mortuo Robertus filius ejus ſucceſſit. Qui cupiens Edwardum in regnum reſtituere, Anglorum cum claſſe pontum ingreſſus, vento inſtante adverſo apud inſulam Gerneſwic diu detentus in Normanniam revertitur: Deinde Jeruſalem profectus, Wilhelmum filium ſuum parvulum reliquit hæredem. Expletóque voto, repatriando moritur apud urbem Niceam. Wilhelmo itaque Normanniam regente, Chnutus Rex Anglorum moritur, cui ſucceſſit filius ejus Haroldus Harefote ex concubina Elfgiva natus. Quod Edwardus indignè ferens, cum xl. navibus apud Hamptonam appulit, reſiſtentibúſque ſibi Anglis, capta præda Normanniam revertitur. Interea Aluredus frater ejus cum militibus plurimis in partem aliam ingreſſus, à Godewino comite hoſpitio ſuſceptus, dolo noctu captus, cum ſuis vinctus, atque Haraldo regi cum ſociis miſſus,

* i. Levipes. *oculis privatur ſociis interemptis. Haroldus * Harefote quoque non multo poſt moritur. Cui ſucceſſit Hardecanutus à Dacia regreſſus, ex Emma Edwardi matre progenitus, qui fratrem ſuum antegenitum Edwardum è Normannia evocans ſecum habitare fecit: qui infra duos annos defunctus, Edwardum reliquit hæredem. Hic bonus rex Edwardus regnavit annis xxii. Sed carens ſobole, Wilhelmio cognato ſuo Normannorum duci tranſmiſit Robertum Cantuarienſem Archiepiſcopum, & de regno ſuo eum hæredem inſtituit. Sed & comitem Haroldum poſt eum miſit, & de regno apud Rothomagum ei fidelitatem juravit. Defuncto itaque Edwardo, Haroldus regnum doloſe invaſit & ſeditioſe, & regnavit novem menſibus, & unà cum magnis complicibus & ſeductoribus, & ſociis ſuis legitimum hæredem boni Regis Edwardi à corona totius regni prædicti injuſtè, inique, & ſeditioſe exhæreditavit. Quod Wilhelmus audiens, forti cum claſſe apud Pevenſellum appulit, ibique caſtro ædificato, apud Haſtinges aliud condidit. Cui occurrens Haraldus cum Anglis, ſub hora diei tertia ſecundo Idus Octob. bellum intulit, in quo ipſe Haraldus in primo conflictu occubuit, bello tamen uſque ad noctem protracto. Richardus verò de Brionnia propinquus Roberti Normannorum Ducis, vir ſtrenuus, magnus, & animoſus, ipſum Haraldum percuſſit, & interfecit, ſociósque ſuos denſe circumſtantes unà cum genere ſuo penitus viriliter ſtravit, fugavit, & occidit. Qui Haroldus fuit poſtea clàm quæſitus, & inventus per ſignum quod habuit in pede inter cadavera mortuorum, & ſepultus à clericis ſuis inculte in Capella de Waltham. Wilhelmus victor effectus in ſubſequenti Natali Domini, anno incarnationis Dominicæ 1066. Londini Rex Anglorum & totius regni hujus Britanniæ mox cum gaudio coronatur, regnavítque annis 22. Obiit Rothomagi, & ſepultus eſt apud Cadamurum in Abbatia S. Stephani quam conſtruxerat. Regia autem uxor ſua Matildis obiit Rothomagi, & ſepulta eſt apud Cadomum in Abbatia S. Trinitatis, quam ipſa conſtruxerat. Poſt quem regnavit Wilhelmus filius ejus, 13. annis. Cujus anno nono peregrinatio multarum gentium facta eſt in Jeruſalem contra Saracenos: quarto verò anno peregrinationis capta eſt Jeruſalem à Francis & regnavit in ea dux Lotharingiorum Godefridus anno tantum uno: cui ſucceſſit Baldwinus frater ejus annis 18. Anno verò 13. Wilhelmus rex Anglorum, & totius regni ſecundus, occiditur venando ſagitta in Anglia, & ſepultus eſt in Cathedrali Eccleſia Winton. Erat autem miles ſtrenuus, probus, animoſus, bellicoſus, & largus, ſed clerum odio habuit univerſum. Habuit & tenuit eccleſia totius hujus regni, & univerſum regnum prædictum libertatem ſuam cum omni integritate & honore uſque ad tempora iſtius Wilhelmi regis minoris, qui Ruſus vocabatur, donec eodem à Baronibus totius regni hujus auxilium requirente, ad Normanniam retinendam de Roberto fratre ſuo, cognomento Curthoſe, Jeruſalem proficiſcente, conceſſum eſt ei, non lege ſtatutum tamen, neque lege firmatum, ſed hac neceſſitatis cauſa ex unaquaque hida ſibi dari iiii. ſolid. Eccleſia non excepta. Dum nec collectio cenſus fieret, proclamabat ſancta eccleſia ſuam repoſcens libertatem ſed nihil profuit. Iſte rex regnavit 13. annis, & Wintoniæ ſepultus eſt.*

LEGES
WILLIELMI
CONQVESTORIS,
ET
HENRICI
FILII EJUS.

LEGES
WILLELMI
CONQUESTORIS
ET
HENRICI
FILII EIUS.

PRÆFATIO.

INtellecta Typographi mente & cura in excudendis de novo legibus Saxonicis à Willielmo Lambardo primùm anno M.D.LXVIII. editis, persuasi ei, ut & leges Willielmi I. à clarissimo Seldeno in lucem emissas, itidémque etiam Henrici primi operi isti adjungeret, explorata tamen prius hac in re & audita omninò viri istius doctissimi sententia. Quo facto idem Typographus non multò post attulit mihi ex Bibliothéca Seldeniana quoddam legum memoratarum exemplar, ita ferè per omnia consonans cuipiam alteri, quod jam tum antea penes me erat, ut facilè, ex uno eodémq; fonte utrúmque manasse, dijudicarem: Et proinde cum in nonnullis illud à Manuscripto in archivis Scacharii asservato discrepare animadverterem, & verò etiam non ignorarem, vix uspiam extare aliquid magis authenticum, quàm quod inibi custoditur, profeci tantum amicorum quorundam industriâ, ut liceret nobis idipsum quod habebamus, cum Manuscripto illo conferre: adeóque ad illius fidem (quantum quidem assequi potuimus) tibi istud hîc post accuratam examinationem exhibemus; adjectis, ubi id commodè fieri videbatur, ex D. Seldeni & meo exemplari nonnullis diversarum lectionum locis. Non tamen hîc ausim asserere, hanc impressionem cum publico isto Manuscripto in omnibus ad amussim congruere, utpote qui prima lectione id vix ita exactè præstari posse deprehendi; sed sufficere posse puto, si bona fide dicam, omni studio & conatu id actum fuisse pro viribus, ne qua in parte, & vel verbulo saltem uno hoc ipsum ab illo dissideret.

Quod si quis miretur, quî fiat, ut causæ civiles his legibus tam parcè & rarò attingantur, equidem non possum ejus rei rationem aliam allegare, quàm quod istiusmodi lites tum temporis fuerunt in Curiis Baronum secundum loci consuetudinem agitatæ ac definitæ: neque ad Regem extitit appellatio, nisi ejus [a] *qui domi justitiam consequi non poterat.* Cæterùm, quibus modis pax publica conservanda sit (quod novisse Reipub: imprimis interest) his legibus latè declaratur; ita quidem, ut facili negotio inde possit innotescere Lectori, prima hîc Normannici imperii fundamenta, quoad civilem politiam, fuisse jacta.

[a] Leg. Edgar. polit. cap. 2. pag. 63.

WILLIELMUS enim senior, quæsito bellicis expeditionibus regno, haud ignarus, non solis armis sine justitia firmati imperium, ad tria potissimum advertisse videtur animum; videlicet, 1. Ut prospiceretur Regno de necessariis ad bellum. 2. Ut satisfieret Gallis periculorum suorum & laborum sociis; ita tamen, ne Anglis ea occasione præberetur justa offensionis causâ, qua reddi possent ad insurrectionem seu rebellionem paratiores. 3. Ne coloni, utpote sine quibus agricultura exerceri non poterat, penitus extirparentur. WILLIELMUS I.

Ad primum horum quod attinet, militiam ita disposuit, ut & exercitum satis numerosum haberet in omnes eventus paratum, & thesaurum pariter alendo istiusmodi exercitui sufficientem; in quo tamen postremo comparando I.

rando id egit sedulò, ne à prædecessoribus suis Anglorum Regibus longe deviaret. De quo quidem Ordericus Vitalis, qui eo sæculo vixit, *Regi ut fertur*, inquit, [b] *mille & sexagintæ libræ Sterilensis monetæ, solidique triginta, & tres oboli, ex justis reditibus Angliæ per singulos dies redduntur; exceptis muneribus regiis, & reatuum redemptionibus, aliisque multiplicibus negotiis quæ Regis ærarium quotidie adaugent. Rex Guilielmus omne regnum suum diligenter investigavit, & omnes fiscos ejus, sicut tempore Edwardi Regis fuerant, veraciter describi fecit. Terras autem militibus ita distribuit, & eorum ordines ita disposuit, ut Angliæ regnum LX. millia militum indesinenter haberet, & ad imperium Regis, prout ratio poposcerit, celeriter exhiberet.* De hoc vide leg. 58. Atque hinc, ni fallor, apud nos erat Wardarum initium. Quantum autem argenti eo sæculo libra Sterilensis monetæ continuerit, hîc inquirere non est otium, uti & est extra præsens institutum: Constat tamen, quod, si ad examen sub posterioribus regibus Sterlingorum sive Esterlingorum valor reducatur, multo majores fuerint reditus regis eo tempore, quam fuerunt postea regnante Henrico tertio.

b Lib. 4. p. 523.

II. Quantum ad secundum; Haud immemor Rex, quid primo statim ingressu suo [c] Cantianis, quid [d] Abbati Sancti Albani promisisset, 1. Legem Edwardi Regis omnibus reddidit, & eam quidem etiam aliqua ex parte mitigatam; de quo consuli potest lex 63. Atque porrò, ut justitiam melius unicuique administraret, [e] *Anglicam locutionē sategit ediscere, &c. at à perceptione hujusmodi durior ætas illum compescebat.* Neque sane de hoc ipso ullatenus conqueri Galli jure potuere. Quoad Normannos, (quibus, [f] expulsis Anglis, amplas terras omnísque generis dignitates distribuerat) cum illis, à Regis semper arbitrio in omnibus pendere (*quidam enim*, ut ait Tacitus, [g] *statim, ut postquam Regum pertæsum, leges maluere*) fortè non arrideret, ipsemet de officio Regis ita sententiam suam exposuit, ut cognito eo in Gallia parum id illis placuerit; ita sanè, ut inde scripserint ad eum in hunc modum; * *si ita permanere deberent Francorum reges solo regio nomine contenti.* De bonis etiam cavebat leg. 55. ut essent libera *ab omni exactione injusta*, & ab omni Tallagio. Securitati autem personarum providebat lege 58. (qua vero ex causa lex illa promulgata fuerit, explicat nobis author Dialogi de Scachario, [h] attributi Gervasio Tilburiensi, & compositi quidem An. XXIII. Henrici secundi, sed necdum in lucem emissi) licet ea non conveniat in mulctæ quantitare cum lege illa, quam nunc habemus: *In primitivo*, inquit, *regni statu post conquisitionem qui relicti fuerant de Anglicis * subactis in suspectam & exosam sibi Normannorum gentem latenter ponebant insidias, & passim ipsos in nemoribus & locis remotis nacta opportunitate clanculò jugulabant. In quorum ultione cum reges & eorum ministri per aliquot annos exquisitis tormentorum generibus * in Anglicos desævirent; nec tamen sic omninò desisterent, in hoc tandem devolutum est consilium, ut Centuriata, quam Hundredum dicunt, in qua sic interfectus Normannus inveniebatur, quod mortis ejus minister non extabat, nec per fugam, quis esset, patebat, in summam grandem argenti examinati fisco condemnaretur; quædam scilicet in triginta sex libras, quædam in quadraginta quatuor libras, secundum locorum diversitatem & interfectionis frequentiam. Quod ideò factum dicunt, ut scilicet pœna generaliter inflicta præter-*

c Vide verbo *terra ex scripto* ex Thoma Spot.
d Matth. Paris. in vita Fretherici Abbatis, pag. 48.
e Order. Vit. p. 520.
f Ingulphus fol. 512. b.
g Annal. lib. 3.
* Supra cap. 17 pag. 142. & adde ex Hovedeno quod tamen nonnullis editionibus inter errata ejus reperies, *audientes autē, &c. Hanc definitivam sententiā tam veraciter quam prudenter de Regis nomine à Willielmo notho Rege Angliæ prolatam* ei stulte scripserūt, &c.
h Dialog. de Scachar. lib. 1. c. 10. in Cod. rubro.
* subjactis.
* etiam.

euntium

eumtium indempnitatem procuraret, & festinaret quisque tantum punire delictum, vel offerre judicio per quem tàm enormis jactura totam lædebat viciniam. Hoc autem in Normannorũ beneficium primitus institutum, in aliorum etiam commodum tractu temporis cessit, nisi certa haberent (ut idem author affirmat) servilis conditionis indicia.

III. Ad tertium quod attinet, ostendente haud dubiè ipsa rerum experientia quotidiana, milites illos, quibus larga manu terras Rex dederat (utpote quorum pleriq; forte erant ex Nobilioribus) planè ineptos esse & indispositos ad excolendas terras, idcircò ne aut terra jaceret inculta, aut Angli à Dominis suis quotidie exhausti absque spe lucri ararent, paritérq; etiam ut coloni per quos agricultura posset exerceri, servarentur indemnes, usus est ea arte, quã hîc subjiciam verbis prædicti authoris in loco præallegato: *Post regni,* inquit ille, *conquisitionem, post justum rebellium subversionem, cum rex ipse regisque proceres loca nova perlustrarent, facta est inquisitio diligens, qui fuerint, qui contra regem in bello dimicantes per fugam se salvaverint; hiis omnibus & hæredibus eorum, qui in bello occubuerunt, spes omnis terrarum & fundorum atque redituum, quos antè possederant, præclusa est. Magnum namque reputabant frui vitæ beneficio sub inimicis. Verum qui vocati ad bellum necdum convenerant, vel familiaribus seu quibuslibet necessariis occupati negotiis non interfuerant, cum tractu temporis devotis obsequiis gratiam Dominorum possedissent, sine spe successionis filii tantum pro voluntate tamen dominorum possidere cœperunt: Succedente verò tempore cum dominis suis odiosi passim à possessionibus pellerentur, nec esset qui ablata restitueret; communis Indigenarum ad regem pervenit querimonia, quasi sic omnibus exosi & rebus spoliati ad alienigenas transire cogerentur: Communicato tandem super hiis consilio decretum est, ut, quod à Dominis suis, exigentibus meritis interveniente pactione legitima poterant obtinere, illis inviolabili jure concederetur. Cæterum autem nomine successionis à temporibus subactæ gentis nihil sibi vindicarent; quod quidem quam discreta consideratione cautum sit, manifestum est; præsertim cum sic modis omnibus, ut sibi consulerent, de cætero studere tenerentur devotis obsequiis dominorũ suorum gratiam emercari. Sic igitur, quisquis de gente subacta fundos vel aliquid hujusmodi possidet, non quod ratione successionis debere sibi videbatur, adeptus est, sed quod solummodo meritis suis exigentibus vel aliqua pactione interveniente obtinuit.* His artibus tantã populo restituit pacem, [a] *ut puella auro onusta regnum Angliæ pertransire posset impunè.* Atq; hinc fortè initium servitii quod nos *Socagium* dicimus. Vide leg. 33.

a Hunting. lib. 6. fol. 212.

Refero hæc, non quod existimem, Willielmũ primum de omnium Anglorum terris ad voluntatem suam & pro libitu in modum absolutæ dominationis disposuisse: (*ipsis enim regni majoribus fundos & amplas possessiones reliquit,* ut idem author testatur: cujus plura exstant exempla in libro nuncupato *Domesday*; inter quæ non postremo loco numerandum est illud familiæ Sharnburnorum in agro Norfolcienſi; [b] quippe cui ipse Guilielmus prædictus pro Tribunali sedens ex legibus terras suas, quas antea Warreno Gallo dederat, restituit; adeò ut etiam istæ fere ad nostra præsentia tempora usque in familia ea, uti accepi, remanserint. Adde, quod nec Aldredus Eboracensis eundem illum Willielmum in regem consecravit, nisi [c] *exacto prius coram omni populo jurejurando, quod se modestè erga subjectos ageret,*

Dialogus de Scacch.
b Vide Camden in Icenis & D. Hen. Spelman in Glossario suo, verbo Drenches. Revisio D. Seldeni ad cap. 8. historiæ suæ de Decimis.
c Mals. de Pont. lib. 3. fol. 154. b. Flosen. Wigor. Ann. 1066.

ageret, & æquo jure Anglos, quo Francos, tractaret. Vnde & Gulielmus Pictavienſis affirmat, [d] *nulli Gallo datum, quod Anglo cuiquam injuſtè fuerit ablatum.*) ſed ut manifeſtius conſtet, quibus rationibus rex iſte tandem in pacata & tranquilla hujus regni poſſeſſione fuerit confirmatus.

d p. 208.

WILLIELMUS II. Eadmer. l. 1. p. 13.

Mortuo Willielmo filius ejus fide ſacramentóq; tam per ſe quàm per alios, quotquot parare in rem illam potuit, pollicitus Lanfranco, *juſtitiam, æquitatem & miſericordiam ſe per totum regnum, ſi rex foret, in omni negotio ſervaturum*, hujus opera potitus eſt regno; Et initio quidem, cum Anglorum ope adhuc indigeret, [e] *leges exoptabiles, ſive meliorem quam vellent eligere*, ut alius habet, eis concedere promiſit: Verùm cum naturâ eſſet [f] *ita liberalis ut prodigus, ita magnanimus ut ſuperbus, ita ſeverus ut ſævus* poſteris diceretur, deprehenſus eſt ad poſtremum tam infidelis legum & promiſſorum ſuorum cuſtos, ut infœliciora his tempora rarò ullibi hiſtoriarum monumenta evolventi occurrant; [g] Namque & vel cervi regii furtum neganti non erubuit igniti ferri examen adhibere; &, cum theſauros paternos luxu perenni profudiſſet omninò ac diſſipaſſet, rapinis cœpit prodigalitati ſuæ ſubſidium quærere: qua in re etiam ad corradendos undiq; nummos uſus eſt opera Ranulphi Dunelmenſis; is ab imis per regis benevolentiam ad ſumma provectus, in perverſa illa negotiationis malitia, tàm regio quàm ſuo proprio nomine nihil non audens, [h] *Si quando Edictum regium proceſſiſſet, ut nominatum tributum Anglia penderet, duplum adjiciebat, expilator divitum, exterminator pauperum, confiſcator alienarum hæreditatum, juxta in ſimplices ut in rebelles furens*: hiſce artibus *primò pecuniam, deinde ipſas terras auferebant: non pauperem tennitas, non opulentum copia tuebatur.* Vnde *nullus* reputabatur *dives niſi nummularius*, qui quod habuit abſcondere potuit. *Quicquid penè ſanctæ ſervavit avorum parcitas, illorum graſſatorum conſumpſit aviditas*; &, ut fieri aſſolet, *majus odium aſſecutus eſt ab iis, quibus rex abſtulit, quàm beneficium ab iis quibus contulit.* Ad publica hæc mala accedebat etiam privatæ familiæ inſolentia; de qua teſtis quidam oculatus, [i] *Hunc morem*, inquit, *multitudo eorum, qui curiam ejus ſequebantur, habebat, ut quæque peſſundarent, diriperent, &, nulla eos cohibente diſciplina, totam terram, per quam rex ibat, devaſtarent. Accedebat his aliud malum*; [k] *plurimi namque eorum ſua malitiâ* * *debriati, dum reperta in hoſpitiis, quæ invadebant, penitus abſumere non valebant, ea aut ad forum per eoſdem ipſos quorum erant, pro ſuo lucro ferre ac vendere, aut ſuppoſito igne cremare, aut ſi potus eſſet, lotis exinde equorum ſuorum pedibus, reſiduum illius per terram effundere, aut certè aliquo alio modo diſperdere ſolebant. Quæ verò in patresfamilias crudelia, quæ in uxores & filias eorum indecentia fecerint, reminiſci pudet. Has ob cauſas quiqui præcognito regis adventu ſua habitacula fugiebant, &c.* Hic tum erat rerum ſtatus; qui legum certè reſtaurationem non tàm appetebat, quàm importunè efflagitabat.

e Hunt. l. 7. fol. 213. b. Hoveden An. 1088. fol 264. b f Mals. de reg. l. 4. fol. 69. a.

g Eadmer. l. 2. p. 48.

h Mals. de reg. l. 4. fol. 69. 70. & de Pont. fol. 158.

i Eadmer. l. 4. p. 94. 22.

* inebriati,

HENRICUS I. a Mals. de reg. fol. 69.

Succeſſit Willielmo huic Henricus primus; de quo vaticinio quidam prædixerat, [a] *fœlicem fore Angliam ſi regnaret.* Hic Cleri populíque votis, inſignitus fuit regni diademate Anno M.C. ad tantam antea penuriam vlente adhuc fratre quandoque redactus, [b] *ut uno tanto milite unóque Clerico cum tribus Armigeris contentus vixerit: Inde rex factus optimè ſcivit miſeris & indigentibus compati, et ritus infirmorum expertus eis piè miſereri.* Vnde &

b Orderic. Vital. 5 lib. p. 697. b. Vide p. 665. d.

nihil

nihil prius habuit quàm [c] *ut edicto statim per Angliam misso injustitias à fratre & Ranulpho institutas prohiberet.* Quin imò & *in ipso consecrationis suæ die, bonas & sanctas* [d] *omni populo leges* (id est, secundum Matthæum Parisiensem, consuetudines antiquas, quæ floruerant in regno tempore sancti regis Edwardi) *se servaturum, & omnes oppressiones & iniquitates, quæ sub fratre suo emerserant, in omni sua dominatione tam in Ecclesiis quàm in secularibus negotiis prohibiturũ & subversurum sponderat; & hæc omnia jurisjurandi interjectione firmata sub monumento literarum sigilli sui testimonio roboratarum per totum regnum divulgatum iri præceperat.* Atq; hæc est * Charta illa quæ in legum ab eo conditarum initio duobus capitulis continetur; ea ipsa lanè, quæ & jubente Rege in Abbatiis singulorum Comitatuum pro monumento fuit reposita, & postmodum rursus Anno M.CC.XIII. [e] producta, ut fertur, à Stephano Archiepiscopo Cantuariensi, ut per eam libertates jamdudum perditæ recuperarentur. Verè itaq; hæc dici potest basis & fundamentũ ipsius Chartæ Magnæ, [f] *quæ ex parte maxima leges antiquas et regni consuetudines continebat*, quámq; Henricus III. non confirmavit antequã [g] *per Milites duodecim, vel legales homines uniuscujusque Comitatus per Sacramentum inquiri fecisset, quæ fuerant libertates in Anglia tempore Henrici avi sui.* Alias autem eo tempore leges Henricus primus haud dubiè nullas promulgavit: nam etsi, quibus annis eas condiderit, non aũsim exactè determinare, constat tamen, uti suo loco observavimus *, postea demum has fuisse in Archiva relatas: Sanè post prælium Tenerchebraicum subacta Normannia circa annum M.C.VIII. * malis sub quibus tempore fratris sui regnum jacebat, mederi desiderans, à sua Curia cepit exordium, & *indicto Edicto omnibus qui aliquid eorum* (quæ supra attigimus) *fecisse probari poterant, aut oculos erui, aut manus, vel pedes, vel alia membra constanti justitia strenuus faciebat amputari. Quæ justitia in pluribus visa cæteros integritatem sui amantes ab aliorum læsione * detorrebat.* Atq; tunc etiam simul de adulterina moneta sub gravibus pœnis caviſse perhibetur: adeò ut non immerito fortè [h] hinc Leoninæ justitiæ nomen adeptus sit.

Vnde verisimile est, firmata, demum post hæc omnia, pace (*quippe*, si Tacito credimus, [i] *in turbas & discordias pessimo cuique plurima vis; pax & quies bonis artibus indigent*) eum adjecisse primùm animum ad reformandum per leges regnum: quæ quidem leges, cum nimis graves viderentur Londinensibus, Anno M.C.XLI. interpellarunt illi Imperatricem, [k] *ut eis Regis Edwardi leges observare liceret, quia optimæ erant, & non patris sui Henrici, quia graves erant.* Ab eo autem tempore, nisi me fallit memoria, altum est ubique de his apud Historicos silentium; nisi fortè illud Matthæi Paris [l] huc referatur, quando, *ex ejusdem*, inquit, *regis*, (scilicet Johannis) *parte præceptum est, quatenus leges Henrici avi sui ab omnibus in regno custodirentur.* Quod tamen an ad Henrici secundi tempora referendum sit, aliorum esto judicium; utpote sub quo supra recitatæ leges Willielmi primi, sive Edwardi Confessoris restituebantur. *Eodem anno*, inquit Hovedenus, [m] *Henricus rex Angliæ pater constituit Ranulphum de Glanvilla summum Justitiarium totius Angliæ, cujus sapientiâ conditæ sunt leges subscriptæ, quas Anglicanas vocamus.*

Cæterùm

[c] Mats de Hen. 1 fol 88.

[d] Eadmer. lib. 2. p. 55. Matth. Paris. Anno 1100. p. 55 lin. 30.

* Habetur ea Charta bis in libro Rubro fiscali, posteriori bis: et hoc Lemma præfixum, *Carta R. H. primi fil. R. W. de libertatibus concessis Anglis, & habuit quilibet Comitatus tetem.*

[e] Matth. Paris. Anno 1213. p. 240, lin. 10.

[f] Matth. Paris. Anno 1215. p. 254. lin 20.

[g] Matth. Paris. Anno 1222. p. 317. l. 7.

* p. 179. in margine.

* Eadmer. p. 94

* deterrebat.

[h] Hoveden Anno 1180. fol. 348. b. 4.

[i] Tacit. hist. 4.

[k] Continuat. Florent. Wigorn.

[l] Anno 1213. p. 239.

[m] M.C.LXXX. fol. 342. b.

Cæterùm leges istæ Edwardi, tantopere à posteris ejus commendatæ; inq; tanto apud eos honore habitæ, ut etiam Sacramento regio insertæ reperiantur, videntur redintegratæ post annum M.LII. quippe de quo anno Florentinus Wigornienſis, *Facta igitur*, inquit, *concordia* (puta, inter Godwinum & Regem) *paceq; firmata, omni populo rectam legem promiserunt, & omnes Normannos, qui leges iniquas adinvenerant, & injusta judicia judicaverant, multáque consilia adversus Anglos dederant, exlegaverunt*: ita sanè, ut vel exinde satis apertè liqueat, leges ejus post illud tempus in lucem publicam fuisse emissas.

His initiis Anglorum cœpit formari Respublica, quæ deinceps * Anno M.CC.LXVII. post Statutum de Marlbridge magis stabilita & confirmata videtur. Post quod, si quis oculo minus alienato res nostras inspexerit, aut meæ ego patriæ fallor φιλαυτίᾳ, aut ultrò ille fatebitur, majores nostros fuisse viros, foris quidem virtutis eximiæ, (ut qui partem non infimam semper in rebus per omnem Europam gerendis sustinuerunt) domi verò, consilii & judicii exquisiti, utpote inter quos [a] *imperia legum*, ut cum Livio loquar, *potentiora quàm hominum* existimabantur, & justitiæ administratio exercebatur ea sinceritate, eóque judicio, ut ab ipso Papiniano *omnium* (uti habet Cuiacius) *qui sunt, qui erunt, quíque fuerunt jurisperitissimo*, eam processisse credideris.

* Nota. Willielmus Rishanger, sive quisquis ille sit alius ad calcem M. Parisiensis affirmat Parliamentum illod habitum ann. M.cc.lxix contra ipsius legis tenium.

[a] Livius lib. 2.

ROGER TWYSDEN.

X. Kal. Septembris

M. DC. XLIV.

LECTORI.

CVm ex legibus WILLIELMI PRIMI nihil accuratius habeatur, quàm quod V.C. ac de Republicâ Literariâ, noſtrâque inprimis Britanniâ optime meritus Johannes Seldenus in notis ſuis Eadmerianis in capitula (quibus & Lemmata præfixit) exactiſſime diſtributum, tam Gallico, quo ſcriptæ erant idiomate, quàm Latino nobis exhibuit ex Chronico Lichfeldenſi, & Ingulpho teſte earum oculato, qui & Exemplar illarum Monaſterio ſuo attulit Anno Regni ejuſdem regis ultimo, operæ precium viſum eſt nobis eas ex eodem libro, ne quid deſiderare poſſis, tibi integras reddere.

Dixi Anno Regis ultimo has leges Monaſterio ab Ingulpho allatas; id quod ſic probari exiſtimo. Taxatio Angliæ vulgo dicta Doomesday, facta fuit [a] Anno 1086. Regni Regis prædicti vigeſimo; abſoluta forte non ante annum 21[m]. quo anno in Normanniam Rex profectus eſt, & Galliæ regnum circa menſem Auguſtum invaſit, pauloque poſt ibidem obiit. Conſtat autem Ingulphum poſt taxationem iſtam factam [b] adiiſſe Londonias & [c] in incorporatione (ut verbis ipſius utar) regalium illorum rotulorum illic adfuiſſe, & tam [d] Regi quam Concilio ſuo Monaſterii ſui rationes ibidem allegaſſe: quibus gratanter, uti ipſe ait, acceptis, copia Regii rotuli ei eſt conceſſa, cujus ſpecimen hiſtoriæ attexuit, eodemq; tempore leges haſce ſecum aſportavit. Quod quidem omne cum factum ſit Rege adhuc in Anglia commorante & poſt completum Rotulum, ad quem [e] Lectorem quandoque remittit, neceſſario mihi videtur eveniſſe prædicto regni ejus 21°. & ultimo ante ingreſſum iter in Normanniam. Sed audiamus ex doctiſſimo Seldeno Chronicon Lichfeldenſe & poſtea Ingulphum ipſum.

a Codex ipſe MS. et Præfat. C. Seld. ad Eadmer. pag. 5.
b fo. 516. lin. 19.
c fo. 517. b. 46.
d fo. 518. b. 23.
e fol. 516. b. 24.

ANno GUILIELMUS *Regni ſui quarto apud* Londonias *conſilio Baronum ſuorum fecit ſummoniri per univerſos* Angliæ *Comitatus, omnes Nobiles, Sapientes, & ſua Lege eruditos, ut eorum Leges & Conſuetudines audiret. Et licet idem Rex* WILLIELMUS *Leges* Northfolkiæ & Suffolkiæ, Grantbrigiæ & Deiræ (*ubi quondam maxima pars* Danorum & Norwegenſium *inhabitabant*) *priùs magis approbaverat & eas per totum regnum obſervari præceperat, pro eo quod omnes anteceſſores ejus & ferè omnes Barones* Normanniæ, Norwegenſes *extitiſſent,* * *& quòd de* Norwegia *olim veniſſent,* * *Sed poſteà, ad preces* Communitatis Anglorum, *Rex adquievit, qui deprecati ſunt, quatenus permitteret ſibi Leges proprias & Conſuetudines antiquas habere in quibus vixerant Patres eorum & ipſi in eis nati & nutriti ſunt, ſcilicet Leges Sancti Regis* EDVVARDI. *Et ex illo die magna autoritate veneratæ, & per univerſum Regnum corroboratæ & conſervatæ ſunt, præ cæteris regni legibus, Leges Regis* EDVVARDI. *Quæ quidem priùs inventæ & conſtitutæ fuerant tempore Regis* EDGARI *Avi ſui. Veruntamen poſt mortem ipſius Regis* EDGARI *uſque ad Coronationem Sancti Regis* EDVVARDI, *quod tempus continet annos* LXVII. *prædictæ Leges ſopitæ ſunt & penitus prætermiſſæ; ſed poſtquam Rex* EDVVARDVS *in regno fuit ſublimatus, conſilio Baronum* Angliæ, *Legem* LXVII. *annis ſopitam excitavit, excitatam reparavit, reparatam decoravit, decoratam confirmavit, & confirmata vocata eſt Lex Sancti Regis* EDVVARDI, *non quod ipſe prius adinveniſſet eam, ſed cum prætermiſſa fuiſſet & oblivioni penitus dedita à morte Avi ſui Regis* EDGARI *qui prius Inventor ejus fuiſſe dicitur uſque ad ſua tempora, videlicet* LXVII. *annis. Vnde per præceptum Regis* WILLIELMI *electi ſunt de ſingulis totius* Angliæ *Comitatibus* XII. *viri ſapientiores, quibus jurejurando injunctum fuit coram Rege* WILLIELMO, *ut quoad poſſent, recto tramite neque ad dexteram neque ad ſiniſtram declinantes, legum ſuarum & conſuetudinum ſancita patefacerent, nil prætermittentes, nil addentes, nil prævaricando* * *mittentes.* ALDEREDVS *autem* Eboracenſis *Archiepiſcopus qui Regem* WILLIELMVM *coronaverat, &* HVGO Londonienſis *Epiſcopus, per præceptum Regis, ſcripſerunt, propriis manibus, omnia quæ prædicti Iurati dixerunt. A legibus namque Sanctæ Matris Eccleſiæ ſumentes exordium,* * *qui per eam Rex & Regnum ſolidum ſubſiſtendi habent fundamentum, Leges & libertates & pacem ipſius concionati ſunt dicentes, Omnis Clericus, &c. ut ſupra.*

* l. mutantes.

* l. quia.

INGVLPHVS.

Attuli eadem vice mecum Lundoniis *in meum Monaſterium Leges æquiſſimi Regis* EDVVARDI, *quas Dominus meus inclytus Rex* WILLIELMVS *autenticas eſſe, & perpetuas per totum regnum* Angliæ * *inviolabiliterq; tenendas ſub pœnis graviſſimis proclamarat, & ſuis* * *Iuſtitiariis commendârat eodem idiomate quo editæ ſunt; ne per ignorantiam contingat nos vel noſtros aliquando, in noſtrum grave periculum contraire & offendere auſu temerario Regiam Majeſtatem, ac in ejus cenſuras rigidiſſimas improvidum pedem ferre contentas ſæpiùs in eiſdem, hoc modo.*

* Ita Codex Mſ.

* Iuſtitiis in Mſ.

Hæ ſunt Leges & Conſuetudines quas WILLIELMVS Rex conceſsit univerſo Populo *Angliæ* poſt ſubactam Terram. Eædem ſunt quas EDVVARDVS Rex, cognatus ejus, obſervavit ante eum.

I.

De *Aſylorum* jure & immunitate Eccleſiaſtica.

SCilicet, *Pax Sanctæ Eccleſiæ cujuſcunquè Forisfacturæ quis reus ſit hoc tempore. Et venire poteſt ad Sanctam Eccleſiam. Pacem habeat vitæ & Membri. Et ſi quis injècerit manum in id quod Mater Eccleſia poſtulaverit, ſive ſit Abbatia, ſive Eccleſia Religionis, reddat id quod abſtulerit, & centum ſolidos nomine Forisfacturæ. Et de Matrice Eccleſia Parochiali* XX. *ſolidos. Et de Capella* X. *ſolidos. Et ſecundum pacem Regis in Legibus* Merciorum *centum ſolidis emendet ſimiliter de* Heinfare, *& de inſidiis præcogitatis.*

II.

De Hominum Regis privilegio.

Hæc placita ſpectant ad Coronam Regis. Et ſi qui male fecerint hominibus illius Ballivæ & de hoc ſit attinctus per Juſtitiam Regis, Forisfactura ſit dupla illius quam alius quiſpiam Forisfecerit.

III.

De pacis publicæ violatoribus.

Et qui in Danorum *Lege violaverit pacem Regis,* CXLIV. *libris emendet; Et Forisfacturæ Regis quæ ſpectant ad Vicecomitem* XL. *ſolidi in* Merciorum *lege,&* L. *ſolidi in Rege* Weſt-Saxonum. *Et de Libero homine qui habet* Sac *&* Soc *&* Tol *&* Tem *&* Infangentheof *& implacitatus fuerit, & ad Forisfacturã poſitus in Comitatu, pertinet Forisfactura ad opus Vicecomitis,* XL. *Oræ in Danorum Lege, & de alio homine qui ejuſmodi Libertatem non habet Oræ* XXXII. *De his* XXXII. *oris habebit Vicecomes ad uſum Regis oras Decem, & is qui eum implacitaverit habebit in remedium verſus eum oras* XII. *& Dominus cujus finibus manſerit* X. *Oras. Hæc eſt* Danorum *Lex.*

Hæc

Ces ſont les Leis & les Cuſtumes que li Reis WILLIAM *grantut a tut le Penple de* Engleterre, *apres le Conqueſt de la Terre. Ice les meiſmes que le Reis* EDVVARD *fun Coſin tint devant lui.*

I.

CO eſt a ſaveir, Pais a Saint Yglíſe; de quel forfait que home out fait en cel tens; e il pout venir a [a] Sainte Yglíſe; out pais de vie & de membre. E ſe alquons meiſt main en celui qui la Mere Yglíſe requireit, ſe ceo fuſt [b] u Abbeie, u Yglíſe de Religion, rendiſt [c] ce que il javereit pris, e cent ſolz de forfait, e de Mer Yglíſe de Paroiſſe XX. ſolz; e de Chappele X. ſolz, e que [d] enſyaint la pais le Rei en Werchenelae cent ſolz les amendes, altreſi de Heinfare e de aweit purpenſed.

Cunc. l. 17, 18, 20. 36. ex ipſius Ingulphi authographo nobis exhibuerit D. Hen. Spelman in conciliis à ſe nuper in lucem ed iis, viſum eſt ubi ab altero differunt hic in margine apponere, ſed in tranſlatione nihil mutavimus.
a *Saint.*
b *u Eveſque.*
c *cre.*
d *enfraint.*

II.

Icee plaiz * aſierent a la Coroune le Rei; & ſe alquens u quens uxuoſt * meſſeiſt as homes de ſa baillie, e de co ſuiſt atint de la juſtice lu Roi, forfait * ſuſt a duble de ce comme altre fuſt forfait.

* *aſierent.*
* *meiſtiſt.*
* *ſuiſt.*

III.

E que en Danelae fruiſſe la pais le Roi VII. vinz liverez e IIII. les amendes; e les forvaiz le Roi qui aſierent al Veſcunte XL. ſolz en Werchenelae, e L. ſolz en Weſt-Sexelae. E * al frans hoem qui aveit Sac e Soc e Tol e Tem e Infangencthеof, ſe il eſt emplaide e ſeit mis en forfeit en le Counte, * aſiert il forfat a oes le Veſcunte, XI. ores en Denelae, e de altre home qui ceſt franchiſe non ad, XXXII. ores. De ces XXXII. Ores, arat li Veſcunte a oes le Roi X. ores, e cil qui li plait aurat de remied vers lui XII. ores, e le Seignur, en ki fin il maindra, X. Ores; co eſt en Denelae.

* *De.*
* *aſiert.*

IV.

De Latrocinii reo, & fidejussore qui morum ejus periculum in se susceperat.

Hæc est Consuetudo in Merciorum *Lege; si quis appellatus fuerit de Latrocinio, seu de Furto, & plegiatus fuerit venire ad Iustitiam, & fugerit, Plegius ejus habebit* IV. *menses & unum diem ad eum quærendum, & si possit eum invenire, juret se duodecima manu, quod tempore quo eum plegiavit Latro non fuerat, neque per eum esset quòd fugerit, nec eum prehendere possit. Tunc reddat Catallum, &* XX. *solidos pro Capite, &* IV. *denarios* al ceper, *& unum obolum* pur la besche, *&* XL. *solidos Regi. In* West-Saxonum *Lege* C. *solidos ad clamorem pro Capite, &* IV. *libras Regi. In Lege* Danorũ, *Forisfactura est* VIII. *libræ.* XX. *solidi pro Capite, &* VII. *libræ Regi. Et si is potest intra annum &* IIII. *dies invenire Latronem & eum aminare ad Iustitiam, redhibebunt ei viginti solidos quos acceperint, & fiat justitia de Latrone.*

IV.

Cost est la custume en **Merchenelae**, se alquens est apeled de lareim, u de roberie, e seit plevi de venir a justice, e il seit fuie dedenz, son plege si avera de IIII. meis e I. jour de quer le, e si il le pot truver, si jurad se dudzime main, que al ure que ille plevi, Laron nel sot, ne per lui ne seut est fui, ne aveir nel pot, dunc rendrad le chattel. e XX. solz pur la test, e IIII. den. al ceper, e une maille pur la besche, e XL. solz al Rei. En **West-Sexenelae** cent solz al clamur pur la test, e IIII. liures al Rei. * Cent **Denelae**, le forfait VIII. liueres; les XX. solz pur la test, e les VII. liures al Rei. E sil pot dedenz un an & * IIII. jurs trover le larun e amener a la justice, si li rendra les vint solz kis aurad ont e smert fainte la justice de Larun.

* E en.

* Forte an seu un jurs.

V.

De Latronis prehensione.

Si quis prehenderit Latronem absq; secta & absq; clamore, atq; eum ei cui damnum factum est dimiserit, & venerit postea, rationi conveniens est ut det ille X. *solidos pro* **Hengwite**. *& finem faciat Iustitiæ* a la primereme devise *absque licentia Iustitiæ, Forissfactura est* XL. *solidi.*

V.

Cil ky prendra Larun sanz suite e sanz cri que cil en leist a qui il aurad le damage fait & vienge pois apres, si est raisun que il dunge X. solz de **Hengwite**, e fin face la justice ala primerme devise sans le conge a la justice, si est forfait de XL. solz.

VI.

De Animalium redemptione.

Is qui Averium replegiaverit, scil. aut Equum, aut Bovem, aut Vaccam, aut Porcum, aut Ovem, (quod **Forfengen** *Anglicè dicitur)* cil qil cla *dabit* al Gros. s. *Præposito habere* **the Lestussum** VIII. *denarios, nec tamen* ait meis quil ont cent al maille, *non dabit plusquam* VIII. *denarios, & pro porco* IV. *denarios, & pro Ove denarium* I. e isitres que vit *unicuiq;* IV. *denarios, nihilominus neque habebit nec dabit plusquam* VIII. *denarios, & dabit vadios, & inveniet plegios se, si aliquis venerit ad probationem intra annum & diem ut Averium petat, salvum exhibiturum in curia id quod replegiaverit.*

VI.

Cil ky aveir escut, u Chivals, u Buefs, u Vaches, u Porcs, u Berbz, que est **Forfengen** Engleis apeled, cil qil cla durrad al gros s. al provost aveir **the Lestussum** VIII. den. jatant ni ait meis quil ont cent al maille, ne durrad que VIII. den. e pur un Porc IIII. den. e pur un Berbz I. den. e isitres que vit pur chascun IIII. den. ne jatant ni aurad ne durrad que oit. d'. e durra wage, e truverad plege, que si altre veinged a pref de denz lan e un jour pur laveir demander, quil i ait a droit en la Curt, celui de que il aveit escus.

Similiter

Altresi

VII.
De rebus fortè inventis.

Similiter de Averio Endirez *& alia re inventa. Oſtendatur tribus partibus Vicineti, ut teſtimonium habeat de inventione. Si aliquis veniat ad probationem ad rem clamandam, det vadios & inveniat plegios ſe, ſi alius quiſpiam clamaverit Averium, intra annum & diem ſalvum exhibiturum in Curia id quod invenerit.*

VII.

Altreſi de aver endirez e de altre treveure, ſeit muſtred de treis pars del veiſined, que il eit teſtemonie de la troveure, ſi alquens vienge a pref pur clamer la ioſe duiſt wage e troſſe pleges que ſe altre clamud laveir de denz lan e un jour qui il ait a droit en la curt, celui qui laverat troved.

VIII.
De Homicidio & Capitis æſtimatione, ſeu *Wera*.

Si quis alium occiderit, & ſit reus conſtitens, & emendare negaverit, det de ſuo Manbote *Domino pro libero homine* X. *ſolidos, & proſervo* XX. *ſolidos. Wera* Thani XX. *libra in* Merciorum *Lege, & in* Weſt-Saxonum. *Et Wera Villani* C. *ſolidi in* Merciorum *lege, atque etiam in* Weſt-Saxonum.

VIII.

Si home occit altre, e il ſeit counſaunt e il denie faire les amendes, durrad de ſa Manbote al Seignor pur le franc home X. ſolz, e pur le ſerf XX. ſolz; la were del *Thein* XX. li. en Werchenelae e en Weſt-Serenelae, e la wer del Vilain C. ſolz en Werchenelae, e euſement en Weſt-Serenelae.

IX.
Quibus Capitis æſtimatio ſeu *Wera* ſolvenda.

Quod ad Weram attinet, primò reddat is qui eſt de halt *ſanguine Vidua & Orphanis* X. *ſolidos, & quod ſupereſt Parentes & Orphani inter ſe dividant.*

IX.

De la were, primerament rendrat l'um de halt Sainc a la Vidue a as Orphanins X. ſolz, e le ſurplus Orphanins e les Parenz departent entr'els.

X.
Animalium aliquot valor, in Capitis æſtimatione cenſendâ.

In Wera reddere poterit quis Equum non Caſtratum pro XX. *ſolidis, & Taurum pro* X. *ſolidis, &* iter *pro* V. *ſolidis.*

X.

En la Were purra il rendra Chival qui ad la cuille pur XX. ſolz, e tor pur X. ſolz, e iter pur V. ſolz.

XI.
De percuſſore.

Si quis alium percuſſerit, & negaverit ultrà emendare, primò reddat ſun le chefe *& plagas, juret ſuper ſancta quod aliter non potuit facere, nec pro* haur ſi chier *nec fecit* deſarbote cho eſt de la dulor.

XI.

Si home fait plaie a altre e il denie otrei fair les amendes, primerement li rende ſun le chefe e li plaiez iurraz ſur ſentez quipur mes nel pot fair ne pur haur ſi chier nel fiſt deſarbote cho eſt de la dulor.

XII.
De vulnere indito.

Si plaga lui vient a vis deſeuvert al polz tote veie IIII. *denarios, & de omni oſſe quod quis traxerit ex plaga, oſſe toto viſo*

XII.

Si la plaie lui vient a vis deſeuuert al polz tote veie IIII. den & de tanz os cum hom trarad de la plaie al os tote veie

so IIII. *denarios. postea* acordement si li metir ad avant honours que si illiont, *id quod ei fecit si cor suum ei suggesserit, & consilium suum ei donaverit, accipiat ab eo quod ei obtulerit.*

XIII.
Membrorum præciforum æstimatio.

Si acciderit ut quis pugnum cujuspiam absciderit aut pedem, reddat ei medietatem Weræ secundum id quod est. Sed pro pollice reddat medietatem manus. Pro digito qui pollici proximus XV. *solidos, de solido Anglicano, hoc est,* quer *denarios. Pro digito longo* XVI. *solidos. Pro altero qui portat annulum* XVII. *solidos. Pro digito minimo* V. *solidos. Si unguem quis cuiquam præciderit,* V. *solidis de solido Anglicano emendet, & pro ungue digiti minimi,* IIII. *denariis.*

XIV.
De Adulterio.

Qui desponsatam alteri vitiaverit, forisfaciat Weram suam Domino suo.

XV.
De Judice corrupto.

Etiam qui falsum tulerit judicium, Weram suam perdat, nisi tactis Sacrosanctis (Evangeliis) *probare poterit se melius judicare non potuisse.*

XVI.
De purgatione illius qui Furti reus est.

Si quis alterum appellet de Latrocinio & is sit liber homo, & habeat ond caverre *testimonium de legalitate purget se per plenum Sacramentum, & alter qui infamis ante fuerat* per serment nomed, *videlicet* XIV. *homines legales* per non *si is habere eos poterit se purget se duodecima manu, & si habere non posit se defendat* per iuis *& Appellator jurabit* sur lui jur set *homines* nomes *quod propter* haur *non fecit nec propter aliam causam quam quia jus suum persequeretur.*

XVII.
De eo qui Templum aut Domum fregerit.

Et si quis appellatus fuerit de fractione Monastie-

IIII. den. pois acordement si li metir ad avant honours qui si illiont co quil ad fait a lui se son queur li purportast e son conseil li donast, prendreit de lui ce quil offre a lui.

XIII.

Si co avent qui alquen colpe le poin a altre, u le pied, si li rendra demi were, su luc ceo q'il est, mez del pochier rendrad la meite de la mein del dei apres le polcier XV. solz de solt Engleis co est quer deners de lunc dei XVI. solz, del altre qui ported l'anel XVII. solz, del petit dei V. solz, del ungle si il colpe de cascun V. solz de solt Engleis; al ungle de petit dei IIII. den.

XIV.

Ki altrei espouse purgist, si forfait la were vers sun Seignour.

XV.

Altresi qui faus jugement fait, pert sa were si il ne pot prover sor Saintz quit melz ne * sot juger.

* l. pot.

XVI.

Si home apeled altre de Larcin, & il soit francz home, & il ait ond caverre testmonie de lealte sen escoudirad per plein serment, & altre qui blasmed ait ested per serment nomed, co est a savoir, quacorte homes leals per non si il aver les pot si sen escoudirad sei dudzime main, & si aveir nes pot si se defende per iuis e li apeleur jurra sur lui jur set homes nomes qui pur haur nel fist ne pur altre chose si pur son dreit non purchacer.

XVII.

E si alcons est apelez de muster fruisser,

Monasterii aut Cubiculi, neque fuerit anteà infamis enarer *se purget per* XLII. *legales homines* nomes *se duodecima manu, & si aliàs infamiâ notatus fuerit, purget se* a treis dullis, *videlicet per* XLVIII. *homines legales* nomes *se trigesima sexta manu, & si illos habere nequierit eat* a le iviſe a treis dubles ſi coil douſt a treis *de pleno Sacramento, & si* il enarrer larcin emended, alt al ewe *Archiepiscopus habebit de forisfactura* XL. *solidos in* Merciorum *Lege, & Episcopus* XX. *solidos, & Comes* XX. *solidos, & Baro* X. *solidos, & Villanus* XL. *denarios.*

XVIII.

De Denariis S. *Petri,* seu Vectigali Romano.

Liber homo qui habuerit averia campestria XXX. *denariis æstimanda, dabit denarium* S. Petri. *Pro* IV. *denariis quos donaverit Dominus, quieti erunt Bordarii ejus & ejus* Boner, *& ejus Servientes.* Burgenſis *qui de propriis Catallis habet id quod dimidia Marca æstimandum est, det denarium* S. Petri. *Qui in Lege* Danorum *est liber homo, & habet averia campestria quæ dimidia marcâ in argento æstimantur, debet dare denarium S. Petro. Et per denarium quem donaverit Dominus, erunt quieti ii qui residunt in suo Dominico.*

XIX.

De muliere vi compressâ & pudicitiâ luctamine tentatâ.

Qui fœminam vi oppresserit, forisfacit membra sua. Qui prostraverit fœminam ad terram & ei vim inferat, multa ejus Domino est X. *solidi. Si verò eam compresserit, forisfacit membra.*

XX.

De iis qui vectigal *Romanum* seu *D. Petri* non pendunt.

Qui negaverit denarium S. Petri, eum pendat per justitiam S. Ecclesiæ & XXX. *denarios forisfacturæ. Et si de ea re est implacitatus per Justitiam Regis, forisfaciat Episcopo* XXX. *denarios, & Regi* XL. *solidos.*

XXI.

De Oculo effosso.

Si quis alteri oculum effoderit infortunio quo-

fruiſſer, u de chambre, e il [a] ne eſted blamed enarer ſen [b] eſcoudit per * XLII. leals homes nomez ſei dudzime main, e ſil eit alre fiee eſted blamed, ſen [c] eſcoudied a treis dubles ceo a ſavoir per [d] XLVIII. homes leals nomes ſei trenteſiſte mein, e ſil aveir nes pot aut a la iviſe a treis dubles ſi coil douſt a treis [e] du blein ſerment, e ſil ad [f] enarer Larcin amended alt [g] al eweli Arceveſque averad de forfature XL. ſolz en Wercheulae, e lui Eveſtres XX. ſolz, e lui Quinz XX. ſolz, e le Baron X. ſolz, e li Vilain XL. [h] den.

a *Neir.*
* *al* XLIIII
b *eſcondit per* xij. *leals.*
c *eſcondied*
d *le* xxxvj.
e *dublein.*
f *enarer'.*
g *al ewſt Arceveſq;*
h *denir.*

XVIII.

Franc home qui ad aver champeſter trente deners vailaunt, deit doner le dener Seint *Pere.* le Seignur pur IIII. den. que il dour ad ſi erunt quites ſes Bordiers e ſes Boner & ſes Serjanz. Li Burgeis qui ad en ſonn propre chatel demi marc vailant, [i] deit dener Seint *Pere.* Qui en Denelæ francz home eſt e il averad demi marc en argent vailant de avor champeſtre, ſi [k] deurad dinier le doner Seint *Pere.* E per le dener qui li Seignur durrat ſi erent quietes ceals, qui meinent en [l] ſon demainer.

i *deit doner le dener Seint Pere*
k *durad doner le dener Seint Pere.*
l *de main.*

XIX.

Ki purgiſt femme per forze forfait ad les membres. ki abate femme a terre, pur faire lui force, la multe al Seignur X. ſolz. ſil la purgiſte, forfait eſt de membres.

XX.

Ki renent le dener Seint *Pere,* le dener [m] pendra per la juſtice de Seint Egliſe e XXX. den. forfait. e ſi il en eſt plaide de la [n] juſtice le Rei, le forfait al Eveſque XXX. den. e al Rei XL. ſolz.

m *rendra.*
n *juſtiſe.*

XXI.

Si alquns criene l'oil al altre per aventure

quocunque, emendet LXX. *solidis solidorum Anglicanorum. Et si* la purvele *restituatur, dimidium duntaxat reddatur.*

XXII.

De relevio *seu* Comitis.

De Relevio Comitis, quod ad Regem pertinet, VIII. *Equi Ephippiati & frænis ornati,* IV. *Loricæ,* & IV. Hammes, & IV. *Scuta,* & IV. *Hastæ,* & IV. *Enses,* les altres IV. chaceurs & *Palfredi cum frænis & capistris.*

XXIII.

De Relevio Baronis.

De Relevio Baronis, IV. *Equi cum sellis & frænis ornati, & Loricæ* II. & II. *Hammes & Scuta* II. & II. *Hastæ & II. Enses.* & les altres II. un chaceur & *unus Palfredus cum fræno & capistro.*

XXIV.

De Vavasoris relevio.

De Relevio Vavasoris ad ligium suum Dominum. Quietus esse debet per Equum son peip *talem qualem habuerit tempore mortis suæ, & per Loricam suam,* & per son Haume, *& per scutum suum, & per hastam suam, & per ensem suum. & si adeò fuerit inermis ut nec equum habuerit nec arma, per centum solidos.*

XXV.

Adeo me cæcutire heic fateor, ut nec lemma adjicere possim.

De eivers deins aver kil *velit calumniare,* emblet, *& ille vult dare vadios & invenire plegios ad prosequendum appellum suum, tunc* liscuverad *illi quod* il auverad entremenis nomer *warrantum suum si eum habuerit, & si non habuerit eum, nominabit suum* Heubelboth, *& testes suos, & habebit eos ad diem, & ad terminum si eos habeat aut eos habere poterit,* & li entreceur liuverad *in vadium se sexta manu, & alter ponat in manum sui warranti* va son Heubelboth, *& habeat ille testes quod* il lacharad al marthied in Rei, *& quod ille non* set *suum warrantum in plegio* vif ne mort coo jurad od *testes suos per plenum Sacramentum perdat catallum suum si is testimonium perhibeat quod* Heubelboth enpust, *& si non poterit habere*

ture quel que seit, si amendrad LXX. solz del solz Engleis. e si la purvele i est remis, si ne rendra lui que la meite.

XXII.

De releif al Cunte, que al Rei afiert VIII. chivalz selez, e enfrenez, les IIII. Halbers, e IIII. Hammes, e IIII. Escuz, e IIII. Launces, e IIII. Espes, les altres IIII. Chaceurs e Palfreis a frenis e a chevestres.

XXIII.

De releif a Barun, IIII. Chivalz enseles e enfrenes, e II. Halbers, e II. Hammes, e II. Escus, e II. Launces, e II. Espes, e les altres II. un Chaceur, e un Palefrei a frenis e a chevestres.

XXIV.

De releif a Vavasour a son lige Signeur, deite estres quite per le Chival son peipe tel quil aveit a jour de sa mort, e per son Halbert, e per son Haume, e per son Escud, e per sa Launce, e per Selpe. sil fust des apeille, quil ne out ne Chival ne les armes, per C. solz.

XXV.

De eivers deins aveir kil voldrad clamer emblet, e il volge doner wage e trouver plege a persuir son appel, dunt li scuverad a celui quil auverad entremeins nomer son guarant sul lad e si il nel ad dunt nomerad son Heubelboth e ses testemonies e ait les a jur e a term, sil les ad u sil les pot aver, e li enterceur liveriad en guage sei siste main e li altre le metirad en la main son warrant va son Heubelboth & il ait testimonies que il lacharad al marthied in Rei e quil ne set son warrant en le plege vif ne mort, coo jurad od ses testimonies per plein serment si perdra son Chatel si il testimonient qui il Heubelboth enpust, e sil ne pot aveir guarant ne testimonie si perdrad & pur soldrad pert sa werre vers

sons

bere warrantum nec teſtem, perdat & pro ſoldrad *perdat Weram ſuam Domino ſuo. Hoc obtinet in* Merciorum *jure, & in* Danorum, *& in* Weſt-Saxonum. *Non vocabit Dominum ſuum ad Warrantum de hoc quod ponitur in vadio, &* ou *Danlae* meite en vele diſſi la *quod is ſit* derained, *& ſi poteſt probare quod hoc ſit de* ſa nurture, *per tres partes,* ſon vigued ſe il aver ad derained. *Nam poſt Sacramentum* li eſt jugied *inde non poteſt poſtea* lever *per judicium Angliæ.*

son Seignur, co eſt en **Werchenelae** e en **Denalae** e en **Weſt-Serenelae.** Ne vocherad mei ſon Seignor waranticeo qui ſeit mis en guage e on **Denalae** meitre en vele diſſi la qui il ſeit derained e ſil pot prover qui ceo ſoit de ſa nurture per treis partz ſon vigued ſe il aver ad derained. kar puis lei ſerment li eſt jugied ne len pot pas puis lever per le jugement de Engleterre.

XXVI.

De ceturiæ mulctâ, ubi reus homicidii judicio non ſiſtitur.

XXVI.

De Murdre freceis occiſt, *& homines hundredi non prehendunt & minant ad Juſtitiam infra* VIII *dies ut oſtendat ob quam cauſam fecerit, reddant* le murdre XLVII. *Marcas.*

De murdre freceis occiſt, e les homes del hundred nel prengent e amenent a la Juſtice de denz les oit jours per muſtrer pur qui il la fait, ſin rendrunt le murdre XLVII. Mars.

XXVII.

De clientis actione verſus Dominum.

XXVII.

Si quis vult derainer *conventionem de terra ſua verſus Dominum ſuum per pares ſuos de tenura, ipſos quos appellaverit ut teſtes ſint* leſcuverad derainer. *Nam per extraneos non poteſt* dereiner.

Si home volt derainer covenant de terre ver ſon Seignor per ſes pers de la tenure meimes qui il apelerad a teſtimoines leſcuverad derainer. kar per eſtranges nel purra pas dereiner.

XXVIII.

De : : : : : : : : : : : :

XXVIII.

Qui placitat in Curia, cujuſcunque curia ſit, excepto ubi le cors le eſt eſti e home li mettid *ſuper eo quod dixerit, rem quam nolit conſiteri, ſi non poteſt* derainer *per* II. *intelligentes homines qui interfuerunt placito & videntes quod non dixerit,* recovered a ſa parole.

Home qui plaide en Curt, a qui Curt qui co ſeit fors la ou le cors le eſt eſti e home li mettid ſur quil ait dit choſe qui il ne voille coiniſtre, ſe il ne pot derainer per II. entendable home del pleidant & veant qui il nel aurad dit, recovered a ſa parola.

XXIX.

De Colonorum Relevio.

XXIX.

De Relevio Villani. Melius animal quod habuerit id (ſive Equus ſit, ſive Bos, ſive Vacca) donabit Domino ſuo pro Relevio, & poſteà ſi ſerait cuz les Villain *in franco plegio.*

De relief a Vilain. le meillur aveir quil avera u Chival, u Buf, u Vache, donrad a ſon Seignor de Releif & puis ſi ſerait cuz les Vilains en franc plege.

XXX.

De viis publicis.

XXX.

De tribus viis, videlicet, **Wetlingſtreet** *&* **Ermingſtreet** *&* **Foſſe.** *Qui in aliqua harum viarum hominem itinerantem ſive occiderit*

De III. chemins co eſt a ſaveir, **Wetlingſtreet** & **Ermingſtreet** & **Fos,** ki en alcun de ces chemins oceit home qui

occiderit ſive inſilierit, is pacem Regis violat.

XXXI.

De Latrone, cum latrocinio ſeu ἐπαύλεως, prehenſo.

Si latrocinium ſit inventum in cujuſcunque terra ſit & latro ſimul, Dominus terræ & Vxor ejus habebunt medietatem bonorum Latronis, & les chalieurs lor chatel ſe ille trovent & labor merted, *ſi repertum ſit intra* Sache & Soche *perdat Vxor & Dominus habebit.*

XXXII.

De : : : : : : : : :

De Srewarde *de unaquaque Hidarum Hundredi unus homo intra feſtum* S. Michaelis & S. Martini, & Wardireve *habebit* XXX. *hidas quietas pro labore ſuo, & ſi averia moriantur* perilot vel devient watter & *non poſſit oſtendere nec clamorem nec vim quæ facta fuerit reddat averia.*

XXXIII.

De cõlonis & glebæ Aſcriptitiis.

Eos qui cuſtment *terram non debet quis moleſtare præterquam de eorum* diotre *cenſu. Nec licet* a ſeignurage *diſcedere Cultores de terra ſua, quin rectum ſervitium ſuum facere poſint. Nativi qui diſcedunt à terra ſua non debent* cartre faut naivirie quere *quæ non faciunt rectum ſervitium quod ſpectat ad terram ſuam. Nativum qui diſcedit à terra unde eſt Nativus & venit ad alteram, nullus eum retineat nec catalla ejus, ſed redire cogatur ut faciat ſervitium ſuum tale quod ad eum ſpectat. ſi* les ſeignurages *non faciunt* altri gainnys *venire ad terram ſuam, Juſtitia id faciat.*

XXXIV.

Ne quis Domino ſuo debitas præſtationes ſubtrahat.

Nemo Domino ſuo ſubtrahat rectum ſervitium ſuum, propter nullam remiſſi onem quam ei antea fecerit.

XXXV.

De Fœmina gravida quæ capitali ſupplicio damnatur.

Si morti damnata ſit aut membrorum mutilationi fœmina in utero geſtans, de ea non fiat juſtitia priuſquam parturierit.

XXXVI.

ſeit errant per le pais u aſalt, ſi enfreit la pais le Roi.

XXXI.

Si larecin eſt troved, en qui terre qui ceo ſeit & le Laron oveſque le Seignor de la terre, & la feme averunt la meited del aveir a Laron e les chaleiurs lor chatel ſe ille trovent e labor merted ſil eſt trove dedanz Sache & Soche, ſil perdra la femme & la Seignor laverad.

XXXII.

De Strewarde de cheſcon des hides de hundred un home de denz la feſte Seint *Michiell* & le Seint *Martin* & Wardireve ſi aurad XXX. hides quites per ſon travaile & ſi avers tres paſſent perilot vel denient watter e il ne puſſent muſtrer ne cri ne force qui lon fuſt faite ſi rendiſent laveir.

XXXIII.

Cil qui cuſtinent la terre ne deit l'um travailer ſe de lour diotre cenſe non ne leiſt a ſeignurage departir les cultiuurs de lur terre per tant cum il puſſent le dreit ſerviſe faire les naifs ki departet de ſa terre ne devient cartre faut naivirie quere qui il ne facent lur dreit ſervice que apend a lor terre. li naifs ki departet de ſa terre dunt il eſt nez e vent a autri terre nuls nel retenget ne li ne ſe chatels enz le facet venir arer a faire ſon ſerviſe tel cum a li apend, ſi les ſeignurages ne facent altri gainnys venir a lor terre la juſtiſe le facet.

XXXIV.

Nullui ne toille a ſon Senior ſun dreit ſerviſe pur nul relais qui il li ait fait en arere.

XXXV.

Si femme eſt jugee a mort u a defacum des membres ki ſeit enceintee, ne faced lum juſtice deſquele ſeit delivere.

XXXVI.

XXXVI.

De Inteſtatorum bonis.

Si quis inteſtatus obierit, liberi ejus hæreditatem æqualiter dividant.

XXXVII.

De adultera à patre deprehenſa.

Si pater deprehenderit filiam in adulterio in domo ſua ſeu in domo generi ſui, bene licebit ei oure (*lege forſan* occire, *occidere*) *adulterum.*

XXXVIII.

De jactu, velut ad legem Rhodiam.

Si quis eu puiſſuned *alterũ ſit occiſus aut per* manhablement eiſſille, *ego jecero res tuas de navi ob metum mortis, de hoc non potes me implacitare. Nam licet alteri damnum inferre ob mortis metum quando periculum evadere non poteſt, & ſi de hoc me* meſces *quod ob metum mortis* nel feiſſe de co meſpriorai *& ea quæ in navi reſtant dividantur in communi ſecundum Catalla, & ſi quis jecerit Catalla extra navim, quando neceſſitas non exegerit, ea reſtituat.*

XXXIX.

De judicio in ſocium abſentem.

Duo ſunt participes unius Crichet, *& unus eorum implacitatus fuerit abſque altero, qui negligentiâ ſuâ perdit; non inde debet damnum cedere alteri qui abſens fuit. Nam quod judicatum eſt inter eos non debet præjudicare iis qui abſentes fuerunt.*

XL.

De *Relevio* eorum qui clientes cenſum pendunt.

Eorum qui Fundum ſuum tenent ad Cenſum, ſit Rectum Relevium tantum quantum cenſus annuus eſt.

XLI.

De Judiciis.

Cautè proſpiciant ii quibus Cura incumbit judicia facere, ut judicent uti petunt quando dicunt demitte nobis debita noſtra, *& prohibemus ne homo Chriſtianus extra*

XXXVI.

Si home mort ſans deviſe, ſi departent les enfans l'erite entre ſei per [a] u wel. [a] *awel.*

XXXVII.

Si le Pere truitet ſa file en anulterie en ſa maiſonn, u en la maiſonn ſon gentdre ben li lauſt oure lavultere.

XXXVIII.

Si home en puiſſuned altre ſeit occis u per manablement eiſſille Io jettai voz choſez de la nef per pour de mort & d'eo ne me poez enplaider, kar leiſt a faire damge a altre pur pour de mort quant parele ne pot eſchaper e ſi de come meſcez qui pur pour de mort nel feiſſe de co meſpriorai e les choſes qui ſunt remiſe en le nef ſeient departis en comune ſulun les chatels e ſi alcun jothed les chatels * fors de la nef ſenz buſun, ſil rendet. * *hors.*

XXXIX.

Dous ſunt perceners d'un crichet e eſt lun enplaide ſanz laltre, & per ſa folie ſi pert ne dit per co laltre eſtre perdant, ki preſent ne ſud, kar joſe juge entre eus ne fors juge pas les altres ki ne ſunt a preſent.

XL.

Cil qui tenent lur terre a cenſe, ſort lur droit releif a tant cum a cenſe eſt d'un an.

XLI.

Ententivement ſe purpenſent cil qui les jugementz unt a faire, qui ſi jugent cum deſirent quant il dient *dimitte nobis debita noſtra*, & nous * d'ſendum qui * *deſendent.*

extra terram non vendat nen ſurchetut en paiſumne wart lum *quod homo animam ſuam non perdat quam Deus vita ſua redemit, qui injuriam* eſlevera, *aut falſum judicium* fra purcurruz ne pur hange u pur aveir *ſit in forisfactura Regis de* XL. *ſolidis.* ſil ne pot aleier *quod plus recti facere* nel ſont ſi perde ſa Franchiſe ſi al Rei nel pot rachater a ſon plaiſir. *Et ſi ſit in* Danorum *Lege ſit Forisfactura de* Lahſlite ſil alaierne ſe pot *quod melius facere non* ſolt *& quod rectam legem & rectum judicium recuſaverit, ſit Forisfactura erga illum cujus hoc pertinuerit; ſi ſit erga Regem* VI *libræ, ſi ſit erga Comitem* XL. *ſolidi, ſi ſit in Hundredo* XXX. *ſolidi, & erga omnes* i cons *qui Curiam habent in Anglia* co eit *ad ſolidos Anglicanos. In* Danorum *Lege qui rectum judicium recuſaverit, ſit is in miſericordia de ſuo* Lahſlite *nec bene faciat querelã Regi de hoc quod quis ei defecerit in hundredo aut in Comitatu.*

lum Chriſtien* fors de la terre ne vende nen ſurchetut en paiſumne wart lum qui lum lamne ne perde qui du rechatat de ſa vie ki tort eſlevera u faus jugement fra purcurruz ne per hange u per aveir ſeit en * forſaunre le Rei d' XL. ſolz, ſil ne pot aleier qui plus dreit fair nel ſont ſi perde ſa Franchiſe ſi al Rei nel pot rachater a ſon plaiſir. e ſil eſt en Deuclae ſeit forfait de Larlite. ſil alaier ne ſe pot qui il melz faire ne ſolt. e qui dreite lei e dreite jugement refuſerad ſeit forfait envers celi ki dreit, co eſt a aveir, Si co eſt envers li Rei VI. livers, ſi co eſt envers Cunte XL. ſolz. ſi co eſt en hundred XXX. ſolz. e envers touz i cons ki Curt unt en *Engle-terre* co eſt al ſolz *Engleis.* E en Deuclae qui dreit jugement refuſerad fait en la mercie de ſa Larlite e ne face bon plainte a Rei dici qui lun li ſeit de faili el hundred u el Conte.

* *burs.*

* *forfaiture.*

XLII.

De pignore, quod *Namium* vocant, capiendo.

XLII.

Non capiat quis Namium aliquod in Comitatu nec per vim uſque dum ter rectum petierit in Hundredo aut in Comitatu, & ſi ad tertiam vicem rectum non poteſt habere, eat ad Comitatum & Comitatus præfigat ei diem quartum & ſi cili de fait de ki il ſe claime dunt *prenge conge ut poſſit Namium capere* pur le ſon lum & pref.

Ne prenge hum nammil en Conte ne de fors d'ici quil eit tresfois demand dreit el Hundred u el Conte, e ſil a la tiers fiee ne pot dreit aver, alt a Conte e le Conte len a fete le quart jura, e ſe cili de fait de ki il ſe claime dunt prenge conge qui il puſſe nam prendre pur le ſon lum e pref.

XLIII.

Ne quis rem aliquam emat ſine teſtibus.

XLIII.

Nemo emat quantum IIII. *denariis æſtimatur neque de re mortua neque de viva abſque teſtimonio* IV. *hominum aut de Burgo aut de Villa. Et ſi quis rem vendicat &* il vent *habeat teſtimonium; ſi nullum habeat Warrantum reſpondeat alteri Catallum ſuum & forisfacturam habeat qui habere debet, & ſi teſtimonium habeat ut jam diximus* voeſt *tribus vicibus & vice quarta* le dereinet & il le rende.

Ne nul achat le vailiant de IIII. den. de mort, vif, ſans teſtimonie ad IIII. hommes u de Burt, u de Vile; e le lum le chalange e il vent ait teſtimonie, ſi nad nul Warrant rende lum al un ſon chatel e le forfait ait ki aver le deit; e ſi teſtimonie ad ſicum nous eviz deſunes voeſt les treis foiz e a la quart feiz le dereinet u il le rende.

XLIV.

De : : : : : : : : : : :

XLIV.

Prætereà rationi conſonum non videtur ut quis face pruvance ſur teſtimonie ki conuſſent co que entre eſt, & que nul nel pruſt

Aus ne ſemble pais raiſon qui lum face pruvance ſur teſtimonie ki conuſſent co que entre eſt e qui nul nel pruſt

pruſt devant le terme VI. *menſium poſtquam* que laveir ſu emble.

XLV.

De vadimonio deſerto.

E al qui eſt redte e teſtimoniet deleaute & le plait tresfoiz *vicibus* eſchuit & *ad quartam vicem oſtendat ſummonitor de tribus defaltis, nihilominus* le mande *lum ut plegium inveniat & veniat ad jus, & ſi nolit, ſi non viderit hominem vivum aut mortuum, capiat quantum habet & reddat petenti catallum ſuum & Dominus habeat medietatem reſidui, & Hundredum medietatem. Et ſi nemo* parent nami ceſte juſtice deforcent ſeint forfeit envers le Rei de VI. lib. & quergent le larun nen ki poeſte il fait trove neit warrant de ſa vie ne per defenſed plait nait mes recover.

XLVI.

De Hoſpitibus.

Nemo alium recipiet ultra III. *noctes* ſi til ne li command od qui il fuſt aniz.

XLVII.

De famulis.

Nemo hominem ſuum à ſe diſcedere patiatur poſtquam rectatus fuerit.

XLVIII.

De : : : : : : : :

Et qui Latronem encontre e ſanz qui a acient li leit aler ſi la mend a la vailence de larun u ſe neſpurge per plener lei *quod Latro non ſit* e ki le cri orat e furſera la ſurfiſe li Rei amend ou ſen eſpurget.

XLIX.

De : : : : : : : : :

Quilibet etiam Dominus habeat ſervientem ſuum aut plegium ſuum qi, *ſi non rectatus fuerit, habeat ad rectum in Hundredo.*

L.

De : : : : : : : :

Si qui intra Hundredum incuſatus fuerit & IV. homines le retent, *ſe duodecima manu purget, & ſi* il ſent ſuiſt deduz la chalenge, *Dominus reddat Weram ſuam*, e ſi lun chalenge le Seignour que per le ſeut ſeit aler ſi ſe purget *duodecima manu, & ſi non poſſet, emendet verſus Regem & ſit utlagatus.*

pruſt devant le terme de VI. meis apres co qui laveir ſu emble.

XLV.

E al qui eſt redte e teſtimonie de deleaute e le plait tresfoiz eſchuit e al quart muſtrent li ſumenout de ſe treis defautes, uncore le mande lum qui il plege truſe e vienge a dreit, e ſil ne volt ſi ne viſt lum vif u mort ſi prenge lum quanque il ad e ſi rende lum al chalangeur ſun chatel e li Sire ait la meite del remenant, e le Hundred la meite. Et ſi nul parent nami ceſte juſtice deforcent ſeient forfeit envers li Rei de VI. lib. e quergent le larun nen en ki poeſte il ſeit trove neit warrant de ſa vie ne per defenſed plait nait mes recourer.

XLVI.

Nuls ne receit hom ultre III. nuis ſi til ne li command od qui il fuſt aniz.

XLVII.

Ne nuls ne lait ſun hum de li partir pus qui il eſt rete.

XLVIII.

E ki larun en contre e ſanz qui a ancient li leit aler ſi la mend a la vailance de larun u ſe neſpurge per plener lei qui il laron nel ſout, e ki le cri orat e ſurſera la Surfiſe li Rei amend u ſen eſpurget.

XLIX.

E chaſcun Seniour eit ſon Serjant u ſun plege qi ſi nel rete qui ait a dreit el Hundred.

L.

Si eſt aſcons qui blamet ſeit de dinz le Hundred IIII. humes le retent ſei XII main s'eſpurget. e ſi il ſeut ſuiſt deduz la chalenge li ſire rende ſun were, e ſi lun chalenge le Seignour qui per le ſeut ſeit ale ſi s'eſcuudie ſei VI. maine ſil ne pot envers li Rei lament e cil ſoit utlage.

Cum nulli subsequentium Legū Exemplar magis authenticum extat quā quod habetur in Codice rubro Scaccarii, ubi tamen ab editis à clarissimo Seldeno aliquantulū discrepatur, cum eo hæc contulimus atque ad fidem illius libri tibi hic exhibemus.

Carta Regis WILLIELMI conquisitoris de quibusdam statutis.

WILLIELMVS *Rex* Anglorum, *Dux* Normannorum, *Omnibus hominibus suis* Francis *&* Anglis, *Salutem.*

LI.

De Religione & Pace publica.

Statuimus inprimis super omnia, unum Deum per totum Regnum nostrum venerari, unam fidem Christi semper inviolatam custodiri, pacem, & securitatem, & concordiam, judicium & justitiam inter Anglos *&* Normannos, Francos *&* Britones Walliæ *&* Cornubiæ, Pictos *&* Scotos Albaniæ, *Similiter inter* Francos *&* *Insulanos, Provincias & Patrias quæ pertinent ad Coronam & Dignitatem, defensionem & observationem, & honorem regni nostri, & inter omnes Nobis subjectos per universam Monarchiam regni* Britanniæ *firmiter & inviolabiliter observari. Ita quod nullus alii forisfaciat in ullo super forisfacturam nostram plenam.*

LII.

De fide & obsequio erga Regem.

Statuimus etiam ut omnes liberi homines fœdere & Sacramento affirment quod intra & extra universum regnum Angliæ (*quod olim vocabatur regnum* Britanniæ) WILLIELMO *Regi Domino suo fideles esse volunt, Terras & Honores illius omni fidelitate ubique servare cum eo, & contra inimicos & alienigenas defendere.*

LIII.

De *Normanni* seu *Francigenæ* cæde.

Volumus autem & firmiter præcipimus ut omnes homines, quos nobiscum adduximus aut post Nos venerint, sint sub protectione & in pace nostra per universum regnum prædictum, & si quis de illis occisus fuerit, Dominus ejus habeat intra V. *dies homicidam ejus si poterit, sin autem, incipiat persolvere Nobis* XLVI. *Marcas argenti quamdiu substantia Domini illius perduraverit. Vbi vero substantia domini defecerit, totus Hundredus in quo occisio facta est communiter solvat quod remanet.*

LIV.

De jure *Normannorum* qui, ante adventum GUILIELMI, cives fuerant *Anglicani.*

Et omnis Francigena qui tempore EDVVARDI *propinqui nostri fuit in* Anglia *particeps consuetudinum* Anglorum, *quod ipsi dicunt* Anhlote *&* Anscote, *persolvat secundum legem* Anglorum.

LV.

De Clientelari seu Feudorum jure, & Ingenuorum immunitate.

Volumus etiam ac firmiter præcipimus et concedimus ut omnes liberi homines totius Monarchiæ regni nostri prædicti habeant et teneant terras suas, et possessiones suas bene et in pace, liberè ab omni Exactione injusta, et ab omni Tallagio; Ita quod nihil ab eis exigatur vel capiatur nisi servicium suum liberum quod de jure nobis facere debent et facere tenentur; et prout statutum est eis et illis à Nobis datum et concessum jure hæreditario imperpetuum per Commune Consilium totius regni nostri prædicti.

De

LVI.
De nocturnis Cuſtodiis.

Statuimus etiam et firmiter præcipimus ut omnes Civitates, et Burgi, et Caſtella, et Hundredi, et Wapentachia, totius regni noſtri prædicti ſingulis noctibus vigilentur et cuſtodiantur in gyrum pro maleficis et inimicis, prout Vicecomes et Aldermanni, et præpoſiti et cæteri Ballivi et Miniſtri noſtri melius per Commune Conſilium ad utilitatem regni providebunt.

LVII.
De Menſuris & ponderibus.

Et quod habeant per univerſum regnum Menſuras fideliſſimas et ſignatas et pondera fideliſſima et ſignata, ſicut boni prædeceſſores ſtatuerunt.

LVIII.
De Clientum, ſeu *Vaſſallorum*, præſtationibus.

Statuimus etiam & firmiter præcipimus ut omnes Comites, & Barones, & Milites, & Servientes, & univerſi liberi homines totius regni noſtri prædicti habeant & teneant ſe ſemper bene in armis & in equis ut decet & oportet, & quod ſint ſemper prompti & bene parati ad ſervicium ſuum integrum nobis explendum & peragendum cum ſemper opus adfuerit, ſecundum quod nobis debent de feodis & tenementis ſuis de jure facere, & ſicut illis ſtatuimus per Commune Conſilium totius regni noſtri prædicti, & illis dedimus & conceſſimus in feodo jure hæreditario. Hoc præceptum non ſit violatum ullo modo ſuper forisfacturam noſtram plenam.

*Dedimus. Et Mſſ. Scach.

LIX.
Vt Jura Regia illæſa ſervare pro viribus conentur ſubditi.

Statuimus etiam & firmiter præcipimus ut omnes liberi homines totius regni noſtri prædicti ſint fratres conjurati ad Monarchiam noſtram & ad regnum noſtrum pro viribus ſuis & facultatibus contra inimicos pro poſſe ſuo defendendum & viriliter ſervandum, & Pacem & Dignitatem Coronæ noſtræ integram obſervandam, & ad judicium rectum & juſtitiam conſtanter omnibus modis pro poſſe ſuo ſine dolo & ſine dilatione faciendam. Hoc decretum ſancitum eſt in Civitate London.

LX.
Ne venditio & emptio fiat niſi coram teſtibus & in civitatibus.

Interdicimus etiam ut nulla viva pecunia vendatur aut ematur niſi intra Civitates & hoc ante tres fideles teſtes, nec aliquam rem vetitam ſine fidejuſſore & Warranto, quod ſi aliter fecerit ſolvat & perſolvat, & poſtea forisfacturam.

LXI.
De emporiis, & jure Urbium pagorumque notæ melioris.

Item nullum Mercatum vel Forum ſit nec fieri permittatur niſi in Civitatibus regni noſtri, & in Burgis & Muro vallatis, & in caſtellis & in locis tutiſſimis ubi conſuetudines regni noſtri, & jus noſtrum commune & Dignitatis Coronæ noſtræ quæ conſtituta ſunt à bonis Prædeceſſoribus noſtris deperiri non poſſunt nec defraudari nec violari, ſed omnia rite & in aperto & per judicium et juſtitiam fieri debent. Et ideo Caſtella, et Burgi, et Civitates ſitæ ſunt et fundatæ et ædificatæ, ſcilicet, ad tuitionem Gentium et populorum regni, & ad defenſionem regni, et idcirco obſervari debent cum omni libertate et integritate et ratione.

De

LXII.
De purgatione forensi in judiciis publicis.

* Si Fr.

*Decretum est etiam ibi ut *si Francigena appellaverit* Anglum *de perjurio aut murdro, furto, homicidio,* Ran *quod dicunt apertam rapinam, quæ negari non potest,* Anglus *se defendat per quod melius voluerit aut judicio Ferri aut Duello. Si autem* Anglus *infirmus fuerit, inveniat alium qui pro eo faciat. Si quis eorum victus fuerit emendet Regi* XL. *solid. Si autem* Anglus *Francigenam appellaverit et probare voluerit judicio aut duello, volo tunc Francigenam purgare se Sacramento * non fracto.*

* non ferro, apud Hovedenum.

LXIII.
Firmantur Leges EDWARDI Regis.

Hoc quoque præcipimus ut omnes habeant et teneant Leges Edwardi *Regis in omnibus rebus, adauctis his quas constituimus ad utilitatem* Anglorum.

LXIV.
De justitiæ publicæ fidejussoribus.

Omnis homo qui voluerit se teneri pro libero sit in plegio ut plegius eum habeat ad justitiam si quid offenderit, et quisquam evaserit, talium videant plegii ut solvant quod calumniatum est, & purgent se quia in evaso nullam fraudem noverint. Requiratur Hundredus et Comitatus (sicut Antecessores statuerunt) et qui juste venire debent et noluerint, summoneantur semel; 1 t, si secundo non venerint, accipiatur unus Bos, et si tertio, alius Bos, et si quarto, reddatur de rebus hujus hominis quod calumpniatum est quod dicitur Ceapgel *et insuper Regis forisfactura.*

LXV.
De Servis & eorum manumissione.

Et prohibemus ut nullus vendat hominem extra Patriam. Si qui verò velit servum suum liberum facere tradet eum Vicecomiti per manum dextram in pleno Comitatu, quietum illum clamare debet à jugo servitutis suæ per manumissionem, et ostendat ei liberas vias et portas et tradat illi libera arma, scil. Lanceam, et Gladium, deinde liber homo efficitur.

LXVI.
De Servis.

Item si servi permanserint sine calumnia per annum et diem in Civitatibus nostris vel in Burgis in Muro vallatis vel in Castris nostris, à die illa liberi efficiuntur et liberi à jugo servitutis suæ sint imperpetuum.

LXVII.
De Suppliciorum modo.

* eruantur

*Interdicimus etiam ne quis occidatur vel suspendatur pro aliqua culpa sed * enervantur oculi et abscidantur pedes vel testiculi vel manus, ita quod truncus remaneat vivus in signum proditionis et nequitiæ suæ. Secundum enim quantitatem delicti debet pœna maleficis infligi. Ista præcepta non sint violata super forisfacturam nostram plenam. Testibus &c.*

* Deest hoc Lemma in Mss. Scaccharii.

* Institutiones sive leges Regis WILLIELMI.

WILLIELMUS *Dei gratia Rex* Anglorum. *Omnibus ad quos scriptum hoc perveniat salutem, et amicitiam. Mando et præcipio per totam* Angliæ *nationem custodiri.*

De

LXVIII.
De Examine Forensi.

Si Anglicus *homo compellet aliquem* Francigenam *per bellum de Furto vel Homicidio vel aliqua Re pro qua bellum fieri debeat vel judicium inter duos homines, habeat plenam licentiam faciendi. Et si* Anglicus *bellum nolit,* Francigena *compellatus adlegiet se in jurejurando contra eum per suos testes secundum Legem* Normanniæ.

LXIX.
De eodem.

Item si Francigena *compellat* Anglicum *per bellum de eisdem rebus,* Anglicus *plena licentia defendat se per bellum vel per judicium si magis ei placeat. Et si untrũ sit id est invalidus et nolit bellum vel non posset, quærat sibi Legalem defensorem.*

LXX.
De eodem.

Si Francigena *victus fuerit persolvat Regi* LX. *Et si* Anglicus *nolit se defendere per bellum vel per testimonium, adlegiet semper Dei judicium.*

LXXI.
De examine forensi.

De omnibus utlagariæ rebus Rex instituit ut Anglicus *se purget adjudicium. Et si* Anglicus *appellet* Francigenam *de utlegaria et hoc super eum * inveritare velit, defendat se* Francigena *per bellum. Et si* Anglicus *non audeat eum probare per bellum, defendat se* Francigena *pleno juramento non in verborum observantiis.*

Leges Henrici Regis.

HENRICUS regnare {cœpit / desiit} anno salutis humanæ {1100 / 1135}

De Libertate ECCLESIÆ, ET Totius ANGLIÆ observanda, Leges Henrici Primi, FILII CONQUESTORIS.

PROEMIUM.

HÆc sunt denique beata pacis ac libertatis exoptatæ gaudia quibus toti regno suo glorioſus Cæſar *Henricus* in Divinis legibus & ſecularibus *inſtitutis ſcriptis & bonorum operum exhibitionibus irradiat, moderatus, juſtus, fortis, prudens, quem Deus fœlicibus auſpiciis & ſalutari quavis corporis & animæ proſperitate cum conjuge ſua inclyta* MATILDE *ſecunda, & eorum liberis longis ſeculorum ſeculis, & æterna pace gentis noſtræ faciat imperare.*

CAP. I.

Epiſtola ejuſdem omnibus fidelibus ſuis.

* Nota Lector, quod in Codice rubro Scaccharii, duo reperiuntur hujus Chartæ exemplaria, quorum alterum his legibus præfixum eſt, (quod tibi hic fideliter exhibemus) alterum alio ejuſdem libri loco relatum cum hac inſcriptione, *Henricus Rex Anglorum Samſoni Epiſcopo, & Urſoni de Abecot, & omnibus Baronibus tam Francigenis quam Angligenis de Wireceſtreſcira ſalutem.* Sciatis, &c. Diſcrepantes poſterioris lectiones hic in margine adjecimus: quicquid autem hujuſcemodi ſignis [ ] incluſum reperies, id omne noveris in illo exemplari deeſſe: Hæc etiam Charta habetur apud Matthæum Paris, Annis 1100. & 1213.

*HEnricus Dei gratia Rex Anglorum, Omnibus Baronibus & fidelibus ſuis, Francis, Anglis, ſalutem. Sciatis me Dei miſericordia & communi conſilio [*& aſſenſu] Baronum Regni Angliæ ejuſdē regni Regē coronatū eſſe, & quia Regnū oppreſſum erat injuſtis exactionibus, Ego reſpectu Dei & amore quem erga vos [omnes] habeo, ſanctam Dei Eccleſiam, Inprimis, liberam facio, Ita quod nec vendam, nec ad firmam ponam, nec mortuo Archiepiſcopo * ſive Epiſcopo, * vel Abbate aliquid accipiam de Dominio Eccleſiæ, vel hominibus ejus, donec ſucceſſor in eam ingrediatur; & omnes malas conſuetudines quibus regnū Angliæ *opprimebatur inde aufero, quas malas conſuetudines ex parte *ſuppono. Si quis *Baronū* meorū, Comitum, ſive aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit, hæres ſuus non redimet terrā ſuam ſicut faciebat tempore fratris mei, ſed legitima, & juſta relevatione relevabit eam. Similiter & homines *Baronum meorum* legitima & * juſta relevatione relevabunt terras ſuas de Dominis ſuis: Et ſi quis Baronum * vel * hominum meorū filiam ſuam * nubitum tradere voluerit, ſive ſororem * ſive neptem ſive cognatam, mecum inde loquatur. Sed neq; ego aliquid de ſuo pro hac licentia accipiam, neq; ei defendam, quin eam det, excepto ſi eam jungere vellet inimico meo. Et ſi mortuo *Barone,* vel alio homine meo filia hæres remanſerit, illam dabo conſilio *Baronum meorum* cum terra ſua, & ſi mortuo marito uxor [ejus] remanſerit, & ſine liberis fuerit dotem * & maritationem ſuam habebit, & eam non dabo marito, niſi ſecundum velle ſuum. Si vero uxor cum liberis remanſerit dotem quidem & maritationem ſuam habebit dum [uxor] corpus ſuum legitime * ſervabit,

* *Inter ſi-nem inſertum eſt, & deeſt in ſecundo exemplari, uti apud Matth. Pariſ. tam anno* 1100 *quā* 1213.
* ſeu.
* ſive.
* injuſtè.
* hic pono
* certa.
* meorum
* aliorum.
* nuptum.
* ſuam.
* ſuam.
* ſervaverit.

vabit, & eam non dabo nisi secundum velle suum, & terræ & liberorum custos erit sive uxor sive alius propinquorum qui justus esse debebit, & præcipio ut *Barones* mei similiter se contineant erga filios vel filias vel uxores hominum suorum. Monetagium commune quod capiebatur per Civitates & per Comitatus quod non fuit tempore EDWARDI Regis hoc ne amodo fiat omnino defendo. Si quis captus fuerit sive Monetarius sive alius cum falsa moneta, justitia recta inde fiat. Omnia placita & omnia debita quæ fratri meo debebantur condono, exceptis rectis firmis meis & exceptis illis quæ pacta erunt pro aliorum hæreditatibus vel pro eis rebus quæ justius aliis contingebant. Et si quis aliquid * pro hæreditate sua pepigerat, illud condono, & omnes relevationes quæ pro rectis * hæreditatibus pactæ erant: & si quis *Baronum* vel hominum meorum infirmabitur sicut ipse dabit vel dare disponet pecuniam suam ita datam esse concedo, quod si ipse præventus vel armis vel infirmitate pecuniam suam non dederit nec dare disposuerit, uxor sua sive liberi aut parentes, aut legitimi homines ejus eam pro anima ejus dividant sicut * eis melius visum fuerit. Si quis *Baronum* vel hominum meorum foriffecerit non dabit vadium in misericordia [totius] pecuniæ suæ sicut faciebat tempore patris mei * & fratris mei; Sed secundum modum forisfacti ita emendabit sicut emendasset retro à tempore patris mei [& fratris mei] in tempore aliorum Antecessorum meorum. Quod si perfidiæ vel sceleris convictus fuerit, sicut justum fuerit sic emendet.

* pro hæreditate sua aliquid
* hæreditationibus
* melius eis.
* vel.

CAP. II.

De confirmatione legum Edwardi Regis.

MUrdra etiam retro ab illo die quo in Regem coronatus fui omnia condono, & ea quæ amodo facta fuerint juste * emendentur secundum LAGAM Regis EDWARDI, * Forestas communi consensu Baronum meorum in manu mea retinui sicut pater meus eas habuit. Militibus qui per loricas terras suas deserviunt terras dominicarum carucarum [suarum] quietas ab omnibus gildis & ab omni opere [proprio] dono meo concedo, [ut sicut benignitas mea propensior est in eis ita mihi fideles sint] ut sicut tam magno gravamine allevati sunt, ita equis & armis se bene instruant, ut apti & parati sint ad servicium meum, & ad defensionem Regni mei, * LAGAM Regis EDWARDI vobis reddo cum illis emendationibus quibus * eam pater meus emendavit * consilio Baronum suorum. Si quis aliquid de meo vel de rebus * alicujus post obitum WILLIELMI fratris mei cepit, totum cito * reddat absq; emendatione. * Testibus Archiepiscopis, Episcopis, Baronibus, Comitibus, Vicecomitibus & Optimatibus totius regni Angliæ apud Westm' quando coronatus fui.

* emendetur.
* Forestes
* pacē firmam in toto regno meo pono & teneri amodo præcipio.
* pater meus eam emandavit
* cum.
* reddatur

* Posterior Charta sic concluditur: *Teste Mauricio Lond. Episcopo & Willielmo electo Winton' Episcopo, & Gerardo Hereford' Episcopo, & Henrico Comite, & Simone Comite, & Waltero Gifardo, & Roberto de Muntford, & Rogero Bigod', & Eudone Dapifero, & Roberto filio Hamonis, & Roberto Malet, apud Westmonasterium quando coronatus fui. Valete.*

Totum hoc deest in Mss. Scac. usque ad caput 3.

[HENRICUS *Dei gratia Rex Angliæ, Archiepiscopo Cantuariæ, & Episcopis, & Abbatibus, & Comitibus, & Baronibus, & Justiciariis, & Vicecomitibus, & omnibus fidelibus suis Francis & Anglicis totius Angliæ, Salutem. Sciatis me concessisse civibus meis* London *tenend'* Middlesex *ad firmam pro* CC. *libr' ad compotum ipsius & hæredibus suis de me & hæredibus meis, Ita quod ipsi Cives ponent Vicecom' qualem voluerint de seipsis & Justiciar' qualem voluerint de seipsis ad custodiend' placita coronæ meæ & eadem placitanda, & nullus alius erit Justiciarius super ipsos homines* London *& Cives non placitabunt extra muros Civitatis pro nullo placito & sint quieti de* eschot *& de* Danegildo, *& de* murdre, *& nullus eorum faciat bellum. Et si quis Civium de placitis Coronæ implacitatus fuerit per sacramentum quod judicatum fuerit in Civitate se disrationet homo* London *& infra muros Civitatis nullus hospitetur, neque de mea familia, neque de alia vi alicui hospicium liberetur. Et omnes homines* London *sint quieti & liberi, & omnes res eorum & per totam Angliam, & per portus maris de* theolonio *&* passagio *&* leftagio, *& omnibus aliis consuetudinibus & Ecclesiæ & Barones, & Cives teneant & habeant bene & in pace* socnas *suas cum omnibus consuetudinibus, ita quod hospites qui in soccis suis hospitantur, neque dent consuetudines suas, nisi illi cujus socca fuerit vel Ministro suo quem ibi posuerit. Et homo Londoniarum non judicetur in misericordia pecuniæ, nisi in sa* Were, *scilicet ad* C. *solid. Dico de placito quod ad pecu-*

niam

niam pertineat, & amplius non sit miskenninga *in* hustenge, *neq; in* falkesmote, *neque in aliis placitis infra Civitatem &* Husting *sedeat semel in ebdomada, videlicet, die Lunæ, & terras suas, &* Wardemotum, *& debita Civibus meis, habere faciam infra civitatē & extra. Et de terris de quibus ad me clamaverint rectum eis tenebo lege Civitatis. Et si quis* thelonium *vel consuetudinem à Civibus* London *ceperit, Cives* London *capiant de Burgo vel de Villa ubi thelonium vel consuetudo capta fuit, quantum homo* London *pro* thelonio *desit, & proinde de dampno ceperit. Et omnes debitores qui Civibus debita debent eis reddant vel in* London *se disrationent quod non debent. Quod si reddere noluerint, neque ad disrationandum venire, tunc Cives quibus debita sua debent capiant in Civitatem namia sua, vel de Comitatu in quo manet qui debitum debet. Et Cives habeant fugationes suas ad fugandum sicut melius & plenius habuerunt antecessores eorum scilicet* siltre *&* Midlesex *&* Sureie. *Teste Episcopo Winton' Rob. fil' Richer, & Hug' Bigot, & Alver' de Coneis, & Willielmo Albini, & Huberto Regis Camerar', & Willielmo de Montfichet, & Hagulfo de cani, & Ioh' Delet, & Rob. fil. Siwa: Dat' apud Westm'.*]

CAP. III.

De causarum protractione & distinctione vel discriptione.

OMnes causæ vera consilii ratione discutiendæ sunt à Judicibus & sine personarum acceptatione, cum æqualitate discernendæ, vel si facultas admiserit potius pace honestandæ: & licet sanum ubique consilium in suæ Majestatis luce viguerit, pro modo tamen concertantium informari lepida moralitate non nocuit, & consilium forsitan dici poterit quicquid honestum & utile propositum quoquo modo promoverit.

Hic iterum invenimus Codicem Mss. Scacchario reservatum.

CAP. IV.

De carcerali liberatione.

GEnera causarum tria sunt, 1. Deliberativum, de faciendo & non faciendo: 2. Demonstrativum, de laude & vituperio: 3. Judiciale, de pœna vel merito. Ut rationales & legales partes quatuor, Exordium provocans: Narratio explicans: Argumentum asserens: Conclusio compellens. Species quinque; honestum, commendatorium vel persuasorium, admirabile, alienatum, humile neglectum, anceps, dubium vel promiscuum, obscurum, difficile vel tardum in lege scripta, in moribus vel communi usu pro lege suscepto. Omne autem jus aut naturale cognatorum est, aut morale extraneorum, aut legale Civium. Sed sive lex agenda præcipiat, levia permittat, hortatur maxima, vitanda prohibeat, debet esse manifesta, justa, honesta, possibilis. In omni conditione, professione & ordine, in omni genere & statu causarum, in omni controversia simplici vel composita, in omni jure naturali vel consuetudinis, in omni contingenti vel remoto loco tempori proprio conveniens nullo privato commodo præcipuè deserviens veritatis & justitiæ. Non miserum pecuniæ querens argumentum purum vero sit, & perspicuà brevitate decorum perorantis elogium inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronunciatione, persuasione naturali, ingenio, doctrina scientiæ, & assiduo usu peritum. In omni discendi genere, qui magna salutari gravitate perornet, parva subtili lenitate deducat, media temperata moderatione delectet, *nec longioribus yperbatis sensum confundat, nec verbis inanibus ambages interserat, qui directa locutione fatigatur congrua schematum junctura reficiat. Et si quid in dicendis aptum est & validum finis sentiat, & principium reliquum dissimulari vel præteriri nequeat, breviter sit & transcursim medietatibus interjectum.

*non

CAP. V.

De causarum proprietatibus.

IN causis omnibus Ecclesiasticis & secularibus legaliter & ordine pertractandis, alii sunt accusatores, alii defensores, alii testes, alii Judices. In omni discussione probitatis idonei nulláq; sunt exactione permixti, demum causarum qualitas sincera perscrutatione pensanda & accusantium intentio, testium modus, & judicum electio. Ne peregrina sint Judicia vel à non suo Judice vel loco vel tempore cele-

brata, nec in re dubia, vel absente accusato, dicta sit sententia notandum quod per omnia si accusatus inducias competentes & respondendi vel defendendi licentiam legitimam habuit ne dissaisiatus, vel implegiatus, vel illegiatus, vel surreptione aliqua circumventus, aut fraude judicetur. Si in testibus & Judicibus & personis satisfactum sit ei. Si Judicibus consentiat, aut nocet, aut contradicat. Non ita penitus est in Ecclesiasticis negotiis sicut in secularibus. In secularibus postquam aliquis vocatus venerit, & in foro placitari cœperit non licet ante peractam causam etsi in justitiam convenerint, in Ecclesiasticis vero dicta causa recedere. * Judicem suspectum habuit vel se sentiat pergravari: Judices sane non debent esse, nisi quos impetitus elegerit. Nec prius audiatur vel judicetur quam ipsi eligantur, Et qui electis consentire distulerit, nullus ei communicet, donec obtemperet. Quod si in Judicio inter partes oriatur dissensio de quibus certamen emerserit vincat sententia plurimorum. Sancitum est in causa fidei, vel Ecclesiastici alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis, & nihil fiat absque accusatore. Nam Deus & Dominus noster Iesus Christus Judam furem esse sciebat. Sed quia non accusatus, ideo non est * abrectus, & quicquid inter Apostolos egit pro dignitate officii ratum mansit. Sicut autem nec Clerici Laicos, ita nec Laici Clericos in suis accusationibus vel infamationibus debent recipere accusatores Clericorum, & testes legitimi sint, & præsentes absque ulla infamia, vel suspicione, vel manifesta macula sint, quia recte Sacerdotes accusare non possunt, qui Sacerdotes esse non possunt, nec sui sunt ordinis, nec oportet quemquam judicari vel dampnari priusquam legitimos accusatores habeat præsentes, locúmq; defendendi accipiat ad abluenda crimina. Placuit etiam quotiens Clericis ab accusatoribus multa crimina objiciuntur & unum ex hiis de quo prius egerint probare non valuerint ad cætera non admittantur. Et non dampnetur Præsul nisi in LXXII. testibus, neque Præsul summus à quoquam judicetur. Presbyter Cardinalis nisi in XLIIII. testibus non dampnabitur, Diaconus Cardinalis nisi in XXVI. Subdiaconus & infra nisi in VII. Nec major in minorum impetitione dispereat, & ibi semper causa agatur ubi crimen admittitur; pulsatus ante suum Judicem si voluerit causam suam dicat & non ante suum Judicem pulsatus si voluerit, taceat. Et ut pulsatis quotiens petierint induciæ dentur. Et omnis qui crimen objicit scribat se probaturum, & si ante conversus persequi noluerit * conjunctum est, non crimen habendum. Quod si decertare contendat si non probaverit quod objecit pœnam quam intulit ipse patiatur. Apostolus inquit adversus Presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus, quanto magis de Episcopis, si hæc de Presbyteris vel cæteris fidelibus sunt observanda? Si quis aliquem Clericorum in accusatione fornicationis appetitus secundum Apostoli Pauli præceptum, Duo vel tria testimonia requirantur ab eo. Quod si non potuerit datis testimoniis approbare quod dixit, excommunicationem accusati, accusator accipiat; & nemini de se confesso super alienum crimen credatur. Confessio verò per metum vel per fraudem exorta non valet. Caveat Sacerdos ne de hiis qui ei confitentur peccata sua alicui recitet, quod ei confessus est, non propinquis non extraneis, quod si fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pœniteat, & si quando Episcopus dicit aliquem sibi fuisse confessum proprium crimen & ille neget, non putet Episcopus ad injuriam suam non pertinere, quod sibi soli non creditur, & si scrupulo conscientiæ suæ dicat se ei nolle communicare plerumque boni taceant & sufferunt mala quæ noverunt, quia documentis deseruntur, & Judicibus probare non possunt, quamvis enim vera sint non tamen Judici sunt credenda, nisi certis indiciis probentur. Nos vero à Communione nequaquam prohibere possumus, quamvis hæc prohibitio non sit mortalis, sed medicinalis, nisi vel sponte confessum, vel judicio convictum. Hinc enim talis est nominabilis, ut ait Apostolus, qui confitetur, vel ordine judiciario convincitur. Quod si per judicium auferri non potest toleretur potius, ne quis perversè malos vitando ab Ecclesia discedens præcedat illos ad Jehennam: communio malorum non maculat aliquem perceptione Sacramentorum, sed confessio factorum. Quisquis in Ecclesia bene vixerit, nil ei præjudicant aliena peccata. De habitu & vestitu nihil legimus imperatum divinitùs, quæ ad pompam sunt, prohibentur. Et si rogeris potes in superbo cultu habere cor humile (ut Hester) Peccatores non solum Deus iratus, sed etiam miseratus evertit.

* si. — * *abjectus* Mss. Seld. & noster. — * *conjuncta* Mss. Seld. & noster. — * *exorta* Mss. Seld. & noster.

Ever-

Everruntur autem duobus: * aut sicut SODOMITAE, ut propeccatis si is ipsi homines puniantur: aut sicut NINIVITAE, ut ipsa hominum peccata puniantur & destruantur. Omnes æquè diligendi sunt, sed cum omnibus prodesse non poteris, hiis potius consulendum est, qui pro locorum, et temporum, et quarumlibet rerum oportunitatibus constrictius junguntur; tibi uterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat, non ita caveatur arrogantia ut veritas relinquatur. Qui sacerdotem ante familiarem commonitionem apud suos Judices aliquando, vel apud seculares unquam accusaverit, anathema sit. Si Episcopus à fide deviaverit, & à subditis secretè commonitus incorrigibilis apparuerit, tunc ad summos Pontifices vel sedem Apostolicam accusetur, pro aliis actibus suis magis tolerandus est, quam corrigendus. Si quis Episcopus super certis criminibus accusetur, ab omnibus qui sunt in provincia Episcopis, audiatur, nec dampnetur, vel judicetur priusquam legitimos accusatores presentes habeat, & conprovinciales, non alienigenas, & à se electos Judices non refutet nisi sit appellatum. Quod etiam liceat destinatis in supplicium. Appellantem autem & vitiatam causam appellationis remedio sublevantem, non debet afflictio, vel detentionis injuriari custodia. Quidam ad replenda imperitorum machinamenta & suas rationes præparandas, & testes confirmandos, & consilia quærenda annum & sex menses concedi mandaverunt: Quidam annum, in quo plurimi concordant, minus vero quam sex menses non repperi. Quod si Episcopi vel Clerici, vi vel timore ejecti, vel suis rebus expoliati fuerint prius eis omnia sua legaliter reddantur, & tantum temporis spacium habeant quanto dessaisiati fuisse videbantur antequam ad judicium canonice vocentur. * GREGORIUS in decretis. Presbiter vel Diaconus, vel quilibet clericus à populo accusatus si certi non fuerint testes illati criminis qui approbent veritatem, jusjurandum sit in medio, & illum proferant testem de innocentiæ suæ puritate cui nuda & aperta sunt omnia. Hoc etiam beatus SIXTUS Papa se fecisse commemorat à quodam BASSO culpatus licet cum magna examinatione satis posset evadere suspicionem & æmulationem fugiens, non eis qui noluerunt aut sponte hoc elegerunt faciendi formâ dans IERONIMUS super IEREMIAM libro primo. Iuramentum debet habere comites, veritatem, justitiam et judicium. Si ista defuerint, non juramentum sed perjurium erit. Nam si quis per coactionem abjurare cogatur quod per multos annos quietè tenuerit, non jurante sed cogente perjurium erit. Reum non facit nisi mens rea. Nemo se circumveniat aut seducat. Qui per lapidem falsum jurat, perjurus est, quacunque arte verborum juret aliquis, Deus ita accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit. Sed sine dubitatione malum minus est per Deum falsum jurare veraciter, quam per Deum verũ jurare fallaciter. Quanto enim id per quod juratur magis sanctũ est, tanto magis est penale perjurium. Qui exigit jurationem multum interest si scit illum falsum juraturum, vel nescit sive scit, & dicit jura, mihi jura mihi ut fides stet, non audeo dicere nõ esse peccatum, tamen humana temptatio est; si novit fecisse & cogit jurare homicida est. Si ab alio provocatus fueris, ab illius malo est quod juras, non à tuo. Si quis jurat falsum te sciente, si te non audierit utrum sit procedendus, si proditus & periculum mortis incurrat, difficillima questio est cui plus noceat, illi cui juratur an sacerdoti. Mihi videtur quod ille cui magis prodest vel obest veritatem jurare necessitate cogente non est peccatum. Non est servandum sacramentum cum malum incautè pronunciatur. Iuramentum filii & filiæ nesciente patre & vota Monachi nesciente Abbate & juramenta pueri irrita sunt.

* Hinc apparet leges hasce recognitas atque uti jam extant, post Henrici primi mortem (quæ incidit in Annum 1135) in archiva relatas. Siquidem *Decreta* non ante annum 1151. à *Gratiano* monacho *Benedictino* in Monasterio S. *Felicis Bononiensis* compilata fuere. *Baron. To.* 12. *n.* 6. *Mat. West. vide epist. D. Edwards Coci ad Relationum suarum partem nonam.* Quod autem ex *Gregorio* & *Sixto* tertio hic citatur habetur in *Decretis* caus. 2. q. 5. cap. *Presbiter* & *Mandastis. i. e.* cap. 5. & 10. Idem supra observari potest cap. *de Danegeldo* ubi *Willielmi* secundi fit mentio. Quod a *Ranulpho Glanvil* An. 1180. forte adjectum. *cujus sapientia condita sunt leges subscriptæ quas* Anglicanas vocamus. *Hoveden* fol. 342. b. 34.

CAP.

CAP. VI.

De tripartitione regni Angliæ in diversitate legum Comitatuum vel Provinciarum.

REgnum Angliæ trifariam dividitur in *Brittannos Brittaniæ*, in *Weſtſexam*, & *Mircenos*, & *Danorum* provinciam. Habet Archiepiſcopatus duos, Epiſcopatus XV. Comitatus XXXII. Ipſi verò Comitatus in Centurias & *Sipeſſocna* diſtinguuntur. *Centuriæ* vel *Hundreda* in *Decanias* vel *Decimas* & Dominiorum plegios. Legis etiam *Anglicæ* trina eſt partitio ad ſuperiorem modum. Alia enim *Weſtſaxiæ*, alia *Mircena*, alia *Denelaga* eſt. Præter tremendum Regiæ Majeſtatis *titiſlamus* Imperium quod præeſſe jugiter legimus ac ſalubriter celebramus advertendum. In multis autem differunt, ſed in multis conveniunt. Ipſorum etiam jura Comitatuum per Provincias plerunque diſſentiunt ſicut (videlicet) cupiditatis & maligna profeſſorum deteſtanda ſtudia graviora nocendi genera legalibus * ſtatutibus adjecerunt. Tanta quippe rerum perverſitas & malorum affluentia eſt ut definita legis veritas vel ſtabilis medicinæ providentia rarò poſſit inveniri: Sed ad majorem omnium confuſionem novus implacitationis modus exquiritur, nova nocendi fraus invenitur, tanquam parum noceat quicquid ante fuerit, & pluris eſſe judicetur, qui pluribus plus nocuerit. Illis tamen reverentiam & amorem *ſtigia* ſimulatione pollicemur quibus carere non poſſumus, quicquid noſtræ crudelitati pari congreſſione non reſpondet nobis natum non reputamus. Induimus animos tyrannorum, & hanc ob rabiem nobis induxere divitiæ, nemo quantum poteſt ſed ultra modis omnibus appetit inſanire, tot denique ſunt & tantis occupata ſollicitudinibus, tot circumductionibus involuta ſunt infortunia ſeculorum, ut vitandæ potius videantur exactiones, & incerta penitus alea placitorum.

Titulamus Mss. Seld. & noſter.

* *Statibus* Mss. Seld. & noſter.

CAP. VII.

De generalibus placitis Comitatuum quomodo vel quando fieri debeant.

SIcut antiqua fuerat inſtitutione formatum, ſalutari Regis imperio vera nuper eſt recordatione firmatum, generalia Comitatuum placita certis locis, & vicibus, & diffinito tempore per ſingulas Angliæ Provincias convenire debere, nec ullis ultra fatigationibus agitari niſi propria Regis neceſſitas, vel commune Regni commodum ſæpius adjiciat. Interſint autem *Epiſcopi*, *Comites*, *Vicedomini*, *Vicarii*, *Centenarii*, *Aldermani*, *Præfecti*, *Præpoſiti*, *Barones*, *Vavaſores*, *Tungrevii*, & cæteri terrarum Domini diligenter intendentes ne malorum impunitas, aut * gravionum pravitas, vel judicium ſubverſio ſolita miſeros laceratione conficiant, agantur itaque primo debita veræ Chriſtianitatis jura, ſecundo Regis placita; poſtremo cauſæ ſingulorum dignis ſatisfactionibus expleantur, & quoſcunque *Scyreſmot* diſcordantes inveniet, vel amore congreget, vel ſequeſtret judicio. Debet autem *Scyreſmot* & *Burgimotis* *Hundreda*, vel *Wapentachia* duodecies in anno congregari, & ſex diebus antea * ſubmotum niſi publicũ commodum vel * *efficiente* Regis dominica neceſſitas terminum præveniat; & ſi aliquid in Hundredis agendorum penuria judicum vel caſu aliquo tranſferendum ſit in duos, vel tres, vel amplius *Hundredas* reſpectetur juſto fine claudendum, & ſi quiſquam violenta recti deſtitutione vel detentione, in hundredis vel congruis agendorum locis cauſam ſuam ita turbaverit, ut ad Comitatus audientiam pertrahatur, perdat eam; & de cætero componat ſicut rectum ſit. Si quis Baronum Regis vel aliorum Comitatui ſecundum legem interfuerit, totam terram quam illic in Dominico ſuo habet acquietare poterit. Eodem modo eſt, *ſi Dapifer ejus legitime fuerit*, ſi uterque neceſſario deſit, Præpoſitus, & Sacerdos, & quatuor de melioribus Villæ aſſint pro omnibus qui nominatim non erunt ad placitum ſubmoniti. Idem in *Hundredo* decrevimus obſervandum, de locis & vicibus & * judicium obſervantiis de cauſis ſingulorum juſtis examinationibus audiendis; de Domini, & Dapiferi, vel Sacerdotis & Præpoſiti, & meliorum hominum præſentia.

* *gravionum.*

* *Submonitionem.*
* *Efficiente* Mss. noſt.

* *Judicium* Mss. Seld. & noſter.

CAP.

CAP. VIII.
De Hundredis tenendis.

SPeciali tamen plenitudine si opus est bis in anno conveniant in *Hundredum* suum quicunq; liberi tam *Hudefest* quam *Folgarii* ad dinoscendum scilicet inter cætera si Decaniæ plenæ sint vel qui, quomodo, qua ratione recesserint, vel super accreverint; præsit autem singulis hominum novenis decimus, & toti simul *Hundredo* unus de melioribus, & vocetur *Aldremannus*, qui Dei leges & hominum jura vigilanti studeat observantia promovere.* Communis quippe commodi provida dispensatione statutum est, ut à duodecimo ætatis suæ anno & in *Hundredo* sit, & decima vel plegio liberali quisquis *Were* vel *Wite* vel jure liberi dignus curat æstimari, Conductitii vel solidarii vel stipendiarii duorum plegio teneantur. Et omnis Dominus secum tales habeat qui ei justiciabiles sint, tanquam eos si peccaverint ad rectum habiturus vel pro eis forsitan rationē redditurus. Dictum est de illis qui terram non habent, Si in alio Comitatu serviant & cognitionem suam visitent qui eos interagendum firmabit, eos ad publicum rectum ducat si ibi foriffaciant vel propter eos emendet. Nemo ignotum vel vagantem ultra triduum absque securitate detineat vel alterius hominem sine comendante vel plegiante recipiat, vel suum à se dimittat sine Prælati sui licentia, & vicinorum testimonio, quietum etiam in omnibus in quibus fuerit accusatus. Sed de hiis omnibus pleniorem suggerunt ventura notitiam sicut *Edwardi* beatissimi Principis extitisse temporibus certis indiciis & fida relatione cognovimus: Et siquidem professioni nostræ congruum præcedentium vel sequentium Capitula docuerint sine jure naturali, vel legali, vel morali gaudeant institituto, & hoc licet multa * compositorum varietate minus plene peregerim bonam saltem voluntatem ubique prætendo.

* Ms Seld. & nost. addit, *Quia nil à nullo exigi vel capi debet nisi de jure & ratione per legē terræ & justitiā & per judicium Curiæ, sine dolo, prout statutum est maxima consideratione Procerum & bonorū prædecessorum totius regni, & multa aggregatione servorum Dei et bonorum patrum, & sapientum totius Monarchiæ approbatum.* sed deest in Mss. Seach.

CAP. IX.
De qualitate Causarum.

QUalitas causarum multa est; emendabilium, & non emendabilium, & quæ solum pertinent ad jus regium. Omnes verò causæ simplices sunt aut conjunctæ, & in manifestatione consistunt, vel in accusatione. In contemplatione positorum aliæ per visum fiunt & auditum, aliæ per relationem, aliæ per æstimationem quæ magis ad violentam usurpationem improbis Prælatorum conjecturis inversantur. Quæ à legitimis causis omnibus & maxime Ecclesiasticis submoventur, & sive unus unum accuset, aut plures, vel plures unum, vel plures sint compellentes, & compellati aliquem statim in inculpationibus responderi oportet, aliqu' competenti termino, aliqu' nullo, & omnes habeant congruos pertractationum modos locis temporibus & personis assignatos, & omnis causa terminetur vel *Hundredo*, vel Comitatu, vel *Halimoto soccam* habentiū vel dominorum curiæ vel divisis pariū vel certis agendorum locis adjacens, ne cuilibet irrogatam injuriam * fomenta dilata vel amota multiplicent ne causarum habitudine vel aliqua recti destitutione jura pertranseat. Transeunt autem multis modis alia intrinsecis, alia extrinsecis accidentiis secundum industriam vel justitiam concertantium secundum *socam* Prælatorum quam quidam habent in suo de suis. Quidam de suis & extraneis sive in omnibus sive in quibusdam causis. Multa siquidem causarum differentia est, capite plectendarum, vel pecunia redimendarum, transeuntium, manentium vel utrumque spectantium & quæ solum pertinent ad jus Regium. Differt etiam an aliquis cum suo vel alterius homine causam agat, & si quid in actu vel in sola *tibla* consistat, & si quid bello vel lege sacramentali plena vel frangenti vel etiam judiciali repetatur. Aliud vero est si par parem accuset, vel major minorem, vel minor majorem. Permittantur etiam causarum actiones in locorum contingentiis, in tempore ex personis in accusationum modis personarum distinctio est in conditione, in sexu secundum professionem, & ordinem, secundum observatam legalitatem, quæ in agendis omnibus pensanda sunt Judicibus. Nemo autem stultus aut improbus debet esse Judex, sed Optimates quiq; secundum modum suum qui non personam sed opera dijudicent per legem Provinciæ. Regnum verò Angliæ tripartitum est in *Westsaxones*, & in *Mircenos* & *Dacorum*

* *circumpositorum* Mss. Seld. & noster.

* *formata.*

Dacorum Provinciam. Legis etiam *Anglicæ* trina est partitio, est ad eandem distantiam, supersunt Regis placita Curiæ quæ usus & consuetudines suas una semper immobilitate conservat ubique, *Soca* verò placitorum alia propriè pertinet ad fiscum regium, & singulariter alia participatione, alia pertinet Vicecomitibus, & Ministris Regiis in firma sua. Alia pertinet Baronibus *Socham* et *Sacham* habentibus.

CAP. X.
De jure Regis.

HÆc sunt jura quæ Rex Angliæ solus & super omnes homines habet in terra sua commoda pacis & securitatis institutione retenta. Infractio pacis Regiæ per manū vel breve datæ *Denegildum* placitū brevių vel præceptorū ejus contemptorū de famulis suis ubicunq; occisis vel injuriatis. Infidelitas & proditio quicunq; despectus vel maliloquiū de eo, castellatio trium *stannorum utlagaria*, furtū, morte impunitum, murdrum, falsaria monetæ suæ, incendium, *Hamsocna*, *Foresta*l, *Fyrderinga*, *Flemensfirme*, præmeditatus assultus, *Roberia*, *Stretbreche*, præsumptio terræ, vel pecuniæ Regis, thesaurus inventus, naufragium, maris algarum, violentus concubitus, raptus Forestæ, relevationes Baronum suorum. Qui in domo vel familia Regis pugnabit. Qui in hostico pacem fregerit. Qui *Burghbotam*, vel *Brigbotam*, vel *firdefare* supersederit. Qui excommunicatum vel Utlagam habet & tenet *Borghbrege*. Qui in bello campali vel navali fugerit injustum judicium defectus justitiæ, prævaricatio legis Regiæ, Omnes hereštrete omnino Regis sunt, & omnia *gwalstowa*, i. occidendorum loca totaliter Regis sunt in soca sua & omnibus ordinatis & alienigenis, & pauperibus, & abjectis debet esse, Rex pro cognato & advocato si penitus alium non habent. Hæc sunt Dominica placita Regis nec pertinent Vicecomitibus, vel Apparitoribus vel Ministris ejus sine diffinitis prælocutionibus in firma sua.

CAP. XI.
De placitis Ecclesiæ pertinentibus ad Regem.

SUnt alia quædam placita Christianitatis in quibus Rex partem habet hoc modo. Si Rex patiatur ut qui in Ecclesia fecerit homicidium, ad emendationem veniat. Primo Episcopo & Regi precium Nativitatis suæ reddat, & ita se inlegiat. Deinde componat de pace Ecclesiæ quinq; libr', & reconciliationem Ecclesiæ quærat sicut ad eam pertinebit, & cognationis, & donationis emendationem plene restituat. Si quis rectam decimam superteneat, vadat Præpositus Regis & Episcopi, & terræ Domini cum Presbytero & ingratis auferant, & Ecclesiæ cui pertinebit reddant & novam partem relinquant ei qui decimam dare noluit. Reliquum in duas partes dividant, dimidium habeat Dominus, dimidium habeat Episcopus, sit homo Regis vel alterius, *Romfeath* in Festo Sancti Petri ad vincula debet reddi. Qui supra tenebit, reddat Episcopo denarium illum, & XXX. denar' addat Regi L. s. qui *cherisceatum* tenebit ultra Festum Sancti Martini reddat eum Episcopo & undecies persolvat & Regi L. Sol. Qui uxoratus faciet adulterium habeat Rex ejus vel Dominus superiorem, Episcopus inferiorem: Qui perjurium super sancta commiserit, perdat manum suam vel dimidiam *weram* suam, & hoc commune sit Domino ejus, & Episcopo. Qui falsum testimonium dicet, non admittatur deinceps in testimonium sed reddat Regi vel terræ Domino *Helfeng'*. Qui ordinatum occiderit, vel malignaverit, emendet ei sicut rectum sit, & ipsi emendationem altaris secundum ordinis dignitatem Regi vel Domino plenam infractionem pacis, vel plena lada neget. Si quis mortis reus confessionem desideret, nunquam negetur ei. Quod si quis faciat, emendet Regi CXX. Sol. aut cum quinque juret quod hoc non fecisset. Si liber Festis diebus operetur emendet suum *helfeng*, & saltem erga Dominum sedulò componat. Si quis Dei rectitudines per vim teneat, solvat *laghlite* cum *Dacis*, plenam *Witam* cū Anglis, aut neget cum * XI. Si aliquem illuc vulneret, hoc emendat & reddat plenā *Witam*, & ab Episcopo manū suam redimat vel perdat eam. Si aliquē occidat, sit *utlaga*, & prosequatur eum cum clamore omnis qui rectum vult. Si efficiat ut occidatur per hoc quod rectum contra resistat, si hoc inveritetur inultus jaceat. Qui

* XII. Mss. Seld. & noster.

ordinis

ordinis infracturam faciet, emendet hoc secundum ordinis dignitatem, *Wera*, *Wita*, * *Lahilita*, & omni misericordia. Sit omnis Vidua sine marito duodecim mensibus, eligat postea quem velit, & si infra unius anni spacium capiat maritum, perdat Morgangifan' suam, & omnem pecuniam suam quam ex primo marito habebat, & sit maritus ejus *were* suæ reus apud Regem, vel cui Rex concesserit. Si quis Dei fugitivum habeat injustè, reddat ei ad rectum & persolvat ei cujus erit, & Regi emendet secundum *Legergildum*. Si quis excommunicatum habeat, vel *utlagam* & teneat; dispereat ipse & omnis venia ejus & omnis emendatio communiter emendetur Christo & Regi, ubicunq; recusabitur lex Dei justè servari, secundū dictionē Episcopi, & cogi oportebit per mundanam potestatē. Necessaria siquidem justicia & districtio secularis in divinis plerunque legibus & secularibus institutis, quia plures aliter à suis pravitatibus revocari nequeunt, plures ad Dei cultum ac legalitatis observantiam inclinari nolunt, unde pro multa malorum infestatione commoda pacis dispensatione provisum est, ut graviora placita magisque punienda soli justitiæ vel misericordiæ Principis addicantur, ut venia petentibus & pœna peccantibus abundantius habeatur. In causis autem emendabilibus Sanctorum miseratione permissum est, ut terreni Domini audeant ex eorum licentia pecunialem emendationem capere secundum legem patriæ.

* *Lasita* Mss. Seld. & noſt.

CAP. XII.

*Quæ placita * commendari debeant.*

* *emendari* Mss. Seld. & noſter.

EX hiis placitis quædam emendantur centum solid', quædam *werra*, quædam *wita*; quædam non possunt emendari, quæ sunt *husbreche*, & *bernet*, & *openthifthe*, & *cheremorth*, & *lafordi'yike*, & infractio pacis Ecclesiæ vel manus Regis per homicidium. Hæc emendantur centum solid. *Grithbreche*, *Stretbreche*, *Forstel*, *Burghbreche*, *Hamsokne*, *Flymensirma*. Hæc emendantur Werra. Si ad emendationem veniat qui in Ecclesia fecerit homicidium persolutio furti vel robariæ. Qui furem plegiatum amiserit; Qui ei obviaverit, et gratis sine vociferatione dimiserit; Qui ei consentiet in aliquo; homicidium *werra* solvatur, vel *werra lada* negetur; Si uxoratus homo fornicetur; Qui viduam duxerit ante unum annum; Qui in hostio, vel familia Regis pacem fregerit. Si ad emendandam venire possit, si Præpositus pro firmæ adjutorio *witam* exigat. Qui legem apostatabit Weræ suæ, sit reus prima vice; si secundo fecerit, reddat bis *Weram* suam; qui tertio præsumat, perdat quicquid habet.

CAP. XIII.

Quæ placita mittunt homines in misericordia Regis.

HÆc mittunt hominem in misericordia Regis. *Infractio pacis* quam per manum suam dabit alicui. *Contemptus brevium suorum*, & quicquid ad propriam ejus personam vel mandatorum suorum contumeliatur injuriam de famulis suis in Civitate, vel in Castello, vel ubicunque occisus infidelitas & proditio despectus de eo castellatio sine licentia utlagaria, et qui eam faciet in jure regio sit, et si *boclond* habeat, in manum Regis veniat furtum probatum et morte dignum. *Murdrum* XLVI. marc' reddatur, nisi malefactor infra septem dies habeatur. Falsarii pugnum perdant, et nullo modo redimant. Qui injustè judicabit $\overline{CXX}$. solid. reus sit, et dignitatem judicandi perdat, nisi redimat erga Regem. Dominica * Capralia Regis celata pro furto habeantur, violentia virgini vel viduæ facta, Qui in domo Regis pugnabit vitæ suæ culpa sit. Qui in hostio pacem fregerit vitam perdat * *weregildo* componat. Qui *burghotam*, vel *brighotam*, vel *firdfare* superfederit $\overline{CXX}$. solid. forisfecerit aut nominentur ei $\overline{XII}$. & perquirat ex eis $\overline{XI}$. ad negandum. Qui excommunicatum habet et manutenet vel utlagam qui Dei recta contratenendo fecerit homicidium. Qui in bello campali vel navali pro timiditate fugiet à Domino, vel à socio suo, perdat omne quod habet, et vitam suam, et manus mittat Dominus ad pecuniam suam et terram quam ei dedit, et si bocland habet in jus Regium cadat.

* *Capitalia* Mss. Seld. & noſter. * *vel*, Mss. Seld. & noſter.

CAP. XIV.
De relevationibus.

SInt relevationes singulorum sicut modus sit. Comitis VIII. equi, quatuor sellati & quatuor sine sella, et galeæ IIII. & loricæ IIII. cum VIII. lanceis, et totidem scutis et gladii IIII. et centum mancæ auri. Postea *Thayni* Regis qui ei proximus sit, quatuor equi, duo sellati, et duo insellati, et duo gladii, et quatuor lanceæ, et totidem scuta et galea cum lorica, et L. mancæ auri & mediocris *Thayni* equus cum apparatu suo et arma ejus, et suum *halfhang* in *Westsexa*; in *Mircenis* duæ libræ, et *Thayni* justitiam habeat duo equi, unus cum sella, alius citra: Regis relevatio cum *Dacis* qui socam suam habeant III. libr', & si apud Regem promotiorem justitiam habeat, duo equi, unum cum sella, alium sine sella, unus gladius, et duæ lanceæ, et totidem scuta, et L. mancæ auri, et qui minus potest det duas libras; et ubi *bonda* manserit sine calumpnia, sint uxor et pueri in eodem sine querela, et si accusatus fuerit dum vixerit in aliquo respondeant hæredes ejus sicut ipse faceret si viveret, et persolvat omnis vidua relevationem suam intra duodecim menses sine forisfactura, si non possit antea.

CAP. XV.
*De * Denegildo.*

* *Danegildo* Mss. Seld. & noster.

DAnagildum quod aliquando ringe manus dabatur, .i. XII. denar' de unaquaq; hyda per annum; si ad terminos non reddatur, *Wyta* emendetur.

CAP. XVI.
De pace Curiæ Regis.

* In Mss. *Scaccria* aperte scribitur in linea, neq; deletur, & tamen *quatuor* super inducitur

NAm longe debet esse pax Regis à porta sua ubi residens erit à quatuor partibus loci illius hoc est * quatuor miliaria, & tres quarentenæ, & novem acræ latitudine, et novem pedes, et novem palmæ, et novem grana ordei. * Multis sane respectus esse debet, ac multa diligentia, ne quis pacem Regis infringat maxime in ejus vicinia.

quatuor Mss. Seld. & noster.

CAP. XVII.
*De * placita Forestarum.*

* *multus* Mss. Seld. & noster.

PLacitum quoque *Forestarum* multiplici satis est incommoditate vallatum, de *Essartis*, de cæsione, de combustione, de venatione, de gestatione arcus & jaculorum in Foresta, de misera Canum expeditatione. Si quis ad stabilitatem non venit. Si quis* *pecuram* suam recluſam dimiserit de ædificiis in Foresta. De summonitionibus supercessis. De obviatione alicujus in Foresta cum canibus. De corio vel carne inventa.

* *placitis* Mss. Seld. & noster.

CAP. XVIII.
De Lada.

FRancigena compellatus juret se sexto, Anglicus liber triplici lada plane vel simplici exigenti vel judicio neget.

CAP. XIX.
Justitia Regis.

HÆc sunt quæ ad Justitiam vel indulgentiam Regis et fiscum censentur cum appenditiis suis, nec sine diffinitis prælocutionibus pertinent Vicecomitibus vel Præpositis ejus in firma sua ubicunque à quocunque, in quemcunque fiant sive terra Dominica Regis, et socna sit sive sit alterius omnium terrarum quas Rex in dominio suo habet, soknam pariter habet. Quarundam vero terrarum maneria dedit, sed soknam sibi retinuit singularem vel communem; quarundam terrarum maneria dedit, sed *socnam* sibi retinuit. Nec sequitur *socna* Regis data maneria, sed magis est ex personis.

CAP.

CAP. XX.
De Sokna & Tholet Theam.

PArticipantium quoque causarum partim in socna .i. in quæstione sua Rex habet, partim concedat aliis. Omnis autem socna simplex est habentibus aut conjuncta. In custodia vero trina principaliter distincta sub Præpositis maneriorum in minus adjacentibus *halimotis* sub Prælatis Hundredorum et Burgorum sub Vicecomitibus Archiepiscopi, Episcopi, Comites, et aliæ potestates in terris proprii potestatis sui, *sacham* & *socham* habent, *thol* & *theam* & *infongentheaf*. In cæteris vero per emptionem, vel cambitionem, vel quoquo modo perquisitis socham et sacham habent. In causis omnibus & halimotis pertinentibus super suos & in suo, & aliquando super alterius homines, præsertim si in forisfaciendo retenti vel gravati fuerint, & illic competentem emendationem habeant. Singulorum Baronum, Senatorum, & Clericorum, Laicorum, ubicunque terram habeant sine *socna* Regis sit vel non in capitalibus quæstionibus socna est, sicut à Knuti vel Edwardi legibus per successiones posteras hæreditaria dignitate successit, nisi vel* propinquante vel aliqua meritorum dignitate Regis indulgentia quemcunque respexerit cujus amanda bonitas promovet potius non evertet libertatem.

Deest tit. in Mss. Scac. restituimus ex Mss. nost. D. Seldeni liber habet tantum *De socna*.

* *propinquitate* legit Mss. Seld. & noster.

CAP. XXI.
De generibus Causarum.

SUnt etiam, ut diximus, quædam genera causarũ præmissa singularitate licentius expedita in quarum emendationibus Rex particulariter communicat ubicunque fiant in divinis vel secularibus super Regios, et Ecclesiasticos, et Baronum homines, et * acefalos, & pauperes, sive *socham* totaliter habeat vel particulariter; ex quibus sunt *adulterium*, *homicidium* in Ecclesia factum, Infractio pacis, vel ordinis, vel Christianitatis, vel legalitatis, si cogi oporteat per mundanam potestatem ut rectum fiat.

* *acephalos* Mss. Seld. & noster.

CAP. XXII.
De Grithbriche & Hamsocna.

SÆpe etiam ex justitia placitantium causæ transeunt in jus aliorum ex * aggeratione rerum, ut qui nominant & * promittunt *Gritbreche*, vel *Hamsocnam*, vel eorum aliquid quod socham & sacham eorum accedit ipsa nocendi cupiditate Præpositi dum ad Wytam castigatius posset inflecti deforciatione, recti *miscravationem* præsumptis accusationibus tarditate, ut qui in præfectura vel qualibet potestate constitutus sæpe differt exigere dum licet quod sæpe cum labore frustraq; prosequitur destitutus, transeunt autem in mislocutione, *Miskenninge* quæ magis inhorruit in Londonia.

* *aggregatione* Mss. Seld. & noster.

* *permittam* Mss. Seld. & noster.

CAP. XXIII.
De Foresiis.

SIquis *Blodwytam*, *Fintwytam*, *Legerwitam*, & hujusmodi forisfaciat, & inde veniat sine dividiatione vel calumpnia placitum Domini sui est. Nemo etiam de cæsione nemoris in operati jure cogitur respondere per *Withercilam*, nisi Domino suo vel captus in eo. Idem dicimus de commissis Monacho, Monachæ, Sponsæ, Pueris, Servo, Ancillæ sine legitima Prælatorum suorum licentia. De Monacho quem obedientiarium fecerint, respondeat Abbas ejus per omnia sicut rectum sit. Eorum etiam est consecutio et reductio furum sine calumpnia. Receptio quoque fugitivi secundum legem quæsiti quicquid referat præter furtum.

CAP. XXIV.
De Iudiciis fiscalibus.

SUper Barones *Socham* suam habentes habet Judex fiscalis justitiæ legis observantiam, & quicquid peccabitur in eorum personam. Nemo enim forisfacturam

sui ipsius habuit, sed fortasse Dominus ejus. Et qui furem ei promisit vel roberiam, vel pacis fractionem, vel deinceps similia accusatum convincat, vel inde componat, & si forisfaciant emendent sicut alii. Nullus enim *socnam* habet impunè peccandi. Si Præpositus Regius in terra *socam* habentium forisfactum prior sciat, non tamen habeat nisi *socnam* illam excedat.

CAP. XXV.
De privilegiis Procerum Angliæ.

SI exurgat placitum inter homines alicujus Baronum *socnam* habentium, tractetur placitum in Curia Domini sui de causa communi. Si est inter homines duorum Dominorum *socnam* habentium respondeat accusatus in Curia Domini sui de causa communi.

CAP. XXVI.
De Furtæ placito.

De furti placito Mss. Seld. & noster.

DEfensor aut Dominus de furto pulsatorum si semel aut amplius respectaverit erga vicinum diem vicinaliter & absque justitiæ majoris authoritate condictam, curiam suam perdet; pulsator autem quos pulsaverit ad majorem audientiam protrahendi potestatem accipiet. Porro qui accusantur præsertim pro capitalibus si diem sic condictum subterfugiant respectatum, partem suam & si non mortuam faciunt tamen ægriorem. Planum est denique pro tali causa * conductum diem, nec semel quidem salva Curia *Vavassoris* licere respectari nec actionem hujus sine Regiæ potestatis Ministro debere finiri quæ magis vitanda sunt. Si quis de furto saisiatus sit, si lex inde jam judicata sit, coram Regis * ministerio causa fuerit.

* *conditũ* Mss. Seld. & noster.

* *ministro* Mss. Seld. & noster.

CAP. XXVII.
De libertate Vavasor.

HAbeant autem *Vavassores* qui liberas terras tenent placita quæ ad *Wytam* vel * *Veram* pertinent super suos homines & in suo, & super aliorum homines si in forisfaciendo retenti vel gravati fuerint.

* *veram* Mss. Seld. & noster.

CAP. XXVIII.
*De æquo Iudicio * faciendum.*

* *faciendo* Mss. Seld. & noster.

IN omnibus agendis inoffensus esse debet Judicum affectus, non suspectus; gravius enim lacerantur pauperes à pravis Judicibus quam à cruentis hostibus: & diligentia testium & personarum omnium digna Dei auribus perscrutatione pensanda est ut idonea sit, & cui ab adversario jure contradici non possit; et ipsi coagentes frequenter interrogandi sunt an amplius dicere velint, an inde judicari, quia multa per surreptionem eveniunt. Tanto enim majus est periculum judicantis quam ejus qui judicatur quanto ex verbis Domini judicium super alios habitum nobis scimus reservari, & licet infinita delinquentium multitudo modum miserationis incommodet uno verbo * concludimur, *Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris.*

* *concludentur* Mss. Seld. & noster.

CAP. XXIX.
Qui debent esse Iudices Regis.

REgis Judices Barones Comitatus qui liberas in eis terras habent, per quos debent causæ singulorum alterna prosecutione tractari; *Villani* verò, vel *Cocseti*, vel *Perdingi*, vel qui sunt viles vel inopes personæ non sunt inter legum Judices numerandi, unde nec in Hundredo, vel Comitatu pecuniam suam vel dominorũ suorũ forisfaciunt. Si justitiam sine judicio dimittant, sed summonitis terrarum Dominis inforcietur placitum termino competenti si fuerint vel non fuerint antea summoniti cum * secuti jus æstimatis, qui ad Hundredum submonitus sine aliqua & vera necessitatis causa venire noluerit, capiatur de suo XXX. denar' valens prima & secunda vice, & in Hundredi namium sit per plegium vero dimittatur ad diem distrationandi

* *securius estimasse* Mss. Seld. *secuti jus estimasse* Mss. noſt.

nandi vel emendandi, & faifiatus placitet, & fic pro fuo capitali, & non ducatur *namium* extra Hundredum. Qui ad Comitatum fecundum legem fummonitus venire noluerint viginti marc' culpa fit in * Wetfexa, & fi de nominatis placitis implacitatus non erat termino congruo caufæ fuæ profequendæ facultatem habeat. Si de nominatis placitis terminum non fufceperat nifi competens **foinus* eum detineat. Si non venerit omnium reus fit, de quibus placitum nominatum fufcepit. Sed opus eft licet in placitis Judicibus qui aderunt refpectare placitum ex * abundanti donec Senatores abfentes intereffe poffint, vel ipfi judicium inquifierint, nec jure cogendi funt ad jurandum quod nefciant judicium inde.

* *weſſexa* Mss. Sld. & noſter.
* *Eſſonium* Mss. Sld. & noſter.
* *competentis* Mss. Sld. & noſter.

CAP. XXX.
De libertate Procerum in placito Comitatuum.

SI quis Baro Comitatus contra Vicecomitem placitet, poteft retinere fuos homines à judicio tum maxime. Si tamen de eo teneant nifi de furto, vel de illis fit qui fimul abjuravimus.

CAP. XXXI.
De capitalibus placitis.

IN fummis & capitalibus placitis unus Hundredus vel Comitatus judicetur à duobus non unus duos judicet. Si inter Judices ftudia diverfa fint, ut alii. Sic alii aliter fuiffe contendant, vincat fententia meliorum, & cui juftitia magis acquieverit intereffe Comitatui debent Epifcopi, Comites, & cæteræ poteftates, qui Dei Leges & feculi negotia juſta conſideratione diffiniant. Recordationē Curiæ Regis nulli negare licet, alias licebit per intelligibiles homines placiti, & nemo de capitalibus placitis teftimonio convincatur. Si quis Judices fuſpectos habeat, advocet aut contradicat. Unufquifq; per pares fuos judicandus eft, & ejufdem provinciæ, peregrina vero judicia modis omnibus fubmovemus, & quicquid adverſus abſentes in omni loco vel negotio, vel à non fuis Judicibus agunt penitus evacuetur. In quibus locis utrumque eligitur judicium medietas ab eis quorum eft negotium. Et ibi teſtes nominati & electi ſunt habendi, niſi odium vel aliquid competens in nominatione proponatur cur haberi non poſſunt. In Weſſexa duo modi teſtium ſunt nominati & electi, electi & non nominati Judices conſtituti Advocati.

CAP. XXXII.
Ne aliquis judicet Dominum ſuum.

NEmo ſolus præſumat, vel ab aliquo cogatur judicium celebrare, nec ſummorum quiſpiam minorum * juditione diſpereat, nemo Dominum ſuum judicet, vel judicium proferat ſuper eum cujus ligius ſit. Si etiam de Principis cauſa ſit, Si Dominus placitet contra hominem ſuum poteſt in conſilio ſuo Judices habitos informare ſi opus ſit.

* *judicatione.*

CAP. XXXIII.
De placito tractando.

SI quis in Curia ſua vel in quibuſlibet agendorum locis placitum tractandum habeat convocet pares et vicinos ſuos ut inforciato judicio gratuitam, & cui contradici non poſſit, juſtitiam exhibeat. Defectus quippe juſtitiæ & violenta recti eorum deſtitutio eſt qui cauſas protrahunt in jus Regium vel juriſdictiones Dominorum. Injuſto quoq; judicio contradici poterit *Wemminge* majori & ſapientiori, præſertim ſi in redditione fuerit advocatum. Si vero ſine calumpnia reperiatur, & deinceps cauſam illam quis reformare cupiat, non procedet in ſceleribus ut opus ſit Judicibus narrationes repetere Judici. Maxime ſi Dominus querimoniæ interfuerit, vel Dapifer, vel Miniſter ejus, vel congruum inde terminum tunc habuit. Si Dominus placitet contra hominem ſuum, reſpectare poteſt, et differre dum velit, quia non frangit niſi major juſtitia interſit erga parem, vel vicinum ſuum, vel alterius hominem

minem agens viderit ne pro recti penuria sine judicio dimittat eũ tertio quia Curiã suam inde perderet, & placitum emendaret. De libro *Theodosianæ* legis injuste victus infra tres menses reparet causam. Quod si neglexerit sententia collata perseveret Judices sane non debent esse nisi quos impetitus elegerit. *Aug°* jurisforensis est qui in impetitionibus mentitus est, non ei prosit quod impetravit. *Jero°*. Æquum judicium * ubi non persona sed opera considerantur.

Cod. Theod. lib. 11. tit. 31. *De Reparationibus Appellationum*: Leg. 1. & seq. *Augustinus. Ieronimus.*

* *est*, Mss. Seld. & noster.

* *Regis* forte.

*Quid hic vult Mss. Scac. divinare non possum, in reliquis libris omittitur.

CAP. XXXIV.

De placito tractando in justo judicio.

SI quis ira, vel odio, vel timore, vel amore, vel cupiditate, vel quoquo respectu *R. injustũ judicet, vel unlagã constituat centũ viginti sol. culpa sit et* *d'gens cypes*, et omni judiciaria dignitate privetur, nisi se erga Regem redimat sicut in ejus misericordia erit. In *Denelaga lahslutes* nisi super sancta jurare poterit quod melius & rectius nescivit sive in Comitatu, vel quovis placito Regis fiat de sua, vel alterius causa, vel inter compares in Curiis, vel divisis, vel locis suis, vel inter dominum & hominem suum, utique sit interdum. Pensandum est etiamsi de pecunialibus, vel capite plectendis actionibus, & an scienter vel inscienter hoc acciderit. Sæpe enim culpæ malum aggravat, & *weiræ* vel *wytæ*, vel *lahilitæ* discrimen infatuat. Si quis injustum judicet & affligat, *wera* componat. Qui justum judicium ordinabiliter habitum, & legitime redditum improbaverit, si Regis actio sit *overseunesse* judicetur, i. L̄. sol. in *Westsaxa*. Si erga Comitem XL̄. sol. erga Hundredum XXX. sol. & V̄. denar Qui faciunt V̄. mancas ut solid. denar. XIĪ. computetur, et deinceps in aliis æstimetur sicut eorum *overseunesse* erit vadium affirmandi vel contradicendi judicium in redditione debet dari. Si quis in placito per * justitiam posito sui vel suorum causam injustis conterminationibus vel contrapositionibus difforciet, hanc perdat, et de cætero rectum faciat sicut Hundredo vel Judicibus videbitur idoneum, & nemo apud Regem proclamationem faciat de aliquo qui ei secundum legem rectum offerat in Hundredo suo. Qui aliquem erga justitiam accusabit & præsertim in quibus convictus vitæ jacturam vel honoris detrimentum pateretur & mendacium, denique pernoscatur, linguam perdat, vel *weira* sua redimat. Cum hoc autem ubique notandum sit in domino & magistro maxime detestandum erit. Qui prævaricator vel eversor conscriptæ legis extiterit *weræ* suæ culpa sit prima vice, Dacus, Anglicus, quicunque sit, secunda vice dupliciter, qui tertia vice præsumserit quicquid habet perdat.

* In Mss. Scacch. *judicium* linea scribitur, & *justitiam* super inseritur, nec deletur *judicium*, vide tale supra notatum cap. 16.

CAP. XXXV.

De Overseunesse Regis.

O*Verseunesse* Regis est in causis communibus viginti mancæ, quæ faciant L̄. solid. In Wessexa Reginæ viginti mancæ, Episcopi decem mancæ, Comitis decem Thanii, vel Baronis quinq; *mancæ*. In causis Regiis *Gritbreche* C̄. sol. *Strebreche* C̄. sol. *Forestæl* C̄. sol. *Hamsocne* C̄. sol. *Borhbreche* C̄. sol. & deinceps sicut prædiximus emendabitur *Wyta*, *Wera*, juxta culpam potius quam personam.

CAP. XXXVI.

Qui perdant Overseunessam.

DE illis qui nominatam *Overseunessam* non habent, sed in quibusdam causis eam perdant honorabilius est ut si quid in eos vel in suos peccabitur armis hoc & honoribus pro modo singulorum emendetur. Nemo enim *Overseunessam* sui ipsius habet. Sed fortasse dominus ejus: amicitiæ tamen est non necessitatis, ut in quibus causis *Overseunessam* suam quis amittit dignis satisfactionibus honoretur. Si talis est qui peccavit ut non sit opus vel honor aliquid de suo excipere laudabilius est ut totum dimittatur ei, vel si ita procedat ut in eum vindicetur. Quod si juramentum pacationis exigitur juret sicut præsens causa dictabit in circumstantiis, vel paupertatis, vel qui aderunt obtentibus, quod si ille sic esset pro hujus forisfacto, hoc reciperet, vel hoc modo dimitteret. Quod autem in paccationem hoc modo datur aliquando

quando competenter retineri poteſt, aliquando non poteſt. Si quis alii malefactum ſuum emendaverit, vel dampnum ſuum reſtituerit, & poſtmodum ex ejus amicitia conſequenda aliquid ei cum juramento pacis offerat, ad laudem eſt ei cui offertur ſi totum reddat, & non contumeliæ ſuæ ſuggeſtionem retineat. Satis enim eſſe debet ſi ex judicio *forisfactum* emendavit, & pro habenda dilatione ſeipſum ei quodammodo expoſuit ut & metuendus oſtendatur cui rectum fieri expediat, & ejus eſſe meriti cujus & amor profit, & odium * officiat. Si vero contigerit ut pro emendatione & ſatisfactione auferatur aliquid, recipi debet, & retineri poteſt ex toto vel ex parte ſicut cauſa dictaverit.

* *efficiat.*

CAP. XXXVII.
De cæſione nemoris.

MVndbreche, et *Blodwita*, et *Wudheth*, præter *Parcum* & *Foreſtam* communi emendatione componuntur Regi & Thainis, i. quinque mancæ. Si *Wudeheth*, i. nemoris cæſio in Parco Regis vel Foreſtæ fiat XX. mancæ emendetur, niſi prohibitio propenſior amplius exigat.

* *pudheth*, Mſs. Scac. * *pudheth.*

CAP. XXXVIII.
De Scheldwite.

SI *Scyldwyta* extra Burgū & Curiam fiat XXX. denar. emendetur Regi & Thainis, niſi de aliqua nominatim prohibitum ſit in quo Overſeuneſſæ forisfactum accrevit.

Scyldwyta Mſs. Scac.

CAP. XXXIX.
De forisfactura ſanguinis.

IN quibuſdam locis quid *Blodwytam*, i. *forisfacturam* ſanguinis fecit, ſolummodo reus eſt: In quibuſdam etiam qui patitur ut nec agens impunitate ſuperbiat, nec contumeliatus fœdis emendationibus aſſueſcat.

CAP. XL.
De fractura joncis.

SI *Pundbreche*, i. infractura Parci fiat in Curia Regis plena *wyta* ſit, alibi quinque *mancæ*. *Pundbreche* ſit pluribus modis, emiſſione, evocatione, receptione, excuſſione, quæ tamen omnia ſecundum prælationem & ſubjectionem cauſantium multimode variantur. In omnibus enim cauſis diſtantia eſt loci, temporis, perſonæ, eventus.

CAP. XLI.
Quod unuſquiſque Overſeuneſſam *debeat habere.*

VNuſquiſque Dominus plenam *Overſeuneſſam* ſuam habet ſecundum locum & modum culpæ de homine ſuo, & qui ſunt ejus ſuper terram ſuam. Quod ſi diverſos *Feodos* quis teneat *Overſeuneſſam* quæ ad Feodum attinet, & inde tenentibus & forisfacientibus faciat. Super alterius vero homines cum unuſquiſque Baro vel Thaynus recipiat quantum redderet ei. Si quis autem ubi forisfecerit retentus aut divadiatus ſit plene componat. Qui reſidens eſt ad domum ſuam ſummoniri debet de quolibet placito cum teſtibus, & ſi domi eſt eidem dicatur vel Dapifero, vel denique familiæ ſuæ liberè denuncietur. Si in eodem Comitatu ſit, inde ad ſeptem dies terminum habeat. Si in alio Scira ſit quindecim dierum terminus ponatur. Si in tertio Comitatu * tres ebdomadæ. Si in quarto, quatuor ebdomadæ, & ultra non procedit ubicunque fuerit in *Anglia*, niſi competens eum detineat * ſoinius. Si ultra mare eſt, ſex ebdomadas habeat, & unam diem ad acceſſum & receſſum maris, niſi vel occupatio ſervicii Regis, vel ipſius ægritudo, vel * intempeſtas, vel aliquid competens amplius reſpectet. Si quis plures manſiones de diverſis Dominis habeat, & ab aliquo eorum implacitetur, ſummoniri debet ad feodum, vel ad id quod

* *ſit, terminus*, Mſs. Seld. & noſt.
* *ſoniæ*, Mſs. Seld. & noſter.
* *tempeſtas* Mſs. Seld. & noſter.

quod de eo tenet ubicunque sit non ad alterum. Si de uno Domino aliquis plures mansiones teneat ad quod Dominus maluerit summoniri eum competenter faciat. Qui plures mansiones habet in Comitatu, summoniri debet à Vicecomite ad quam earum residens erit cum familia sua, si sit etiam agendum de alia. Si de familia sit qui implacitatur ad rectum eum habeat in cujus familia est quando & ubi justum erit. Si à Domino, vel Rege, vel Prælato secundum legem sit monitus sive per breve, sive per nuntium. Lex enim est ut omnis Dominus secum tales habeat qui justiciabiles sint, & teneat familiam suam in plegio suo, & si accusetur in aliquo, respondeat in Hundredo suo ubi compellabitur sicut recta lex sit. Si accusetur & aufugiat, reddat dominus ejus Regi *Weram* illius hominis. Et si dominus accusetur quod ejus consilio fugerit, allegiet secum quinque *Thainis*, & idem sit sextus. Si juramentum frangat ei, reddat *Weram* suam Regi, & qui fugit, *Vtlaga* sit. Si accusetur itaq; quamdiu cum eo est, non dimittat illum Dominus donec satisfaciat. Si jam recesserat juret si opus sit quod nichil in die audierat, nec ejus velle vel posse fuerat, nec ob hoc eum dimiserit, nec cum eo curvatus sit, sed legitimo testimonio dimisit eum, nam justum est ut inde pacem habeat erga omnem manum, & qui peccavit, luat. Quod si implacitatus in aliquo refragaverit retineat ipsum Dominus vel de suo quantum ad satisfaciendum sit. Justum siquidem est ut eum habeat ad emendandum cum quo fuit ad peccandum, ut si forisfecit alibi, rectum fiat ibi.

CAP. XLII.
De Summonitionibus.

QUi summonitionem Regis vel communis Domini Domino, vel cuilibet præferendã susceperit & dimisit, vel ex industria, vel ex * inscia emendet per judicium sicut erit dampnum vel *overseunessam*, si ad id reducatur, & quietus inde sit qui summonebatur, & item ad rectum summoneatur. Si quis vero Dapiferum, vel quemlibet Ministrum ita rebus suis præfecerit, et hoc, ubi et sicut justum est, notificaverit, et Domino suo committet, ut quodammodo locum ejus habeat, et quod fecerit factum sit, & à Rege vel Justicia ejus, vel à communi utrorumque Domino de proprio ipsorum placito per eum submoneatur, & idem coram testibus suscepit ut negari non possit submonitus judicetur, sive dictum sit ab homine suo sive non, et si non venerit ad placitum rectum inde judicetur; unde si dampnum ei evenerit, loquatur inde cum homine suo. Si etiam venire non possit, & mittat nuncium ad dominum suum, mittet qui diligenter & fideliter renunciet præceptum illius.

* *inscitia* forte.

CAP. XLIII.
Ne quis implacitatus à Rege alicui respondeat.

NEmo à Rege implacitatus cogitur per legem alicui respondere, donec ei qui dominus omnium est satisfecerit. Sic potest ei * warrantus esse qui in servitio suo est. Si præpositus aut debitor Domini sui est, quod debet reddat, aut inde componat: Neque enim justum est ut hominis sui forisfactum Dominus luat, nec expectari convenit ut quis eum in suis præveniat; pensandum tamen est * ratione & consideratione hoc fiat ne fraudationis potius quam justæ repetitionis actio judicetur. Si quis à Domino suo sine licentia discedat, ut *leipa* emendetur & redire cogatur ut rectum per omnia. Qui igitur facit Advocatum contra Dominum suum per superbiam, perdat quod de eo tenet. Si quis hominem habeat qui ei nolit esse ad rectum, si quid de eo tenet post legitimam summonitionem saisiari faciat. Si quis diversos diversorum feodos teneat de eo quod ad eorum feudum pertinet cum singulis componat, & de rebus alterius alteri non intendat. Quantumcunque dominos aliquis habeat, vel quantumcunque de aliis teneat ei magis obnoxius est, et ejus residens esse debet cujus legius est. Si multis homagium fecerit, & ab aliquo eorum captus & implacitatus sit, ille cujus residens & legius est, erga quoslibet alios jure potest eum plegiare, nec debet ei denegari. Qui *Manbotam* inde haberet, & cui ipse magis acquieverit qui furtum fecerit, qui proditor Domini sui fuerit quicunque ab eo in obviatione hostili, vel bello campali fugerit, vel victus erit, vel feloniam fecerit, terram suam forisfecit. Si Dominus terram suam vel feodum suum auferat homini suo

* *warrantatus*, Mss. Seld. & noster.
* *ut*, Mss. Seld. & noster.

ſuo unde eſt homo ſuus, vel ſi eum in mortali neceſſitate deſerat, ſupervacuæ foriſfacere poteſt Dominũ ſuum erga eum; ſuſtinere tamen debet homo dominũ ſuũ, ſi faciat ei contumeliam vel injuriam ejuſmodi in *Wera* triginta dies in pace, unum annum et unum diem, & interim privatæ per compares, per vicinos, et per domeſticos, et extraneos, per legem * require eum de recto.

* *requireret*, Mss. Seld. & noſter.

CAP. XLIV.
De plegiis Dominorum ſuorum.

SI quis à Domino ſuo miſſus ſit in plegium, ut oſtendere poſſit quod ei ex ſponſione vel fidejuſſione illa dampnum venit, non cogitur ex lege de qua jus pecuniali in placitatione reſpondere ei donec totum reſtituat quod amiſerit pro eo. De contumelia vero Domini ſemper eſt homini ſuo reſpondendum prima vice etiam ſine alio compellante. Deinde qui Sacramentum vel qui legem abnegandi vult habere, quærat accuſantem.

CAP. XLV.
Multæ ſunt de inculpationibus.

MUltæ ſunt & multorum inculpationes in quibus non neceſſe eſt ſecundum legem reſponderi, ut quavis * copulatione ſimplici promptum eſt inveniri. Simplex enim et vacua compellatio eſt ubi ex neutra parte compellantis ſcilicet aut compellati teſtis eſt, nec cauſa * hujus quæ bello, vel judicio, vel lege ſacramentali, vel timore, vel amore mereatur promereri. Et ſi quis Monacho vel Monachæ, Servo vel Ancillæ, ſine Prælatorum ſuorum licentia aliquid committat ut negaverit, nil recipiat. Item ſi quis Sponſæ, vel Puero, vel Puellæ ſine permiſſu Domini ſui quamcunque commendationem, vel aliquam commutationem, vel traditionem fecerit, non opus eſt eos vel eorum Dominos reſpondere ſuper hiis, ſi complaceat abnegare quamdiu ſub virga ſunt; et de nemore inoperato per *tihlam* nemo reſpondeat niſi ſit ibi captus, vel ſit homo ejus cujus eſt nemus. Et ſi quis diligiatus legalem hominem accuſet funeſtam dicimus vocem ejus.

* *compellatione*, Mss. Seld. & noſter.
* *hujuſmodi*, Mss. Seld. & noſter.

CAP. XLVI.
De implacitatis à Dominis.

SI quis à Domino ſuo, vel juſticia per ſuam, vel alterius ſuggeſtionem implacitetur ſubmoneatur ad ſeptem dies in eodem Comitatu, de nominatis vel innominatis placitis, & ſi lex Domino vadietur, differat cætera placita donec lex deducatur per Burgi legem, niſi de furto, vel capitalibus ſit in quibus ſtatim oportet reſponderi de quibuſcunque implacitetur aliquis, *furſt* & *fondung* habeat. Et nominentur ei placita, et inde ad ſeptem dies reſpondeat quod velit. Si autem hoc vel alio modo ventum erit ad placitum, ſive contra dominum, ſive contra alium, tacite ſe implacitari patiatur in omnibus vel quodlibet placitis ſuper eum. Et ſi quis de felonia compellatur, remaneat de cætero donec inde finiatur. In aliis quærat accuſatus conſilium, & habeat ab amicis et paribus ſuis, quod nulli jure debet defendi maxime eorum quos ſecum adduxerit, vel ad placitum ſuum rogaverit, & ſi in conſilio ſuo fiducialiter rerum veritatem fateatur, ut de placito vel de pace ſalubrius videatur. Bonum autem eſt ut cum alicujus in placito redditur cum emendatione dicendum prædicatur, ut ſi forte perorator, vel ſuper adjecerit * aliquo, vel omiſerit, emendari liceat ei. Sæpe enim fit ut in ſua cauſa quis mitius videat quam in alterius, et in ore alterius plerunque poterit emendari quod in ſuo non liceret.

* *aliquid*. Mss. Seld. & noſter.

CAP. XLVII.
De cauſis Criminalibus vel Capitalibus.

DE furto, & *murdro*, & proditione domini, vel *robaria*, & *utlagaria*, & *hubreche*, & *bernet*, & falſaria, & cauſis criminalibus vel capitalibus, nemo quærit conſilium, quin implacitatus ſtatim perneget ſine omni petitione conſilii cujuſcunque

Nationis vel conditionis sit, vel ejus affirmationem vel negationem defensor, aut dominus prosequatur competenti termino comprobandam.

CAP. XLVIII.

Quomodo possunt uti consilio.

IN aliis omnibus potest & debet quilibet uti consilio in consulendo, & consulte agere consilium est. Si quis enim à Justicia Regis inplacitatus ad consilium exierit, & ad inculpationem non responderit XX. marc' vel *Oversemesse* Regis culpa sit. Quum itaque aliquid habetur in inplacitationibus prætendendum in inculpationibus ostendatur, et ad consilium de implacitatione non exeat qui placitare non deliberat; auditum enim est qui se contradictione vel præoccupatione super inplacitationem exit ad consilium, intrat in placitum, et de quibus non responderit, concesserit. Si totus Comitatus, vel VII. Hundreda super aliquibus implacitetur, & ad aliquem specialiter, vel singulariter inculpatio dirigatur, petat ut ei Comitatum suum qui ejusdem esse dicitur, habere liceat, & cum eo respondeat, ut sicut omnium una est inculpatio, una emundatio vel emendatio sit, si eis alternatim verum de se testantibus, quia Francorum & Anglorum plenum est testimonium, ita sit. Si secus est eligantur de melioribus* juraturos, secundum rei meritum & causæ modum. Nec aliquis Baro solus de Hundredo, vel de eo placitet quod ad plures pertinet. Nec liceat Domini vel Justiciæ testibus aliquem sine contradictione vincere. Si quis in Comitatu, vel in quovis placito per justiciam dictum factum ne negetur per homines qui interfuerint, & per alterius domini testes agatur. Et de omni causa ubi plures fuisse dicuntur unum ad minus intelligibilem de placito rectum haberi erit. Et qui contra dominum partem confitetur, ceterum probabit. Qui nihil inculpationis recognoscit, totum si velit abnegabit, nec testes audientes vel videntes habendi sunt de eo quod si fuerit, sed quod accusatus fuisse contendit, et de cremento feodi debet habere testes ejusdem Domini, vel ex sua, vel ex parte Domini & Advocatus, de primo feodo habeantur V. libræ si non possunt alii & in diracionacione procedere debet feudatus testem suum ad bellum, vel aliam legem.

* juraturi Mss. nost.

CAP. XLIX.

Quibus causis statim respondere debet, quibus non.

QUædam causæ sunt quibus statim respondere tenetur, sicut dictum est, sed non statim placitare necessarie, quædã de quibus sine competenti summonitione non cogitur aliquis, vel cogitare, vel respondere & placitare oportet. Quædam in quibus non respondere oportet, tam in causis quam causatoribus. Pro statu vero causarum et esse temporum et modo implacitorum, vel inplacitantium unusquisque deliberet, tam ex præsentibus quam præteritis, an ei in præsentiarum sit, vel non sit placitandum. Melius autem aliquando erit secundum amicorum vel inimicorum præsentiam, vel abstinentiam differre placitum, & aliquem cum placitare possit dilatari. Si quis vero per legem de pluribus causis inplacitatus non respondet de omnibus omnium quas prætermiserit reus esse judicetur. Si de omnibus antea summonitus fuit, aut de omnibus ipsa die respondere, & rectum facere promisit. In quibus vero expedit debet ei si petierit consilium dari, & cum responderit, quæratur an amplius dicere velit, ne quis occasione potius quam ratione placitare videatur. Si ita amonitus aliquid prætermiserit, sibimet deputet si dampnum ei evenerit, & qui testes habeat nominandos, habet ante nominent. Raro enim prodest quicquid dicatur postquam judicium exiit, vel magis redditum est dum in respectatione erit potius addatur, si ante judicium opus est, & omnem recordationem Dominicæ Regis Curiæ non potest homo contradicere. Frequenter autem in divinis legibus interrogandum est, ne aliquid prætermissum forte remaneat, quod annecti conveniat. Induciæ enim modicæ ad quærendum, dandæ sunt ne quid agi propere à quacunque parte videatur quia multa per surreptionem eveniunt. Si plures alicujus homines simul implacitentur secundum quod causæ fuerint vel pactum inter eos, de omnibus una die simul vel de singulis sigillatim rectum faciat. Pactum enim * lege vincit & amor judicium.

* *legem* Mss. Seld. & noster.

judicium. In causis vero communibus tractandæ simul & * fruendæ sunt querelæ de pluribus quæ lege sacramentali vel judicio promoventur. In quibus vero bellum est singulariter fiant. Et si placitum sit furti vel exactionis hujus & unus inculpatorum adducatur ad reddendum quod exigitur. Non reddent alii quia ex una culpa, non debet in hunc modum plures emendationes habere. Debet autem de convictis justicia fieri.

* *finiendæ* Mss. Sold. & noster.

CAP. L.

De supersisionibus placitis.

SI quis à Domino vel Prælato suo de nominatis placitis secundum legẽ placitatus ad diem condictum non venerit omnium placitorum, de quibus nominatim implacitabatur incurrit emendationes nisi competens aliquid respectaverit. Aliud enim est si quis à Domino suo submoneatur ut illo vel illa die sit ad eum, & placitum ei nominetur & aliter si ita expresse sit mannitus ut ei placitum non nominetur. Si nominata placita, & non venerit *overseunessa* juxta loci consuetudinem sit, & alius dies ponatur ei, & tunc explacitet se vel emendet, nisi competens *soinus* intercedat.

CAP. LI.

De summonitione Hundredi.

QUi ad Hundredum secundum legem summonitus non venerit, prima & secunda vice XXX. den' culpa sit erga ipsum Hundredum, nisi *soinus* legalis eum detineat, tertia vice plena *wyta* sit. Debent autem ut dictum est ad singulos menses, i. per annum duodecies congregari Hundreda Comitatus bis si non sit opus amplius, ut omnis homo rectum faciat alteri ad rectum terminum, & omnis causa finem habeat, et summoneatur Comitatus septem dies antea. Et nulli sine judicio vel licentia namiare liceat alium in suo vel alterius. Si Vicecomes injuste aliquem *namiet* convictus * noxam causam suam perdat, & supplicitèr emendet, & Regi sicut factum sit. Nemo Justiciæ vel Domino suo *namium* excutere præsumat, si juste vel injuste capiatur, sed juste repetat, *plegium* offerat & terminum satisfaciendi. Si Vicecomes *namium* capiat ad propinquiorem Regis Curiam dimittat nec vendat ipsa die. Qui *namium* excussit, reddat et *overseunessa* sit. Si plus peccat plus emendet. Si alicujus homines super hiis accusentur, ad rectum eos habeat Dominus suus. Et si alicujus præcepto *namium* excusserint qui in eos potestatem haberent, omnes simul unam forisfacturam reddant. Sicut acciderint, sigillatim componant. Excutere *namium* est si quis viam tollat, & avertat retro *namium* ipsum.

* *noxa* Mss. Sold. & noster.

CAP. LII.

De Proposito placito Regis.

SI quis de placito proprio Regis inplacitetur à justicia ejus cujuscunque homo sit non debet justiciæ vadium recti denegare, si non fuerat antea submonitus, nec ad hoc veniat. Debet per judicium recti vadimonium justiciæ dare, & plegios etiam si opus sit invenire. Si fuerat inde submonitus legaliter, & dies emendationis positus, vel emendationis ipsa die oportebit eum si justicia cogat respondere, vel perdere si Dominum suum habeat sive non habeat. Si quis vadium recti justiciæ denegaverit tertio interrogatus, *overseunessæ* culpa sit, & ex judicio licet retineri eum donec plegios inveniat, vel satisfaciat, maxime si judicatum sit de *vadio*, si de capitalibus agatur in eo.

CAP. LIII.

De superſeſſione Comitatus.

CLericus per conſilium Prælati ſui vadium dare debet cum dederit in accuſatione & omnis homo pacem habeat quam Rex ei dabit. Qui ſecundum legem ſubmonitus à Juſticia Regis ad Comitatum venire ſuperſederit, *overſeuneſſe* Regis, i. XX. marc' reus ſit in Weſſexa. Et ſi de nominatis & ſuſceptis placitis pulſabatur niſi competens aliquid intervenerit reus omnium judicetur. Si ſecus erat tamen XX. marc' emendet, & rectum faciat. Quod ſi *overſeuneſſam* dare & rectum facere renuoret, mittantur qui de ſuo capiant, & eum ſi opus eſt per plegium ponant. Si neque ſic ſatisfecerit, totum quod habet amiſerit, & idem capiatur niſi plegios inveniat. Si repugnet & cogatur, occidatur. Si evaſerit, & aufugerit, pro *utlaga* reputetur. Qui eum interim ſuſceperit conſilio foverit juverit, *Were* ſuæ reus ſit, vel ſecundum inculpati natalitium perneget. Si quis implacitetur de eo unde per pleg' corporis & totius pecuniæ ſit, remaneat de omnibus aliis cauſis donec primi finis ſit, quia eſt quodam tenus in captione Regis nullus à Domino ſuo inplegiatus vel inlegiatus, vel injuſte diſſaiſiatus, ab eodem inplacitetur ante legitimam reſtitutionem. Si Dominus de *felonia*, vel fide mentita compellat hominem ſuum, non * reſpondet quibuſlibet inplacitationibus ejus donec quietus ſit. Et nemo diſſaiſiatus placitet niſi ipſam diſſaiſiationem agatur.* Et præterquam aliquis diſſaiſiatus legem vel rectum Domino ſuo vadiaverit & plegios ſi opus eſt addiderit faiſiatus eſſe debet.

* *reſpondeat*, Mss. Seld. & noſter.

* Agatur & nemo diſſaiſiatus legem vel rectum domino ſuo vadiaverit, Mss. Seld. & noſter.

CAP. LIV.

* *De ceſſione ſociorum unius pecuniæ.*

* *De diſſeuſa*, Mss. Seld. & noſter.

SI aliqui fuerint ita ſocii ut pecuniam ſuam poſuerunt in communi, & à ſocietate & communitate illa diſcedere voluerint, aufferant coram teſtibus quicquid habent in communi dividendum, ut ſi opus eſt ſuper Sancta jurent quod amplius non habeant & adquiſitionem & adquiſitum, ſicut rectum eſt & pactum fecerunt, dividant inter ſe. Si quis cum ſocio vel compari ſuo cauſam habuit, & inter eos ſuper hiis ex amore & teſtimonio convenerit. Si deinceps * uterque vel alterum, * vel alterum pœniteat, non poſſunt * tum per judicium ad placiti principium remeare, maxime ſi juſticia interfuit, ubi vero aliquis eorum optionem habet per juſticiam amicitiæ, vel lagæ & amicitiam eligit, ſtet hoc ita firmum ut ipſum judicium. Item, ſi juſto judicio inter eos actum ſit, nullatenus fieri debet ut quod judicio finitum eſt velut infectum repetatur. In quibuſdam vero cauſis nemo tenere cogatur, quod ſine juſtitia placitavit.

* *utramq;* Mss. Seld. & noſter.

* Semel tantum voculæ *vel alterum* habent ir in Mss. Seld. & noſt.

* *tamen.*

CAP. LV.

De privilegio Domini ſuper hominem ſuum.

OMni Domino licet ſummonire hominem ſuum ut ei ſit ad rectum in Curia ſua, & ſi reſidens eſt ad remotius Manerium ejuſdem honoris unde tenet ibit ad placitum ſi Dominus ſuus ſummoneat eum. Si Dominus ejus diverſos feodos teneat, non cogitur per legem homo unius honoris in alium ire placitum, niſi de alterius cauſa ſit ad quem Dominus ſuus ſummonuerit eum. Si homo de pluribus Dominis & honoribus teneat quantumcunq; de aliis habeat ei plus debet & ejus reſidens per judicium erit cujus homo ligius erit. Omnis homo fidem det Domino ſuo de vita, & membris ſuis, & terreno honore, & obſervatione conſilii ſui per honeſtum, & utile fide Dei, & terræ Principis ſalva, furtum vero, & proditionem, & murdrum, & quæ contra * Dominum ſunt & fidem Catholicam nulli præcipienda vel peragenda ſunt. Sed fides habeatur Dominis omnibus ſalva fide præcedentium, & magis ei cujus ligius eſt, & ejus licentia ſit, ſi quis ejus alium ſibi Dominum faciat.

* *Deum*, Mss. Seld.

CAP.

CAP. LVI.

De firma tenenda.

SI inter aliquem,& firmarium ſuum qui non etiam ſit homo ſuus de hiis preſertim quæ ad firmam pertinent controverſia oriatur. Si de taleis agatur. Si de ſuppleccione in ipſo Manerio ſit, de cætero ſicut in cæteris. Si quis vero firmam in feudo teneat,& homagium inde fecerit ſive in eo manens ſit, vel non ſit,& eum diligit,ſatisfaciat Domino ſuo in Curia ſua, vel in Curia Domini de quo ipſum feodum eſt. Quærendum eſt autem in redditione Manerii à paſtoribus de animalibus,de * nummo, de modo à cæteris ſervientibus de officio ſuo. Si plena ſingula habeantur & ejuſdem valentiæ. De ſuppletionibus in hominibus in pecunia ſi deterioratum ſit Manerium in Domino vel hominibus, in paſcuis, in nemoribus. Si quis gablum auxerit, ſi quis tulerit, quid ſit in horreis, quid ſeminatum ſit. Si quis de Præpoſito conqueratur quod ei per injuriam aliquid abſtulerit in ipſo Manerio, vel in Curia Domini ſui audiatur, & tanquam Præpoſitus reſpondeat ſubditis ſuis. Si præpoſituram dimiſit & alterius Dominii ſit qui poſtea loquitur in hiis ſuper eum veniat in Hundredum ſuum. Si & ipſe quicquam repetat in ante ſubjectis ſicut erga alium fieret cauſa ſit. Si in præpoſitura non curvavit unicuique viro licet ſecundum legem præpoſituram non ſuſcipere,cuſtodiam non licet.

* *numero*, Mss. noſt.

CAP. LVII.

De querela vicinorum.

SI inter compares Vicinos utrinque ſint querelæ, conveniant ad diviſas terrarum, ſuarum, et qui prior querimoniam fecerit, prior rectum habeat. Et ſi alias ire oporteat, in Curiam Domini ſui eant: ſi unum Dominum habeant, & ſoca ſit ejus, & illic eos amicitia congreget aut ſequeſtret judicium. Si ſecus eſt in hundredum ſuum ſi opus eſt eant. Si inter eorum homines diſceptetur in Curiis ſuper accuſationibus alternatim ſibi rectum faciant in cauſis ſuis, niſi quis retentus, vel diviadiatus ſit, vel plegiatus pro culpa ſua ſit alibi ſecundum legem, & ibi ſemper cauſa agatur ubi crimen * admittitur; Si preſertim qui foriſfecerit retineatur ibi. Si cum aliquo inventum ſit unde culpatus ſit, ibi neceſſe eſt cauſam tractari, & ibi purgetur vel ibi ſordidetur. Si quis in Curia ſua rectum de hominibus ſuis facturus ſit, nominentur ei qui implacitantur, & competenti teſtimonio ſatisfactionem habeant nec perdat Curiam nec *ſocnam* ſuam quamdiu non difforciaverit rectum. Inter homines aliorum Comitatuum obſervetur ut de *thihla* pariter veniant in Curias & Hundreta, vel congrua cauſarum loca, tamen ſi opus eſt datis plegiis rectũ faciendi ſi convenerit ibi. Quod ſi de manifeſtis & confeſſis agatur ubi quis peccavit, ibi rectum faciat vel de ſuo ad valens foriſfacti pro in borgo retineantur conſideratè ſcilicet, & coram teſtibus & ratione hoc non furore fiat, nec rieflatum reputetur,& juſticia repetentis in injuſticiam convertatur. Sæpe enim fit ut ad * compodia præceps & diſpendia dilabatur. Sæpe etiam contingit ut hoc modo depoſitum pro furto & rieflato,& quoquo modo defraudato poſtea fuerit intenciatũ,& ad hoc deniq; comprobatum. Penſandum autem erit omni Domino ſive *ſocnam* ſive *ſacnam* habeat, ſive non habeat, ut ita ſuum hominem ubique manuteneat,ne dampnum pro defenſione vel pro dimiſione dedecus incurrat juxta cauſarum modum,& locum diffinitum, aliquando in diviſis vel in erthmiotis, aliquando ſuper ipſam tetram vicine, aliquando in Curia Domini, aliquando in Hundredo vel Hundredis, aliquando in Comitatu, vel *Burgimoto*, vel *Halimoto*, longum eſt enarrare ſingula, ſed planum eſt inveniri. Omnes enim cauſæ ſuos habent pertractationum modos, ſive in ſtatu quo cœpere permaneant, ſive in eo in alium pertranſeant. Cum Clerico qui uxorem habeat, & firmam teneat Laicorum & rebus extrinſecis ſeculariter deditus ſit ſingulariter eſt diſceptandum: de illis qui ad ſacros ordines pertinent,et eis qui ſacris ordinibus promoti ſunt coram Prelatis ſuis eſt agendum de omnibus inculpationibus maximis vel minoribus.

* *committitur*, Mss. Seld. & noſter.

* *compendia* Mss. Seld. & noſter.

CAP.

CAP. LVIII.

De homine vaganti.

ALiter de vagandi, si Dominum habeat, aliter si non habeat. Quod si fuerit & alicubi forisfaciat, ostendatur Justiciæ quæ præerit, & consilio ejus agatur.

CAP. LIX.

De contramandatione placiti.

SI dies placiti sit contramandatus ubi residens est cum quo agitur ipsi vel familiæ ejus liberæ, sive suscipiant, sive non, nihil refert quoniam contramandatus judicetur, nisi causa sit quæ contramandari non debeat, vel pactum interceſſerit quod legem contramandationis vicerit; causa vero contramandationis vicinaliter debet addi, & alius dies competens poni cum testibus, si non sit contramandatus nisi erga eos qui frangunt causam suam, reus erit qui remanserit nisi repentinæ infirmitatis, aut Domini necessitatis, aut exercitus, vel suorum causa hostium, vel justiciæ Regis competens detentio liberavit, de quocunque placito emendabili deceptetur, si contramandatione, vel respectatione opus est hoc modo celebretur. Pridie ante solis occasum ad domum suam si residens est cum quo agitur, & per bonum testimonium Vicinorum & aliquorum quos secum habeat qui placitum contramandet ipsi respectetur. Si domi est uxori, Dapifero, vel Præposito et familiæ ejus dicatur intelligibiliter, si idem abfuerit & hoc utrumq; tertio licet continue sive interrupte. Si ejusdem Comitatus sit qui placitum induciat pridie ante Solis occasum ad septem dies terminum ponat sicut præmisimus. Si alterius Comitatus sit duobus diebus ante placitum respectetur ad quindecim dies. Si de tertio Comitatu sit, triduo respectetur ad tres ebdom'. Si de quarto Comitatu quatuor diebus ante prænunciet ad quatuor ebdom', & ultra non procedit si sit in *Anglia*. Hæc secundum legem diximus: Qui pactum fecit aliter habeat quæ ad indiffinitum utrimque se habent diffinitis prælocutionibus egent. Omne placitum inter quoslibet habitum, & ab eisdem sine justiciæ majoris auctoritate, si opus est respectari potest exceptis capitalibus, ut si quis furtum inter manus habeat, vel murdrum, vel proditionum Domini, vel deinceps hujus quæ salvis coagentibus tanto libentius quanto festinantius optanda sunt pertractari, de pecunia etiam quæ pro pace vel inimicitia vadiata est, testes protelari non debet, nec placitum de morte inimicorum nisi exercitus Regia necessitas impediat, vel infirmitatis, vel idoneæ veritatis aliquid occurrat, & tunc inter eos firma pax & diffinita plenáq; consistat. In aliis etiam omnibus causis & hominibus, & in emendatione omni, vel emendatione respectari licet generaliter, & simpliciter omne placitum ab eis quorum est placitum, si sit ab eis sine justicia positum, nisi forte sit sine contramandatione susceptum, vel sæpius aut aliter quam lex velit contramandatum. Et ubi residens est cum quo agitur, nisi sit alibi constitutum, secundum quod prædiximus respectetur omne placitum, & per *Francigenam* & *Anglum*. Sive autem per amicos, sive per inimicos placitum cuilibet respectetur. Si legitime agatur, respectatum judicatur, & omnis Dominus teneat familiam suam in plegio suo, & si accusetur respondeat in Hundredo ubi compellabitur sicut rectum sit. Quod sine legali ratione contramandationem renuit, licet ad locum placiti veniat, licet illic ad usque expectet dum hora placitandi prætereat, & hujus expectationis testes circumquaq; convocet, et ita adversarii sui placitū esse fractū contendant, non procedit quin diem qui positus expectari oporteat, & si eum omnes contramandant secundum legem constanter de capite placiti disceptetur. * Si vero placitum sine contramandatione sit, vel adeo processerit, ut sæpius aut aliter quam rectum est contramandetur & non recipitur qui non venerit, amiserit. Videndum autem summopere est ut ibi & ei cui dici debet contramandatio dicatur, dicenda vero est sicut prædiximus ei cum quo agatur, si ita * projectus est in ætatem, & pro se loqui possit & sui juris habeatur. Pueri autem ante quindecem annos plenos, nec causam prosequantur, nec in judicio resideant, de rebus hæreditatis suæ interpellatus post quindecem annos defen-

* *Si vero placitum contra mãdationem mandatum esse constet de capite placiti disceptetur* addit Mss. Seld. & nost. sed deest in Mss. Scac.

* *projectus* Mss. Seld.

defensorem habeat, vel idem respondeat & calumpniam mittat in rebus suis ut nullus eas teneat uno anno & una die sine contradictione dum sanus sit & patria pax. De minoribus vero causis respondeant interim tutores eorum si forisfaciant aliis, vel alii forisfaciant ipsis. Et cui per justiciam placitum sit positum eidem respectetur. Qui autem respectabit, respectabit utrunque, accusanti scilicet & Justiciæ. Nullius contramandationem necesse est recipi. Si Dominus * placitat contra suum hominem de proprio placito suo, nisi forte Domini, si unum Dominum inde habeant, vel justiciæ si placitum aliquo modo pertineat ei, et omni Domino jure licet hominibus suis defendere, ne sibi faciant injuriam, de omnibus pertinentibus ad feodum suum & etiam alterius, et si guerram sibi faciant, et de aliis Dominis alios quoque feodos teneant, prohibeat si velit ne homines feodi sui vexentur ad defensionem feodi maxime contra hominem suum. Qui Dominum suum erga Regem vel quoslibet repetentes in capitalibus et criminalibus falso accusaverit de lingua sua componat. Qui de judicata & vadiata domino pecunia apud Justiciam falso conqueritur, & contradicit & molitur secundū quod natus est, culpa sit erga Justiciam cui mentitus est pro falso clamore XX. marc' culpa sit. Qui bellum vadiaverit, & per judicium defecerit LX. sol. emendet. Omne autem bellum per emendationem & respectum capiti debet, addi vero poterit, non etiam demi aliquid eorum in quibus bellum consistet, & non fiat bellum sine capitali ad minus X. sol. nisi de furto vel * hujus nequitia compellatio sit, vel de pace Regis infracta, vel in illis in quibus est capitale mortis, vel et * omnia *tibla* vel compellatio sit ejus qui *socnam* & *sacam* suam plene habet de suis hominibus & in suo: Et si quis furem in eis qui mortis sunt, * probant sine Justicia dimittant, sit placitum ejus cujus *socna* erit. Defectus justiciæ ac violenta recti detentio primo secundo & tertio, secundum legem requisiti commune Regis placitum est super omnes, sive *socnam* suam habent, sive non habent, singulos conveniens aut veram per omnia Justiciā teneant, & sic in malefacientibus misericordiam censeant ne * forisbinnitum aut furem *handhalbendam* Francigenam vel Anglicum ultra duodecimum ætatis annum & octo denarios valens impunitum transeant. Intra hunc ætatis terminum et hoc furti pretium poterit ei aliquotiens per legis beneficium prima vice subveniri conditione, sexu, participatione eventu, furti qualitate. Omne autem furtum mobile, vel immobile, simplex aut multiplex, redimendum non est. Redimendorum alia membris alia pecunia. In omnibus vero furtis aut compellans est aut plures, servi vel liberi, divisim vel permixtim, fugitivi vel non fugitivi, unum Dominum habentes vel non. Si servus in redimendis in mobilibus intra octo denar' æstimatis furetur, Reddat Dominus repetenti capitale suum semel et verberetur et signetur ab eodem repetente prima vice. Si in mortificantibus *hand-halbenda* sit sicut liber moriatur. Si liber cum servo furetur, liber solus patiatur quicquid evenerit dampnationis vel redemptionis, servus Domino suo reddatur jure castigatus. Si plures servi furentur unus pro omnibus patiatur & is sit quem obtulerit. Si furtum redimendum sit, captale repetentis conjectent. Si plures furentur unam ovem aut porcum, aut deinceps aliquid majus aut morte puniendum simul omnes patiantur, sive furtum simplex sit aut multiplex. De fugitivis verò conductitiis et residentibus servis vel liberis secundum legem perquisitis institutum prima vice furatos reducendos & signandos esse. Si quis ex proclamatione quam apud Justiciam fecerit placitum suscipiat quod de furto vel * roboria, *Forstal*, & *Grithbreche*, & *Hamsocna*, & similibus apud Justiciam de aliquo clamorem faciat, aut inde eum convincat aut emendet.

* *placiter*, Mss. Seld. & noster.

* *hujusmodi.*

* *omnia.* Mss. Seld. & noster.

* *probatum* Mss. Seld. & noster.

* *forisbannitum*, Mss. Seld. & noster.

* *roboria* vel hujusmodi sit nullam inde sine licentia Justiciæ latentem vel patentem reconciliationē faciat, qui enim de furto & roboria &c. *Addit Mss. Seld. & nost. sed deest in Mss. Fiscell.*

CAP. LX.

De contramandatione placiti per Iusticiam suam.

SI quis positum per Justiciam placitum contramandare velit, contramandet utrunque, accusato scilicet & Justiciæ. Si accusato contramandet & Justiciam prætermittat, *Overseuneſſ.* culpa sit. Si soli Justiciæ contramandet causam suam perdet. Si quis de placitandi susceptо in servicium Domini sui iturus sit, hoc faciat. Si coagentes sint homines unius Domini respectet, si velit inter eos terminum donec alius de servicio suo redeat. Si vicinus & compar sit ejus cum quo agitur, & alterius dominii contramandet placitum ad numerum Comitatuum secundum legem, & iterum & tertio si opus sit tanto, ut sit respectus in omnibus secundū causam * respectanda sit, secundum quod coagentes homines vel tenentes ejus erunt, si placitum aliquo modo pertineat ad eum. Item juxta quod processerit, vel pactum fuerit si in eodem Comitatu maneat vel non. Diffinito autem inter aliquos longiori termino si contramandans remaneat, vel citius redeat. Si Vicecomes vel Præpositus aliquis de proprio placito suo diem ponat alicui Baronum, & ad terminum condictum non veniat, condictus est, cum quo agebat, nisi competens eum necessitas detineat, si de capitalibus & de propriis placitis Regis sit.

* *respectandam*, in Mss. noſt.

CAP. LXI.

De placito alicujus Domini cum Præposito suo & sibi subjectis.

Deest titulus in Mss Scac. restituimus ex Mss. Seld. & noſt.

SI Dominus * interpositum & sibi subditos placitum condicat qui sine legitima ratione remanserit nihilominus causam suam perdat, & *Overseuneſſa* Domini emendet. Si Dominus Ministro suo præcipiat ut causam suam agat, & idem Minister ad diem non veniat, nec eum idoneum quid detineat quietum jure dicimus super quem causa erat, & Minister Domino suo suppleat si per eum quid amittat. Nullus Dominus de propria causa sua frangat placitum erga * Dominum suum, nisi secundum quod prædiximus major justicia exorta querimonia præsit eis. Si quis sit serviens Regis vel cujuslibet potestatis ministrator, & alium tamen Dominum habet cum singulis juste componat de hiis quæ ad eos pertinent. Si dominus conqueratur de homine suo in eis quæ pertinent ad potestatem regiam, & dies inde placitandi ponatur; Si non veniat Dominus quietus est homo ejus. Si quis forte causam habeat contra Dominum suum remanere post infirmitatis vel legis inoperationis vel * implacitationibus excessibus. Et si communis eorum dominus detineat eum, salvare potest diem ejus, sed sive antea sive postmodum, inplacitet alius aliquis eum et eundem vel alium diem ponat ei inde semper præerit Dominus cujus ligius est. De omnibus & quibuscunque sciendum quod causæ quas prædiximus ad excusationem sufficiunt & quaslibet inpugnationum * decersiones evertunt, hoc est vel infirmitatis, vel Domini necessitatis, vel contramandationis, vel Regis inplacitationis, vel inoperationis causa, & omnis Justicia potest respectare placitum sibi subditorum quod posuit donec eidem per competens interesse possit. Si vero non contradixit et paratum tamen sit ut coram eo debeat agi, qui non venerit amiserit & *Overseuneſſ.* culpa sit, nisi *soinus* intercedat, & unicuique Domino licet indicare placitum hominum suorum si in eo est, sive posuit vel non posuit. De furto autem, vel de his quæ sunt mortis faciat secundum quod *socna* & *saca* ejus erit. Si quis Dapifer, vel Præpositus, vel Minister placitum Domini sui contramandet, ita se quicquid Dominus ejus dicat, si reddiderit & placitum adversarii fractum esse velit. Si quis per homines suos per eorum querimoniam placitum ipse posuit, & idem promiserit interesse nulli eorum quorum causa est sine prælocutione vel ejus licentia respectare, vel inde finire possit, & nemo jure possit irrecuperabiliter perdere, vel forisfacere placitum Domini sui: viderit itaque cum quo agetur si contracausator non veniat quem pro se mittat. Multi vero possunt emendare placitum Domini sui potius quam amittere, unde si quis etiam de propria causa tractaret quæ ad feodum suum disracionandum pertineret, & eam aliquo placitandi casu perderet, hoc sibi * Domino suo perdiderit, quod si Domino ejus videatur ut injuste quid actum sit potest ad placiti principium refermare, sive * suus homo susceperit, vel non susceperit inde judicium. Nemo enim potest de feudo Domini sui placitare sine eo, nec cogi debet rectum ejus *ferspeken* nec *ferspillan* de omnibus & quibuscunq; causis communibus vel emendabilibus inplacitetur aliquis si petierit debet habere terminum requirendi

* *positum & sibi subditos placitum condicat.* Mss. Seld. & noſter.

* *hominem* Mss. Seld. & noſter.

* *implacitationibus*, Mss. Seld. & noſt.

* *decersationes*, Mss. Seld. *detractatione*, Mss. noſt.

* *non Domino*,

* *servus.*

&

& habendi Dominum ſuum ubicunque ſit ex competenti; modus enim in omnibus. Si quis *Romam*, vel *Ieruſalem*, vel in regiones longinquas * erit, habeat eum cui rerum ſuarum curam commiſerit. Si ſine Domino aut ſine termino placitare cogatur aliquis injuſtum eſt, & per judicium poterunt recapitulare placitum ejus & emendare. Quoniam autem aliquis inplacitatur ſine Domino ſuo, niſi de illis ſit in quibus ſtatim oporteat reſponderi ut de furto, de incendio, de murdro, de *hamſocna*, de capitalibus terminum quærat, ac reſpectum donec Dominum ſuum habeat ſecundum rectum, & iterum ſi opus eſt vadium det & plegios mittat. Capitales enim & criminales cauſæ ſuam ubique retinent maliciæ prerogativam. Et ſi ibi confitebitur vel ordine judiciario convincitur, jam condempnatus eſt. Negetur itaque ſtatim quod unquam ſane fateri licet, & inde judicium an in præſenti finiendum, an ad tantum differendum ſit, juxta legalitatē accuſantium & cauſæ ſtatum. Differt enim de infami, & ſaiſito, & de ſocietate compellato. Nulli, vel aliquando, vel alicubi neceſſe ſit de cauſis exactionalibus ſecundum quod prædiximus improviſe reſpondere, ſed habeant optimi quique legalem placitandi terminum & locum quamdiu rectum non difforciaverint. Et ſi quis inplacitetur de quibus ſubmonitus non fuerit, nec ad hoc venerit * tantum habeat legitimum, & nemo placitet diſſaiſiatus.

* *ierit*, Mss. Seld. & noſter.

* *terminum* Mss. Seld. & noſter.

CAP. LXII.

De obſervatione temporis leges faciendi.

AB Adventu Domini uſque ad Octabas Epiphaniæ, & à Septuageſima uſque quindecim dies poſt Paſcham, & feſtis diebus, & quatuor temporum, & diebus quadrageſimalibus, & aliis legitimis jejuniis in diebus Veneris & Vigiliis ſingulorum Apoſtolorum non eſt tempus leges faciendi, i. vel jurandum pro fidelitate domini, vel concordia, vel bellum, vel ferri, vel aquæ, vel alias leges examinationis tractari. Sed ſit in omnibus vera pax, beata charitas, ad honorem Omnipotentis Dei, cujus ſapientia conditi ſumus, nativitate provecti, à morte redempti, conſolatione ſecuri, & qui debitor eſt, ante perſolvat vel induciet, donec dies iſti tranſeant gaudiis & honeſtis voluptatibus inſtituti. Et ſi quis malefactum inter manus habens alicubi retinetur, ibi purgetur vel ſordidetur. Si ſolum inculpatio ſit, plegiis ſi opus eſt datis ubi juſtum fuerit terminanda revertatur.

CAP. LXIII.

De implicitatione Iudicis fiſcalis.

IN cauſis ubi fiſcalis Judex aliquem inplacitet de *ſocna* ſua ſine alio accuſatore, ſive *Sagemanno*, ſive inveſtitura; ſi quis ſe tertio vicino ſuo purget, ſatis eſt propter juſticiæ reverentiam; in aliis præter Dominum nemo ſine teſtibus ſive competentibus, & cogentibus circumſtantiis in cæteris accuſationibus allegiandus eſt. Multæ enim ſunt & multorum inculpationes quo jure publico non procedunt, ſicut ſupra monuimus, ſed dum favorem & gratiam Dominorum catervatim ſequimur malitioſa ſemper cupiditate præpoſtera candida nigris, nigra candidis commutamus. Unde conſequenter, & ſane competenter evenit continuis miſeriarum paſſionibus ac variis infortuniorum caſibus noſmetipſos evertamus.

CAP. LXIV.

De Chriſtianâ conſuetudine locutionum ſecundum quod ſunt.

OMnis *tibla* tractetur ante juramentum plano vel obſervato ſæpius aut ſemel ſicut loci conſuetudo erit*. Omnia enim locorum conſuetudine, cauſarum actione, * modus cauſantium multipharie variantur; in quibuſdam locis juramenti, vel ante juramenti multa eſt diſtantia, ſicut inde latura & pluribus aliis. In *hamteſira* qui verborum jurat obſervantiis ſemel juret, & in eo lapſus vel elapſus judicetur. In quibuſdam locis quotiens velit juramentum repetat donec efficiat vel deficiat. Continget etenim ante-juramentum non dari non frangi per alterum fieri à re ipſa, à

* *Vel compellans præceſſerit juxta rei meritum et cauſæ modum*, addit Mss. Seld. & noſter. ſed deeſt in Mss. Scac.

* *modo*, Mss. Seld. & noſter.

perſona, prælatione, Natione, merito. Malorum autem infeſtationibus & perjurantium conſpiratione diſpoſitum eſt frangens juramentum ut magis ei judicium ab accuſatis eligatur. Et unde accuſatus cum una decima ſe purgaret per electionem & ſortem, ſi ad judicium ferri calidi vadat. In quibus vero cauſis triplicem vero *ladam* haberet, ferat judicium tripodii, i. ſexaginta ſolid. in furto, & murdro, & proditione, & incendio & domus infractione, & eis quæ ad diffactionem pertinent, omnes facto ſacramento jurent in *Weſtſexa*, exceptis *Thainis* & Presbyteris, & eis qui legalitatem ſuam in nullo diminuerunt. Hii de quacunque compellatione capitali vel communi plane jurabunt, congruo numero conſacramentalium & qualitate parium ſuorum retenta. Quia *Thaini* jusjurandum contra valet jusjurandum ſex villanorum. Et ſi occideretur, plene vindicaretur in ſex villanis. Et ſi emendaretur, ejus *weregildum* eſt ſex Villanorum *weregildum*: Miſſæ Presbyteri & ſecularis *Thaini* jusjurandum in *Anglorum* lege computatur æque carum *Francigenæ* quoque & Alienigenæ in verborum obſervantiis non frangunt. Si quis de homicidio accuſetur, & idem ſe purgare velit ſecundum natale ſuum, perneget quæ eſt *Werelada* ut qui ex parte patris erunt facto juramento qui ex materna cognatione erunt plano ſe ſacramento juraturos advertat. Item ſi quis ſine judicio occidatur, & parentes ejus innoxiare velint quod innocens et ſine merito ſit occiſus prædicto modo faciant. Si quilibet rem in communi propitiare velint ſibi & utrumque ſunt teſtes & furtiva dicatur qui melius teſtimonium habebit probationi proprior ſit, & ſolus facto juramento ſuam eſſe comprobet, & teſtes ejus plane confirment. Si ſecus eſt ſemper erit poſſidens proprior quam repetens, & habeat aut ille ſi poteſt * *Weninga* reſiſtat quæ ultra tertiam vicem non procedit, & nobis non videtur rectum ſecundum legem, * aut aliquis properare velit, compellatur ubi cognoſci poteſt quod & teſtis intereſt, ſaltem ante ſex menſes poſtquam furabitur. Quando quis jurare debeat ſolus quam cum pluribus in cauſa ſemper, & perſona juxta legalitatem, & modum concauſantium in omni ordine, & juxta precium capitalis *Wite*. Sacerdos qui regularem vitam ducat in ſimplici accuſatione ſolus, in triplici, cum duobus ordinis ſui juret; Diaconus in ſimplici compellatione cum duobus in triplici cum ſex Diaconibus ſe allegiet. Plebeius Sacerdos purget ſe ſicut regularis Diaconus. Presbyter ab Epiſcopo vel Archidiacono ſuo accuſatus, ſe ſexto juret Sacerdotum legitimorum ſicut ad miſſam paratorum. Et ſit omnis homo credibilis qui non fuit accuſationibus infamatus, & neutrum ejus fregerit vel juramentum vel *ordalium* in Hundredro ſimplici *lada* dignus. In credibili eligatur ſimplex *lada* in tribus Hundredis, & triplex *lada* tantum late ſicut ad ipſam Curiam obedietur, vel eat ad *ordalium*, & inducatur ſimplex *lada* ſimplici perjuramento triplex *lada* perjuratione. Et nullum unquam antejuramentum condonetur.

* *weninga.*

* *aut*, Mss. Seld. & noſter.

CAP. LXV.

De dimiſſione furis.

SI quis furem gratis dimittat, emendet ſecundum *weram* ipſius furis, aut plena *lada* perneget quod cum eo falſum neſcivit. Si quis audito clamore non exierit, reddat *overſeuneſſ*. Regis, aut plane ſe *ladiet*. Si quis adeo ſit incredibilis Hundredo & à tribus ſimul incuſetur, tunc nihil aliud interveniat quin ad triplex *ordalium* eat & eligat accuſatus alterutrum quod velit ſive ſimplex *ordalium*, ſive jusjurandum unius liberi in tribus Hundredis ſuper triginta denar', & ſi jurare præaudeant cum eo, eat ad triplex *ordalium*; & inducatur triplex *ordaliũ* hoc modo, ſumat V. et ipſe * ſit ſextus ſi Dominus compelletur quod ſuorum aliquis Prælatorum conſilio ſuo fugerit, & antea malum fecerit, & aſſumat ſecum quinque credibiles *Thainos*, & idem ſit ſextus, & inde ſe purget. Si quis amicis deſtitutus, vel alienigena ad tantum laborem veniat ut amicum non habeat in prima accuſatione ponatur in *Hengen*, & ibi ſuſtineat donec ad Dei judicium vadat.

* *ſit*, Mss. Seld. & noſter.

CAP.

CAP. LXVI.
De occisione Ministri Altaris.

SI quis *Minister altaris occidat, *Vtlaga* sit erga Deum & homines, nisi digna satisfactione pœniteat, & parentibus illius juste componat, vel *Werilada* perneget, & hoc infra triginta noctes incipiat apud Deum & homines super omne quod habeat. Si quis Minister Altaris hominem occidat, vel malis actibus supra modum differatur, ordine simul & dignitate privetur, & peregrinetur sicut ei Papa injunget, & opus emendet. Et si se purgare velit, tripliciter hoc faciat, & nisi infra triginta noctes hoc incipiat, erga Deum & homines *Vtlaga* sit. Si quis ordinatorum aliquem verberibus, vel vinculis, vel aliquatenus affligat, emendet ei sicut rectum sit, & Episcopo emendationem Altaris secundum dignitatem ordinis, Regi vel Domino plenam *Mundbreche*, vel plena *Laga* perneget. Si quis morti dampnatus profiteri desideret, nunquam negetur ei. Quod si quis ei deneget, emendet Regi centum viginti solid. vel cum sex juret quod hoc non fecisset. Si quis Dei rectitudines per vim deforciat, emendet *Lahsliht* cum *Dacis* plenam *Wytam* cum *Anglis*, vel ita neget, assumat undecim, et idem sit duodecimus. Si quis *Burebotam*, vel *Brighotam*, vel *Firdfare* supersederit, emendet hoc erga Regē centum viginti sol. in Anglorū * *Laga*. In *Denelaga* sicut stetit antea, vel ita se allegiet nominentur ei XIIII. & adquirat ex eis undecim. In his vero secundum legem nominati consacramentales vicini habendi sunt, quia solus non potuit tantis efficienciis invisibilis affuisse. Si manupastum alicujus accusetur de furto solus Paterfamilias emendare potest, si velit fracta lege sine perjurante. Si quis furtum vel hujusmodi periculosa capitalium compellatione pulsetur secundum legem *Wessex* ante juramentum à compellante habeat, & alter se sexto decime sue purgetur. Sicut Accusator præcesserit secundum meritum concausantium, & causæ modum. Si quis à *Vicecomite* vel *Iusticia* Regis legitime implacitetur de furto, de incendio, de robaria, vel similibus, ad triplicem *Ladam* jure sit applicandus, tunc oportet ut die congruo triginta consacramentales habeat, quorum nullus in aliquo reculpandus sit, & cum quindecem ex eis quos Justicia selegerit sextusdecimus juret sicut eam dictabit. In *Mircenis* habendi sunt etiam in triplici *Lada* XXXV. Consacramentales in *Denelaga* XLVIII. electi, & sorte potius quam electione juraturi.

* *Ministrum* Matt. Post.

* *Lada.*

CAP. LXVII.
De homine infamato.

SIt omnis homo qui non fuerit accusationibus infamatus simplici *Lada* dignus, sicut prædiximus, in credibili eligatur simplex *Lada*, in tribus Hundredis. Triplex *Lada* tam late sicut ad ipsam Curiam obeditur, & de omnibus unde accusatus juraret, se sexto sit judicium XX. solid. In triplici *Lada* ferrum judiciale triplex sit, i. LX. solid. In causis quæ cotidie non cessant, par contra parem solus juret, inferior contra superiorem se altero vel tertio, contra Dominum se tertio vel sexto, in *Weminga* duo sunt contra unum & ejusdem dignitatis.

CAP. LXVIII.
De solutione liberi aut servi occisi.

SI quis liber aut servus occidatur natalis sui precio legitime componatur, nisi satisfactionis judicium dampnis corporalibus amplietur. Contingit enim qui aliquem occiderit vel plegiaverit suæ vitæ periculum vel membrorum detrimenta sustinebit. Alternantur enim omnia loco, ut si in Ecclesia, vel domo Regis, vel in expeditione, vel familia, vel Civitate, vel hujus perpetua pacis habitatione proveniat tempore. Si dies festus sit. Si Rex in hostico, vel in ipso sit Comitatu persona. Si serviens Regis sit, vel alterius Domini Præpositus, aut Minister, vel quo modo securam pacis tranquillitatem ferat sive per breve, sive per aliud. Et licet omnis Presbyter undecunq; oriundus, si Canonicam vel Regularem vitam ducat in seculari dignitate *Thaini* legem habeat. Si tamen occidatur, & hoc ad emendationem pertrahi liceat, secundum natale suum reddatur. Si de *Thainis* natus est, *Thaini Wera* reddatur.

Si de villainis similiter conjectetur & tam in Clericis quam in Laicis obſervandũ ut ad patrem non ad matrem generatio dirigatur. Et nemo ſub ſervitute natus ante legitimam libertatẽ ſacris ordinibus admittatur. Si ordinatus aliquis occidatur, ſuper rectam *Weram* primus gradus emendatur una libra cum digna pœnitentia. In ſecundo gradu, reddantur duæ libræ pro infractura ordinis ſuper rectam *Weram* cum digna pœnitentia. In tertio gradu tres libræ. In quarto gradu quatuor libræ. In quinto gradu quinque libræ. In ſexto gradu ſex libræ. In ſeptimo gradu ſeptem libræ emendentur ſuper rectam *Weram* cum digna pœnitentia. Et ad ordinis infracturam de pace componatur juſte ſecundum factum. Et ordinis emendationis, una pars ſit Epiſcopi, alia Altaris, tercia Societatis. Qui occiderit Epiſcopum ſit in arbitrio Principis et Epiſcoporum. Qui Monachum vel Clericum, arma relinquat, & Deo ſerviat, & ſi caſu perpetravit, & nolens ſeptem annis pœniteat. Si volens fecit uſque ad exitum vitæ pœniteat.* Si Diaconus vel Presbyter homicidium fecerit, deponatur, & pœniteat ſecundum Epiſcopi ſui judicium. Qui patrem aut matrem caſu occiderit, quindecim annis pœniteat. Si voluntate uſque ad exitum vitæ. Qui ad homicidium conſenſerit ſeptem annis pœniteat, uno anno in pane & aqua. Si ſervus juſſu Domini ſui hominem occidat XL. dies pœniteat in pane & aqua, & tribus quadrageſimis cum legitimis feriis à carne & potu ſe abſtineat. Dominus ejus pœniteat quindecim annis. Qui hominem occiderit in publico bello, vel in defenſione domini ſui, tantundem pœniteat.

* *Qui ad homicid. li conſenſerit pœniteat ſeptem annis, uno anno in pane et aqua.* Mss. Seld. & noſtro hic inſeritur quod in Mſ. Scac. linea quarta ſequenti invenies.

CAP. LXIX.
De occiſione Anglici.

SI quis *Anglicus* ſine merito ſuo occidatur, ſecundum precium natalis ſui & loci conſuetudinem de *Wera* parentibus componatur, & *Wyta* & *Manbota* dominis ſicut juſtum eſt ad modum ipſius *Were*, de *Thythuiti* hominis *Were*, debent reddi, ſecundum legem triginta ſolidi ad *Manbotam*, id eſt hodie V. *Mancæ* de *Twelfhindo*, id eſt, *thaino* CXX. ſolid. quæ faciant viginti *mancæ*.

CAP. LXX.
Conſuetudo Weſtſæx.

IN *Weſtſexa* quæ caput Regni eſt & legum *Twyhindi*, i. villani Were eſt IV. libr. *Twelfhindi*, i. *thaini* XXV. libr. Si ſervus ſervum occidat domino reddantur XX. s. pro *manbota* parentibus interfecti ſervi XL. d. Si dominus occiſoris nec pro eo reddit, nec ſervus habet unde reddat, demittere poteſt eum dominus ut ſibi caveat niſi forte cavetur dum ſecum eſt. Quod ſi eveniat eum repetentibus, reddat, vel inde componat. Si liber ſervum occidat, ſimiliter reddat parentibus XL. d. & duas * *muſſlas*, & unum billum mutilatum domino ſervi XX. ſol. pro *Manbota*, *Blodwytam*, vel *Fathwytam* ſicut acciderit. Si ſervus *Waliſcus Anglicum* hominem occidat, debet ille cujus ſervus eſt reddere eum Domino & parentibus, vel dare XL. ſol. pro vita ſua. Si hoc captale nolit pro eo dare, dimittat eum liberum, ſolvant poſtea parentes ejus *Weram* illam, ſi cognationem habeat liberam: ſi non habeat obſervent eum inimici, non cogitur liber cum ſervo *Neggildare*, niſi velit ei facionem facere, nec ſervus cum libero. Si *Anglicus* homo *Dacum* occidat, liber liberum perſolvat eum XXV. libr. vel ipſe malefactor reddatur, & tantundem reddat *Dacus* de *Anglico* ſi eum occidat. Si *Anglicus Dacum* ſervum occidat, reddat eum XX. ſol. & *Dacus* ſimiliter * *Anglicus* ſi eum occidat: Attamen perſolvantur plena *Were*. Si ſe invicem occidant liberi, vel nativitate, vel caſu ſervi, unus pro alio jaceat. Si ſuperhabundat aliquis eorum in genitura, quærant parentes ejus *Were* vel vindictæ ſuper plus. Si unius dignitatis, & paritatis ſint in eo conſiſtat, ſi quis de ſervo liber factus occidatur, omne malum occiſoris pro nihilo reputatur. Si homicidium fecerit contra legem, quia ſcilicet rectum quod inde habiturus erat ſibi abſtulit, reddat vero quem occidit tanquam ab eo paſſus ſit. Qui pacem facit cum aliquo de vulnere vel malo quod inflixerit, diſtincte cum teſtibus & gratuita parentum ejus unanimitate finiat, ut ei ſcilicet ſic non requiratur * agentis vel ingentis quicquid poſtea contin- Sæpe etenim fatigatio ſecuta eſt deſuper natura quæ ſanitatem intempeſtam doloribus

* *muſſlas*, Mss. Seld. & noſtro.

* *Anglicum* Mss. Seld. & noſter.

* *agentis vel ingentis*, Mss. Seld. & noſter.

ribus obduxerit. Si mulier homicidium faciat in eam, vel in progeniem, vel parentes ejus vindicetur, vel inde componat non in virum ſuum, ſed clientelam innocentem. Sive autem ſponte aut non ſponte fiant hæc, nihilominus tamen emendetur. Quæ enim per inſcientiam* peccaminis per induſtriam corrigamus. Amicitiæ tamẽ & veniæ propius vel remotius erit, ſi meritum ejus qui occiſus eſt interfuit, & ſicut acciderit. Si mulier occidatur, ſicut *weregildum* ejus eſt reddatur ex parte patris ſicut obſervamus in aliis. Si pregnans occidatur, & puer in ea vivat, uterque plena *Wera* reddatur. Si nondum vivus ſit, dimidia *Wera* ſolvatur parentibus ex parte patris. De *Manbota* vero utrorumque vel alterius, Domino jure conveniat. Si infans occidat vel occidatur, ſive nomen habeat, ſive non habeat, plena *Wera* conjectetur. Mulieres quæ fornicantur, & partus ſuos extingunt, & eas quæ ſecum agunt ut utero conceptum excutiant, antequam * diffunctio uſque ad exitum vitæ removetur ab Eccleſia, nunc clementius diffunctus, decem annis pœniteat. Mulier ſi partum ſuum ante XL. dies ſponte perdiderit, quatuor annis pœniteat. Si poſtquam animatus eſt, ſeptem annis pœniteat. Mulier ſi duobus fratribus nupſerit * abiciatur uſque in die mortis. In extremis tamen propter humanitatem reconcilietur. Si quis pater mortuus fuerit, & filium vel filiam hæreditandam reliquerit, uſque ad XV. ætatis annos, nec cauſam proſequantur, nec judicium ſubeant, ſed ſub tutoribus & auctoribus ſint in parentum legitima cuſtodia ſeiſiti, ſicut pater eorum fuit in die mortis, & vitæ ſuæ, & nullus hæredipede ſuo propinquo vel extraneo periculoſa ſane cuſtodia committatur. Si quis ſine liberis deceſſerit, pater aut mater ejus in hæreditatem ſuccedant vel frater vel ſoror. Si pater & mater deſint, ſi nec hos habeat ſoror patris, vel matris, et deinceps in quintum geniculum, qui cum propinquiores in parentela fiunt, hæreditario jure ſuccedant, & dum virilis ſexus extiterit, & hæreditas ab inde ſit, fœmina non hæreditetur. Primum patris feudum primogenitus filius habeat. Emptiones verò vel deinceps acquiſitiones ſuas, det cui magis velit. Si *Bocland* habeat quam ei parentes dederint, non mittat eam extra cognationem ſuam, ſicut prædiximus. Si ſponſa virum ſuum ſupervixerit dotem & maritationem ſuam, cartarum inſtrumentis, vel teſtium exhibitionibus ei traditam perpetualiter habeat & *morganginam* ſuam, & tertiam partem de omni collaboratione ſua, præter veſtes & lectum ſuum, & ſi quis ex eis in Eleemoſinis vel in communi neceſſitate conſumpſerit, nihil inde recipiat. Si mulier abſq; liberis moriatur, parentes ejus cum marito ſuo partem ſuam dividant.

* *peccamus* Mss. Seld.

* *diffunctũ*, Mss. Seac.

* *abjiciatur.*

CAP. LXXI.

De homicidio * *vel alium maleficum.*

* Deeſt verbum quoddam in Mss. Seac. Mss. Seld. & noſt. habet tantum *De homicidio.*

SI quis veneno, vel ſortilegio, vel in vultu actione, ſeu * malefico aliquo faciat homicidium ſive illi paratum ſit, alii nihil fecerit quin factum mortiferum, & nullo modo redimendum ſit. Reddatur utique qui fuerit hujuſmodi parentibus & amicis interfecti ut eorum miſericordiam & judicium ſentiat, quibus ipſe non pepercit ſi res in compellatione ſit & emundatione miſericordiæ veniat, Epiſcopi judicio reſervetur. Et ſi beneficio legis ad miſericordiam vel concordiam protrahatur, de *Wera* mortui plene ſatisfaciat, & *Wytam*, & *Manbotam*, & omnibus rite paccatis plegios legalitatis deinceps inveniat, triplex vero *lada* vel emundatio ſit ni hujuſmodi ſit. Si autem inſorticatus non fuerit mortuus, ſed cutis variationem vel probabilem corporis contrahat ægritudinem, emendetur ſapientum antiquis diffinitionibus ſicut acciderit.

* *maleficio*, Mss. Seld. & noſter.

CAP. LXXII.

Definicio homicidii.

HOmicidium fit multis modis, multáque diſtantia in eo eſt, in cauſa, & in perſonis. Aliquando autem fit per cupiditatem vel contentionem temporalium, fit etiam per ebrietatem, fit per juſſionem alicujus. Fit etiam pro defenſione & juſticia, de quibus ita meminit beatus *Auguſtinus* de ſermone Domini in monte. Si homicidium eſt occidere poteſt aliquando accidere ſine peccato. Nam Miles hoſtem, & Judex

Judex nocentem, & cui forte invito, vel imprudenti telum manufugit, non mihi videntur peccare cum hominem occidat. Beatus *Ieronimus*, homicidas & sacrilegos punire non effusio sanguinis, sed ministerium legum & ipsa lex dicit. Si dimiseris virum dignum morte, anima tua erit pro anima ejus. Fit etiam homicidium casu, consilio. Aliter etiam est si Clericus vel Laicus, cum propinquis vel extraneis agant hoc vel patiantur, & alii plures modi sunt qui maxime ad pœnitentes pertinebunt, quibus aptanda quidē est, & amica participatione providenda medicina secundū ætatem, & possibilitatem, & virtutē, & confessionem singulorum, in orationibus, in vigiliis, in jejuniis, in eleemosynis, & beneficiencii modis. Qui non potest jejunando peccata curare, potest eleemosyna redimere; eleemosyna sufficit sine jejunio, jejunium non sufficit sine eleemosyna. Jejunium cum eleemosyna duplex bonum est, sine eleemosyna nullum bonum est. Unusquisque donum suum à Deo habeat, ne quærit pœnitentiæ spacium, sed modum.

CAP. LXXIII.

De ordinatis homicidiis.

SI Episcopus homicidium faciat, deponatur, & pœniteat XII. annis, septem annis in pane & aqua, & quinque je unet tribus diebus in ebdomada, & aliis communi cibo utatur. Si Presbyter hominem occidat, vel Monachus, ordinem perdat, pœniteat & decem annis, sex in pane & aqua, & quatuor jejunet in ebdomada tres dies, cæteris utatur cibo suo. Si Presbyter hominem vulneret, centum dies jejunet. Si Diaconus hominem occidat exordinetur, & septem annis pœniteat, quatuor in pane & aqua, & tres jejunet tribus diebus in ebdomada, cæteris in communi cibo utatur. Si Clericus hominem occiderit, sex annis pœniteat, quatuor in pane & aqua, duos annos tribus diebus in ebdomada. Si Laicus hominem occidat, quinque ann' pœniteat, tres in pane & aqua, & duobus annis tribus diebus jejunet in ebdomada. Si quis ordinatum occidat vel proximum suum, exeat de patria sua, & *Romam* adeat, & *Papam*, & consilium ejus faciat, de adulterio, vel fornicatione, vel Nunnæ concubitu similiter pœniteat.

CAP. LXXIV.

De purgatione occisorum.

SI parentes eorum purgare velint eos qui injuste vel sine judicio fuerint occisi, liceat eis secundum legem pristinam *werelada* pernegare. Si ad quatuor libras natus sit cum octodecim ex patre sint, ex matre quatuor. Si ad XIIII. libras cum XVI. Si bene juraverint atrium ei quærat qui occidit, & emendet ei per omnia, sicut lex & consuetudo loci sit, & *Wera* parentibus, & *Manbota* Domino. Et qui culpam exigit de fure occiso, eat se tertio, ut duo sint de cognatione patris, tercius de cognatione matris, & juret quod in cognato suo nullum factum erat pro quo de vita forisfactus esset, & eant alii cum XII. & superjurent ei in mundiciam quæ ante dicetur. Quod si parentes nolint illuc venire, constituto termino emendet unusquisque CXX. solid. qui super hoc loquebatur. Si aliquis homo ex contentione aliqua, vel rebus repentinis occidatur, requirat eum Dominus suus per plegium, & pro mortuo plenam, & eam rectitudinem offerat quam pro vivo faceret, de quo rectum non differciaverit si ei denegetur, & interim amittatur, vel à bestiis vel avibus devoretur, vel ab occisoribus inhumetur, vel circumsepiatur. Hoc præter *Weram* judicio componatur.

CAP.

CAP. LXXV.

De occiſoribus Dominorum ſuorum.

SI quis Dominum ſuum occidat ſi capiatur nullo modo ſe redimat, ſed de comatione, vel ejus cautione, vel ita primo ſevera gentium animadverſione dampnetur ut diris tormentorum cruciatibus, & malæ mortis infortuniis, infœlicem prius animam exhalaſſe, quam finem doloribus excepiſſe videatur, et ſi poſſit fieri remiſſionis amplius apud inferos inveniſſe quã in terra reliquiſſe proteſtetur. In omnibus enim humanæ pravitatis exceſſibus medicinæ ſalutaris fomenta prolata ſunt præter traditionem Domini, & blaſphemiam Spiritus Sancti, i. habere cor impœnitens quod juxta Verbum Domini non remittetur alicui, vel in hoc ſeculo vel in futuro. Quiſquis itaque de morte Domini ſui per ſe vel ſuſceptam, vel ſuſpectam perſonam aliqua rerũ actione, vel ſub introductione tractabit vitæ ſuæ culpa ſit, & omnium quæ habebit. Et ſi placitum in accuſatione ſit *werelada* ſicut ipſe Dominus natus eſt abnegabit. Si quis hominem ſuum ſine culpa mortis occidat, parentibus ejus ſicut natus eſt nihilominus eum reddat quia videlicet ad ſerviendum, non ad occidendum ſervus erat. Et ſi Dominus in capite eſt Manbota remaneat. Qui ſervum ſuum occiderit ſuum peccatum eſt & dampnum. Si ipſo quo vulneratus eſt vel alio modo affligtus tanquam in manibus Domini ſui moriatur crudelius eſt & gravius ſicut in lege *Moyſi* ſcriptum eſt. Qui aliquem de parentibus ſuis occidet dignis apud Deum pœnitentiæ fructibus emendet, & in modo pœnitentiæ ſit. Si ſponte vel caſu perpetravit & occidat emendatio patrini ſicut manbota Domini, ſi pertineat ei utrumq; & aliorum infortunitate, quorum conſanguineus non cogatur eum reddere ſapientum, hoc judicio ſecundum genus componatur. Si *Francigena* qui parentes non habeat in murdro perimatur, habeat preciũ natalis ejus murdri non * abarnaverit Rex de Hundredo ubi invenietur XL. marcas argenti, niſi intra ſeptem dies reddatur malefactor Juſticiæ Regis, & talis de quo poſſit juſticia fieri, vel qui occiſum comprobet *Anglicum*, habeatur judicio ferri calidi, vel ſicut rerũ circumſtantiis fuerit approbatum. Ad patrem vero non ad matrem generationis conſideratio dirigatur, omnibus enim *Francigenis*, & alienigenis, debet eſſe Rex pro cognatione, & advocato ſi penitus alium non habent. Si ex parte patris parentes habeat qui occiditur & ex parte matris habeat quantum ad eum attinet, i. tertia pars *weregildi* ſui reddatur. Si quis hujuſmodi faciat homicidium, parentes ejus tamen *were* reddant, quantum pro ea reciperent ſi occideretur. Si ex parte patris parentes habeat, & ex parte matris non habeat, & hominem occiderit, reddant * pertinentes ei quantum de ejus interfectione reciperent, i. duas partes *Weregildi* ſui. Si quis autem paterna cognatione carens male pugnet ut hominem occidat. Si tunc cognationẽ maternã habeat, reddat ipſã tertiã partẽ *were* tertiam *congildones* pro tertia fugiat. Si nec maternã cognationẽ habeat, reddant *congildenes* dimidiam *weram*, pro dimidia fugiat vel componat. Si quis occidatur ejuſmodi ſecundum legem priſtinam, ſi parentela careat, reddatur dimidiũ Regi, dimidium *congildonibus*. Si quis moriens debitori teſtimonia traditionis vel venditionis aliqua fecerit, & filios vel filias non habuit, quicunque de parentibus ſuis in hæreditatem ſucceſſerit * omne debitum ejus juſte reſtituat, & omne factum ydoneare ſtudeat, vel culpam incurrat.

* *abarnavit*, Mss. Scac. *perpetravit*, Mss. Seld. & noſter.

* *parentes* Mss. Seld. & noſt.

* *vel cui* weregildũ *ejus ſi occiſus eſſet pertinebat*, addit Mss. Seld. & noſt.

CAP. LXXVI.

De precio cujuſlibet.

SI homo occidatur ſicut natus erit perſolvatur & rectum eſt ut homicida poſtquam *weregildum* vadiaverit, inveniat *were* plegios ſicut ad eam pertinebit, i. de *Thaino* debent *dari* XII. *were plegii*, octo de parte patris, & IV. de cognatione matris, & cum hoc factum erit, elevetur inter eos pax Regis in omni *weregildo*, & debet *halfang* primo reddi ſicut *were* modus erit. Omnis autem *wera* liberorum eſt aut ſervorum. Servi alii natura, alii facti, & alii emptione, alii redemptione, alii ſua vel alterius datione. Servi et ſi quæ ſunt aliæ ſpecies hujus quas tamen omnes * voluminis

* *voluntas*, Mss. Seld. & noſter.

minis ſub uno ſervitutis membro conſtitui quem caſum ponimus appellari ut ita dictum ſit. Servi alii caſu, alii genitura, liberi alii *Thÿfhindi*, alii *Syxhindi*, alii *Thyelfhindi*. *Thyihindus* homo dicitur cujus *wera* eſt CC. ſol. qui faciunt quatuor libras. * *Tyelfhindus* eſt homo plene nobilis, & *Thainus* cujus *wera* eſt duodecies C. ſol. qui faciunt libr. V. cujus *halfang* ſunt CXX. ſol. qui faciunt hodie ſol. quinquaginta. Et non pertinet alii cognationi pecunia iſta niſi illis qui ſunt intra genu à die illa qua *wera* vadiata eſt in viceſimum unum diem, habet hoc *halfhangum* reddi. Inde in viceſimam unam noctem reddatur *Manbota* inde in viceſimam unam noctem * *Fÿthwyte* inde in viginti unam noctem ipſius *were* primum *gildum*, & ſic omnibus parentibus dominiſq; emendationibus iniciatis perſolvantur reliquum *were* infra terminum quem ſapientes inſtituant. Deinde liceat per amorem procedere ſi perfectam velint amicorum intrandi & exeundi licentiam habere. Eodem modo per omnia de *Cyrliſti* vel villani *wera* fieri ſecundum modum ſuum ſicut de duodecies centeno diximus. Age enim de aliquo ſecundum legem qui natus ſit ad quatuor libras, & quando vel quibus reddi debeat, vel quomodo diſtribui *hanlffange* ejus ſunt V. marc. quæ faciunt XXII. ſol. & VI. denar. Eſt autem verbum Anglicum quod Latine ſonat apprehenſio colli. Si quis ad IV. libr. perſolvandas occidatur, & ad id res veniat ut pretio natalis ejus componendus ſit, primo debent reddi XII. ſol. & VI. den. & in *wera* numerari. Reddantur vero patri, vel filio, vel fratri, vel qui propinquior eſt de patre. Si prædictos parentes non habeat: ſi omnes iſtos habeat & ipſi dividant inter ſe à die qua *wera* vadiata eſt in XXI. diem ſine omni excuſatione & dilatione debet *halfhang* reddi ſicut permiſſimus, & hoc in diviſum habeant à cæteris. Inde ad XXI. diem reddatur ipſius *manbota* tunc ad XXI. diem *Fuytyhita* inde ad XXI. diem reddatur ipſius *were Frinigildum*, i. ſeptem ſol. & ſex denar. ad expletionem XX. ſol. inde componat, qui *weram* ſolvit terminũ de XX. ſol. inde ponant terminum ſuum parentes mortui, de XL. ovibus quæ pro XX. s. computantur. Sint autem oves videntes & cornutæ, nulla parte diminutæ ultimo Termino reddatur, equus qui pro XX. ſol. numerandus eſt, hoc ſecundum legem & noſtram conſuetudinem diximus differentia tamẽ *weregildi* multa eſt in Cancia villanorũ & Baronum.

* *Twelfhindus.*

* *Fythwyte*, Mss. Scac.

CAP. LXXVII.

De ſolutione liberi vel ſervi.

SI quis de ſervo patre natus ſit & matre libera pro ſervo reddatur occiſus in ea parte quia ſemper de patre non à matre generationis ordo texitur. Si pater ſit liber & mater ancilla, pro libero reddatur occiſus, ſi ſit *Anglicus* vel non ſit, & nec interveniat cur remaneat, aliquando autẽ * erit ſicut dominus ejus voluerit, videtur autem matris ejus cujuſcunque taurus alluſerit. Si quis ſervus, vel natus, vel factus in libertatem tranſeat habeat Dominus ſuus *Manbotam* liberi.

* *matris eſt cujuſcunq; addit* Mss. Seld. & noſt.

CAP. LXXVIII.

De liberatione ſervi.

QUi ſervum ſuum liberat in Eccleſia, & mercato, vel Comitatu, vel Hundredo coram teſtibus & palam faciat, & liberas ei vias & portas conſcribat, apertas & lanceam, & gladium, vel quæ liberorum arma ſunt in manibus ei ponat. Si quis in ſervũ tranſeat ſicut poſſeſſor eſt in *Halimoto*, vel *Hundredo*, vel vicinio corã teſtibus agatur, cũ * excoluerit ut nec ille deinceps abneget, & de ſingulis diſcrete ſciatur cujus conditionis æſtimandi ſunt libere, ſcilicet an ſervilis quia multi potentes volunt ſi poſſunt defendere homines ſuos modo pro ſervo, modo pro libero ſicut interim factu facilius ſit. Sed legibus inter hoc dictum eſt, in ſignum vero tranſitionis hujus *billum*, vel *ſtrublum*, vel deinceps ad hunc modum ſervitutis arma ſuſcipiat in manus Domini mittat & caput. Si quis de ſervitute redeat in liberum in teſtem manumiſſionis cum teſtibus redditionis Domino ſuo XXX. denarios reddat, ſcilicet precium Corii ſui in ſignum quod ei dignus ſit in æternum. Si quis in occulto filium vel filiam genuerit & celaverit, ſi forte occidantur non eſt ei de *wera* reſpondendum poſt mortem quorum Pater non comparuit in vita. De inventis & pauperibus

* *excoluerit*, Mss. Scac. videtur aliquid deeſſe voculæ in Mss Scac. in duobus aliis plane *excoluerit* ſcribitur.

peribus et abjectis positum est. Si quis eos occidat eumq; si parentes repetentes *wera*, *wyta*, *manbota*, sicut iustum accidentia fecerit persolvantur vel in *thaschis* vel hujus suggerendis de *blodstodiis* est institutum quos parentes sui divites ac domini multa sinunt in progenies egestate mendicos. Si pecuniam habebunt, sit domino cui prebendarii erant, si super terram ejus sit. Quæ omnia fortiora erunt si sine distributione, vel divisione, vel commissione, et prælocutione erant ibi. Si quis à nativitate surdus & mutus sit, ut sua vel alterius nequeat irrogata confiteri, emendet pater forisfacta sua. Insanos & ejusmodi maleficos debent parentes sui misericorditer custodire.

CAP. LXXIX.

De liberatione filioli vel matrini.

QUi aliquis filiolum vel patrinum occiderit erga eum, & parentes mortui * conjuctim reus sit, & crescat emendatio secundam *Weram* sicut *Manbota* secundum Dominum. Si filiolus Regis sit, per *Weram* emendetur Regi sicut cognationi. Si occisor ejusdem parentelæ sit, remaneat emendatio patrini sicut & * *Wytam* Domini. Si quis Nuntium Regis eat, & breve ejus deferat, qui eum innocentem occiderit, in misericordia Regis erit. Et si commodum aliquod facere promiserat, hoc componat qui pacem Regis fregerit quam idem manu sua dabit alicui. Si capiatur de membris culpa sit. Si quis à Vicecomite vel * ita Ministro pacem Regis habeat, si infringatur in eo, *Gridbreche* sit, & centum sol. emendetur, si ad * emendendum venire liceat. Si quis in Ecclesia faciat homicidium, hoc emendare non possit, sed prosequatur eum omnis qui Deum diligit, nisi forsan eveniat ut per aliquod pacis confugium Rex ei vitam indulgeat dignis satisfactionibus apud * Deum, & homines sua prius inductione ut emendare liceat, postea *Wera* parentibus, *Manbota* Domino, *Wyta* cui proveniet, & emendetur infractio pacis Ecclesiæ, & reconciliatio perquiratur secundum dignitatem singulorum matris & capitalis Ecclesiæ *Gridbreche* est ad minus, sicut infractio pacis Regis, i. V̄. lib. in Anglorum lege, mediæ L̄. s. quæ est *Wyta* Regis, & adhuc minoris ubi parva parrochia est, & atrium cum sit XXV. sol. & Campestris Capellæ ubi non sit atrium, XII. solid. & VI. denar.

* *communiter.*
* *wyta*, Mss. Seld. & noster.
* Sic Mss. omnes: legendum puto *alio*.
* *emendandum*, Mss. Seld. & noster.
* *dominum.*

CAP. LXXX.

De homicidio in Curia Regis, exercitu, Burgo vel Castello.

IN Domo, vel in Curia, vel in Burgo, vel in Castello, vel exercitu, vel hostio Regis faciat aliquis homicidium, sit in misericordia Regis de pecunia vel membris. Si in via regia fiat assultus super aliquem *Forestel* est, & C̄. sol. emendetur Regi, si ibi calumpniam habeat, aut divadietur vel retineatur ibi malefactor, vel si est in *socna* Regis tanta vero debet esse ut inibi duo carri sibi possunt obviari, & bubulsi de longo stumbli sui possint assimulare, & XVI Milites equitare possint armati de latere; & via regia dicitur quæ semper aperta est, quam nemo conclaudere potest, vel avertere cum * minis suis quæ ducit in Civitatem, vel Burgum, vel Castrum, vel portum Regium, & unaqueq; Civitas tot magistras vias quot magistras portas * habet ad theloneum & consuetudines insignitas *Forestel* est. Si quis ex transverso incurrat, vel in viam expectet & assalliat inimicum suum, si post eum expectet vel evocet ut ille revertatur in eum non est *Forestel*. Si se defendat *Stredbreche* C̄. sol. emendetur. *Stredbreche* est si quis viam frangat concludendo, vel avertendo, vel fodiendo in cujuscunque terra fiat homicidium qui *Socnam* et *Sacam* suam habeat. Si homicida divadietur ibi vel * cravetur * *Fitwytam* recipiat. Si plures * interficiunt cum Domino vel Præposito, vel * adhuc modum aliquo qui jus habeat in eos, si occisos, & locus unius Domini sint qui *Socnam* suam habeat *Manbotam* & * *Fitwytam*. Si * qui in domo vel in Curia Regis fecerit homicidium, vel *Homiplagium* de membris componat; & domum Regis hoc loco dicimus ubique in regione sua sit cujuscunque feudum vel mansio sit. Si quis tamen legitimos coactionis testes habeat, vel Dei judicium offerat quod * de defendente fecerit Dei rectum est ut emendare liceat. Item qui in domibus Archiepiscoporum, Episcoporum, vel Comitum fecerit homicidium vel homicedium, sicut causa fuerit membrorum vel pecunialis emendationis reus sit. Emendatio autem vel redemptio est juxta culpæ meritum & loci consuetudinem. Cum enim in omnibus grave sit, gravius tamen est de parente Domini occiso

* *ruinis*, Mss. Seld. *ramis* Mss. noster.
* *habeat.*
* *gravetur* Mss. Seld. & noster.
* *Fitpptā* Mss. Scat. *Fihtpitam* Mss. Seld. & noster.
* *interfuerunt*, Mss. Seld. & noster.
* *adhuc modo aliquo*, Mss. Seld. & noster.
* *Fitpptā* *Fihtwitam* Mss. Seld. & noster.
* *Si quis* Mss. noster.
* *se*, Mss. Seld. & noster.

ciſo de miniſtro ſuo, & ante eum gravius eſt hoc effectum & *Overſeunesſa*, vel multa conſtituta, vel disfactio plectendum de Thainis & Baronibus, & qui ſunt huiuſmodi in *Overſeunesſ.* conſiſtat, niſi amplius interveniat, ut addatur per pacis fractionem per *hamſocnam* & ſimilium, vel ſi ſit homo ejus cujus eſt domus qui fuerit interfectus, vel percuſſus, vel quoquo modo afflictus *Hamſocna* quod domus invaſionem Latine ſonat fit pluribus modis extrinſecus vel & intrinſecus accidenciis *Hamſocna* eſt. Si quis alium in ſua vel alterius domo cum *Haraido* aſſailiaverit, vel perſequatur ut portam, vel domum ſagittet, vel lapidet, vel colpum oſtenſibilem undecunque faciat *Hamſocnam* eſt vel *Hamfare*. Si quis præmeditate ad domum eat ubi ſuum hoſtem eſſe ſit, & ibi eum invadat. Si die vel nocte hac faciat & qui aliquem in molinum vel ovile fugientẽ proſequitur *Hamſocna* judicatur: Si in curia vel domo ſedicione orta, bellum etiam ſubſequatur & quivis alium fugientem in alium domum infuget, ſi ibi duo tecta ſunt, *Hamſocna* reputetur. In *Fith* vel in *Socna* eſt quod ab ipſis in domo ſunt contubernales agitur, hoc etiam ſicut præmiſimus *Wyta* emendabitur patrifamilias, ſi quæſtionem habeat quærentem vel quæſitam.

CAP. LXXXI.

De pace Regis danda in potatione.

IN omni potatione dacioni, vel empcioni, vel *gilde*, vel ad quidlibet in hunc modum præparati, primo pax Dei & Domini qui eos interconvenerint publica prænunciatione ponenda eſt & rogandum, ut ſi quis alium ibi quacunque devitet occaſione. Si placeat palam faciat, & rectum ei vadietur competenti termino peragendum, ſicut & ibi * piſtum erit. Si præſentem concordiam non admittunt, vel exeat, vel recedat cujus culpa clarueriat ad odium. Si priuſquam pax ita poſita ſit à combibentibus in domo qua agatur, *Overſeuneſſa* eſt emendandum Domino domus vel cui proveniet, ſi curvatus & retentus ſit ibi, & ſit alterius dominii. Quidam villam & qui ſunt ejuſmodi *Leierwitam* & *Blodwitam*, & hujus minora forisfacta emerunt à Dominis ſuis vel quomodo meruerunt, de ſuis & in ſuos quorum *Fletgefoth*, vel *Overſeuneſſa*, eſt XXX. d. *Cothſeti*, quindecem den. ſervi VI. den. Si quis ad arma proſiliat, & domum exfrediet, nec tamen aliquem percutiat dimidio forisfacto culpa conſiſtat.

* ibi juſtum Mss. Seld. & noſt.

CAP. LXXXII.

De aliquibus inimicis ad invicem.

IN omni cauſa, ſi quis inimicum reſidentem habeat, non ante inpugnet eum quam ipſum ter, & per bonos teſtes de recto inquirat, & ei cujus homo eſt ſi opus eſt juſticiæ quæ præerit, oſtendat ſive de *Anglico* ſive de *Franco* cauſa conſiſtat. Si vagans homo ſit qui forisfecit, requiratur tum de recto ubi eum eſſe conſtabit, & conſilio, ac licentia ejus in cujus terra & ſocna invenietur fide, vel * ſacramento, vel fidejuſſoribus aſtrictus juſte ſatisfactioni præparetur. Quod ſi per omnia refragaverit, & id cauſæ, vel temporis, vel locorũ, vel accidentium ſit, vel de ſuo aliquid, pro in borgo retineatur, ratione hoc et legitimis teſtibus fiat ne deterius aliquid inde contingat aliquid ſequatur, quæ diligentius advertenda ſunt, ſicut accuſatus credibilis erit, & accuſationibus vel detentionibus acquieverit, & ſicut ejus eſſe vel non ejus eſſe quod ita retinebitur innotuerit, et hiis omnibus habundanciori formidine refectum eſt, an de parentum, vel amicorum interfectione, vel dampnis corporalibus, vel pecunialibus actitetur, et ſi etiã is in cujus terra fuerit inventus rectum per omnia difforciabit. Non tamen in eos inconſulte quid agatur. Sed in manu ipſius curvetur, & Principi vel Miniſtro ſuo demonſtretur, et unicuique licet Domino ſuo ſine Wyta ſubvenire. Si quis aſſalliat eum, et in omnibus legittimis obedire præter in proditione, furto, murdro, et deinceps ſimilibus quæ nullo prorſus ingenio fieri conceſſa ſunt, et legibus infamantur ad eundem modum Dominus conſilio pariter, et auxilio debet, et modis omnibus poteſt ſine forisfacto homini ſuo, ſine oportunitatibus ſubvenire, et quotcunque Dominos habeat, vel quantumcunque de aliis teneat, ei plus debet cujus legius eſt honeſto, utili, et neceſſario ad facultatem et ſanitatem, ad animam et ejus reſidens eſſe debet, et in bello ſecum eſſe, et ejus Manbota eſt ſi occidatur. Et in quibuſdã poteſt dominus homini ſuo warantus eſſe ſi præcepto ſuo verberaverit, vel alio * modo contrectaverit aliquẽ qui pertineat vel non pertineat adeũ.

* ſac. Mss. Scac. *Sacramento*, Mss. Seld. & noſter.

* *contrectaverit*, Mss. Seld. & noſter.

In

In quibusdam vero non poterit, similiter conceditur ut homo cum germano suo cognato communicet in omni necessario, similiter pugnare potest homo contra eum quem cum desponsata sibi uxore post secundam & tertiam prohibitionem clausis * hostiis, et sub una coopertura inveniet sive cum filia sua quam de sponsata genuerit, sive cum sorore sua quæ * de sponsa sit, sive sub matre sua quæ primo suo fuerit desponsata, pecunialis autem emendatio legibus inventa est. Si desponsata fœmina fornicetur, & *Cyrlisca*, vel *Syxhinda*, vel * *Twelfhinda* sit, & corporalis diffractio persistentibus instituta. Pensandum autem est per visum accusantibus visum concubitus propensius advertendum, ut, scilicet ipsas coeuntium naturas * vident commisceri.

* Leg. *ostiis*
* *desponsa.*
* *Tyelfhinda*, Mss. Scac. *Tpelfhinda* Mss. Seld. & nost.
* *viderit*, Mss nost.

CAP. LXXXIII.

Quod unicuique licet se defendere in quolibet negotio præterquam contra Dominum suum.

VNicuique licet se defendere, si quis eum assailiat in omni loco vel negotio excepto contra Dominum quem tolerandum, non occidend' jugiter ac salubriter frequentamus advertendum. Si quis juxta quod prædiximus in hostem suum incidat, vel vagipalante, vel alium qui juste requisitus rectum per omnia denegaverit. Si tamen se reddiderit & pacem ac misericordiam vel invitus quæsierit non occidatur. Sed ad satisfactionem à repente custodiatur XXX. noctes, & parentibus & amicis suis sæpius interim offeratur. Si pax in terra sit, consilio Principis & Ministrorũ ejus agatur in quibuscunq; causis rectum difforciabitur legitimè perquisitum. Qui rectum offerentem occiderit, vel afflixerit in aliquo, emendet *Wytam*, vel vulnus, vel denique sicut egerit, & quicquid adversus eum habeat forisfaciat, & qui ad aliquem quocunque modo perimit, videat, ne *Weilref* Dominis: si quis mortuum refabit armis, aut vestibus, aut prorsus aliquibus, aut tumulatum, aut tumulandum. Et si quis corpus in terra, vel *noffo*, vel petra, sub piramide, vel structura qualibet positum sceleratus infamationibus effodere, vel expoliare præsumpserit, *Wargus* habeatur. Si quis in vindictam, vel in se defendendo occidat aliquem, nihil sibi de mortui rebus aliquis usurpet, non equum, non galeam, vel gladium, vel pecuniam prorsus aliquam. Sed ipsum corpus solito defunctorum more componat, caput ad occidens, pedes ad oriens versum, super clypeum si habeat, & lanciam suam figat & arma circummittat, & equum * adregniet, & ad proximam villam, & cui prius obviabit denunciet, et etiam *socnam* habenti quod probari, denique vel defendi possit contra parentes vel consocios ejus. Si inter aliquos de rebus repentinis verborum * decacitate, vel eventus aliqua procacitate dissensio consurgat ex quo aliquis eorum gladium scogilatum evaginat, non est etiam expectandum etiam ut percutiat.

* *adregiret*
* *dicacitate* Mss. Seld. & noster.

CAP. LXXXIV.

De verberatione.

IN quibusdam, sicut diximus, reus est qui verberat & qui verberatur, ut nec * maleficaciens impunitate superbiat, nec contumeliatus fedis emendationibus insolescat, ubi unus non vult, duo non certant, & omnis *unlaga* frater est alterius, et qui respondet stulto juxta stultitiam suam, similis est ejus.

* *maleficiens*, Mss. Seld. & noster.

CAP. LXXXV.

Quod quivis liberaret eum qui in malis duxerit.

QUi ad dampnum vel malum aliquem duxerit, liberet eum advocatione, vel emendatione, vel participatione, non omnes omnibus suo possunt interventu suffragari. Quæ vero possunt vel non possunt, promptum est inveniri, à causa, à persona. Capitales enim & criminales causæ ita Prælatis & subditis, & modis omnibus interdictæ sunt, ut non solum auctor ipse sceleris puniendus sit, sed quicunque dando, recipiendo, referendo, vel causæ conscius fuerit aut consilio, vel consentaneus in aliquo, simili pœnæ subjaceat, & nemo possit super hiis alterius inde warantus esse. Qui ad occidendum aliquem innoxium *redbanna* vel *dedbanna* fuerit con-

victus, noxæ componat inde solus & cum aliis. Si servus cum liberis homicidium faciat, totum liberis imputetur, & item solus furatur, qui cum servo furatur si negetur *Werelanda* fiat.

CAP. LXXXVI.

Ne quis vindicetur de suo homine sine lege.

* *malefaciat*, Mss. Seld. & nost.

OMni Domino liceat conqueri hominibus suis & amicis, si quis ei * malefaciant, sed non percipere sine lege vindictam, nec debet requiri à Domino, si homo suus missaciat sine posse vel velle suo, maxime si nunquam deinceps ad eum redeat, et hoc in verum mittere possit, & ubi forte plures fuerint, & eorum quidam forisfacient, non est eis imputandum qui tenuerint viam suam, & recedent ab illis si per omnia se allegient, quod nec consilium eorum vel auxilium sit in forcia ipsa.

CAP. LXXXVII.

De delicto ex armis accommodatis.

QUi ad occidendum aliquem arma sua præstiterit cum occisore de occisi persolutione conferri debebit, & de sua parte *Weregildi* conveniat ei. Qui gladium præstiterit tertiam partem *Weregildi* reddat. Qui lanceam præstiterit dimidiam. Qui commodaverit equum, totum reddat. In veritate tamen liceat arma sua commodanti quod nulla mali suspicione vel intentione commodaverit si possit et velit. Si quis ad * hostium alicujus lanceam suam ponat, dum ad loquendum, vel ad quod velit agendum introeat, vel quovis arma reclinet ubi quiete jacerent, si permitterentur & areptis armis hujusmodi dampnum ingeratur, Justum est qui dampnum inde fecerit, dampnum illud emendet, et cujus arma fuerant si ita procedat emendet se, quod nec velle, nec posse, vel consilium testimonium ejus extitit, & Dei rectum est ut pacem habeat & videat qui missecit ut per omnia secundum legem emendet. Observet autem ille cujus arma erant ut ea non recipiat antequam in omni calumpnia munda sint. Si quælibet arma politori vel emundatori commissa sint ad purgandum vel cuilibet ad servandum, & de subito arripiantur ad aliquid male agendum justum est cui absoluta commissa sunt, absoluta restituat nisi forte custodiam eorum diffinitis prælocutionibus abdicaret. Si etiam ipse super hiis accusetur conscientiæ, vel possibilitatis in aliquo perneget sicut rectum sit. Si quis occidatur * *in hlothe* reddat interfector *Weram* parentibus, et *Manbotam* Domino, & omnes qui interfuerunt * *Hlothotã* sicut emendent 'Twihindeman XXX.s. *Sixhinde* XL. sol. *Twylfhinde* CXX.s. *Manbota* secundũ legẽ* à [a] interfecti secundũ *Weram* potius accipiebatur, quã per *Oveseuneſſ'* domini vel personã. *Overseuneſſ'* Regis, ut diximus, xx. marc' Episcopi & Comitis X. marc. Baronis vel Thaini V. In Westsexa quæ caput Regni est & legum, ad quã recurrendũ est in omni dissidentia contingentiũ. Si quis autẽ judicio ferri calidi, vel bello, vel testibus legitimis, vel consacramentalibus adhibitis, vel idoneo legis examine monstrare possit quod assalliatus fuerit, quod coactus & se defendente fecerit homicidium dignis satisfactionibus hoc monstrare liceat, & rectum inde sit, quia sicut prædiximus, multis modis potest homo *Weram* suam forisfacere, ut per *Hamsocnam*, per homicidium in Ecclesia, per Dei rectum difforciatum, per furtum, per murdrum, per injustum assultum, vel homicidium, & deinceps similium, de quibus *wera* parentibus *Manbota* Domino, & *Wytam* justius remanet. Si chohors * aliquam occidat, & non sciatur quis nominatim hoc fecerit, accusentur quotquot ibi esse constiterit, & communiter *Weram* occisi conjectent, & *Wytam*, & *Manbotam*, quali *Were* pertinebit. Qui in Collegio vel Societate fuerit ubi aliquis occidatur acquietet se quod eum non percussit, & ita quartam partem compositionis ejus solvat, sive plures, sive pauciores plagas, vel quotcunque vel qualescunque habeat vitæ retractatione, vel mortis simplicitate discretas. Si quis in Conventiculo aliquo convivii, vel potationis, vel hujusmodi fuerit occisus, defendant se, vel emendent quibus fuerit imputatum secundum legem *saligam*. Si in Convivio quatuor vel quinq; fuerint homines unus ex ipsis fuerit interfectus illi qui remanent, aut unum convictum

* *Hlope*, Mss. Scac. * *Hlothotam*. * *Tyindeman*. * à *Papa aut persona*. * *aliquem*. * [b] Mss. Scac.

ctum reddant, aut omnes mortis illius compositioni conjectent quæ lex usque usq; ad septem quæ fuerint in Convivio illo convenit observari: Si vero in convivio illo plus quam septem fuerint, non omnes teneantur obnoxii. Si quibus fuerit imputatum, illi secundum legem componant. Si quis foris casam sive iter agens, sive in agro positus, aut contubernio fuerit occisus,& tres vel amplius*habuerint plagas tres de eodem contubernio qui convicti fuerint sigillatim mortis illius compositionem * componant,& tres alii de ipso Contubernio XXX. sol. unusquisque illorum culpabilis judicetur, & tres adhuc alii de ipso contubernio singuli XV. sol. culpa judicetur.

* *haburrit*, Mss. nost. *habuit*, Mss. Seld.
* *componat* Ms. Scac. & noster. *componant* Mss. Seld.

CAP. LXXXVIII.

De commissione armorum quibus aliquis occiditur.

SI quis in arma cujusquam irruat vel incidat ut inde moriatur, & ejus solius culpa compereat ita sit; tamen ille cujus arma erant non indiscrete ea suscipiat. Tractandũ verò est in agendis * hujusmodi de modo portationis vel positionis armorum de loco positionis, de eo qui posuit,quid quomodo*contingerit.Si quis lanceã ferat super humerum, & inde quis occidatur, reddatur precio nativitatis suæ sine *Wyta*. Si acumen lanceæ ante oculos portitoris sit *Weram* mortui reddat, & si impossibilitatis accusetur in eo pernegare studeat secundum pretium *Wyta*, & ita remaneat. Si vero * culpis & acies lanceæ pari sustentatione respondeant, sine culpa sit. Si quis in defensione sua lanceam, vel gladium, vel arma quælibet contra hostem suum extendat, & illa dira nocendi cupiditate cæcatus irruat, sibi reputet quicquid habeat. Si quis alium fugiens ut ira decertantium, vel causa persequentium sæpius impetravit*præcipio vel aliquo moriatur,reddat eum qui injuste*progabat,nec sibi mortem intulisse, nec *egilde* meruisse videatur. Si quis in ludo sagittandi, vel alicujus excercitii jaculo,vel hujusmodi casu aliquem occidat, reddat eum. Legis enim est, qui inscienter peccat, scienter emendet, misericordiæ tamen & amori tanto propior erga parentes esse debet, quanto genus humanum fortunæ servientis asperitatibus lugubri miseróque omni fletu novimus ægrotare. Si quis alterius puerum qui vel ei commissus sit ad educandum vel docendum occidat, vel dormiens opprimat,nihilominus reddat, quam si virum adultum occidisset. Nemo ipsius suum infantem reddere cogatur, quem voluntarie non occidit, nec emendatione pecuniali, nec diffactione corporali. Qui aliquem rogaverit ut secum in opus suum eat, & interim occidatur à suis vel ejus inimicis, reddat eum cum hortatu et gratia in locum mortis venerit, & conscientiæ vel consensus in aliquo se acquietet, si fuerit accusatus & hoc *weralada*. Si autem invitare possit quod non rogatus cum eo venerit, si qui inimici sui perimant qui nec ei consanguinitate vel affinitate junctus sit, justum est ut sicut peccaverunt, luant & in eos vindicetur à parentibus et dominis, aut inde componant, quia non est super vindicandum in hominibus vel servientibus alicujus. Et unicuique licet domino suo sine *wyta* succurrere, si quis assalliat eum, sicut prædiximus. Respectus tamen habeatur in omnibus, si quis cum inimico suo restitit contra legem. Si alicui mortem vel vulnus inflixit, vel aliquid exitavit ut exigentibus meritis mors secuta videatur, non est in quibuscunque parentibus, vel paternis, vel maternis occidentibus, vel occisis indiscrete judicandum. Quia in omni compositione homicidii duæ partes referuntur ad paternam cognationem, tertia ad maternam, & alia est *wera*, vel vindicta Thaini, alia villani, sicut prædiximus. Qui secus fecerint,querant parentes mortui *were*, vel vindicem super plus tam in generositate quam in propinquiori pertinentia. Scriptum est in legibus Regis *Edmundi*, Mihi valde displicent, et nobis omnibus injuste, & multiplices*pungnæ quæ inter nos ipsos fuerint unde diximus. Si quis post hæc hominem occidat, ipse sibi portat homicidii *Faidiam*, nisi amicorum auxilio intra XII. menses persolvat pleno *weregildo*, sit natus sicut sit. Si eum tunc cognatio sua desiderat, & pro eo gildare nolit, tunc volo ut omnis illa cognatio sit *infrangh*,præter solum malefactorem.Si ei deinceps nec victum det nec pacem. Si quis cognationis ejus postea firmet eum, reus sit omnium quæ habebit erga Regem, et portet fractionem erga cognationem, quia eum antea reprobavit. Si ex alia cognatione quis vindictam faciat in alium aliquem præter in ipsum malefactorem sit inimicus Regis & omnium amicorum ejus.

* *hi* Ms. Scac.
* *contigerit* Mss. Seld. & noster.
* *culpis*, Mss. Seld. & noster.
* *præcipitio* Mss. Seld. & noster.
* *purgabat perfugabat* Mss. Seld. & noster.
* *pugnæ*, Mss. Seld. & noster.

Si quis propter *Faidiam*, vel cauſam aliquam de parentela ſe velit tollere & eam forijuraverit, & de ſocietate, & hæreditate, & tota illius ratione ſe ſeparet. Si poſtea aliquis de parentibus abjuratis moriatur vel occidatur, nihil ad eum de hæreditate vel compoſitione pertineat. Si autem ipſe moriatur vel occidatur hæreditas vel compoſitio filiis ſuis vel Dominis juſte proveniat, & nemo * forisfacit feodum ſuum niſi propter feloniam vel reditionem ſpontaneam, & nulli liceat foriſmittere hæreditatem ſuam de parentela ſua, datione vel venditione ſicut diximus, maxime ſi contradicat, et pecuniam ſuam velit in ea mittere. Et ſi quis in neceſſitate mortali, vel infirmitate, vel egeſtate ſupervacue deſerat patrem vel parentelam ſuam, & aliquis propinquus vel extraneus in tanto vitæ neceſſario ſuccurret ei, & hæreditet eum in fine cum teſtibus, & filium ſibi conſtituat de feodo vel alio conquiſito ſapientum, hoc intra hæredipetas judicio terminetur ſicut acciderit. Si quis de vulnere quod alicui fecerit componere velit, ita componat ut precium vulneris in precium *were* numeretur. Si homo mortuus inde ſit, et in omni *weregildo* melius eſt ut parentes homicidæ pacem ſimul faciant, quam ſingillatim, & ſi plures aliqui faciant homicidium quorum *crocca cowellet* ſi velint ſimul componant. Si volint reddat unuſquiſque pro ſe ſecundam, vel tertiam, vel quartam partem, vel ſecundum * quod fuerint *Were* & *Wyte* partes reſtituãt, cui proveniet prælatione, receſſione, retentione, vel curvatione de coacto ad homicidium *Wyta* juſte remanebit. De eo pariter qui ſe vindicabit. De contribulibus & parentibus remaneat emendatio patrini ſicut *Manbota* Domini & rectum neceſſe eſt fieri parentibus interfecti per juſticiam ſive poſſit vel non poſſit eum *Were* tolerari.

* *ſeu faciat*, Mss. Seld. & noſter.

* *quotquot* Mss. Seld. & noſter.

CAP. LXXXIX.

Qui aliquid de propinquis occiderit.

SI quis de libertate ſua interpellatus fuerit & timens ne in ſervicium cadat aliquem de propinquis ſuis per quem in ſervicium cadere timet occiderit, ſcilicet patrem aut matrem, patruelem vel avunculum, vel quemlibet hujus propinquitatis perſonam, ipſe qui hoc fecerit, ſecundum legem *Saligam* moriatur, & agnitio ejus, & conſanguinitas in ſervicium cadat. Et ſi neget quod eum occiderit ad novem vomeres ignitos examinandus accedat. Si quis per cartam ingenuitatis à Domino ſuo legitimam eſt libertatem conſecutus, liber permaneat. Si vero aliquis eum injuſte cogat inſervire, & ille per cartam ingenuitatis ſuæ oſtendat & convincat adverſarium ipſe qui hoc attemptavit multam quæ in carta ſcripta eſt ſolvere cogatur. Si vero non compareat carta, ſed ab illo qui inſervire vult diſſacta ſit *Weregildus* ejus componat duas partes illi qui inſervire voluerit terciam Regi, & iterum per preceptum Regis libertatẽ componat liber qui ſe vadii loco in alterius poteſtate commiſerit, & ibi conſtitutus * dampnum ſolvat, aut hominem in malo, aut in mallo productum dimittat, perdens ſimul debitum propter quod eum in vadio ſuſcepit. Et qui dampnum fecit demiſſus juxta qualitatem culpæ cogatur emendare. Si vero liberam fœminam habuit & filios interim dum in pignore eſt procreavit, liberi permaneant.

* *Dampnũ aliquod cuilibet fecerit in cũ quem in locum vadii ſuſcepit aut dampnum ſolvat, aut, &c.* addit Mss. Seld. & noſt. ſed deeſt in Mss. Scac.

CAP. XC.

Si quis volens aliquos inter ſe dim.

SI quis * dum inter ſe dimicantes dividere ſatagit ex induſtria vel incuria decertantium occidatur innocens, reddat eum qui occidit, quamvis rixam non incepit. Si quis arcu vel baliſta de ſubitanti vel pedico ad lupos, vel aliud capiendum poſito dampnum, vel malum aliquod recipiat, ſolvat qui poſuit, inde penſandum de eo cui hoc licuit an qui læſus eſt herbagium vel lignagium, vel cauſam aliquam in nemus habeat, unde jure debeat præmoneri. Si quis puteum vel ciſternam fodiat, vel factum diſclaudat, & aliquid incidat, ut mortem vel debilitatem incurrat, æque bonum reſtituat: mortuum vero vel debilem ad ſe recipiat. Quod ſi in ſepem animal impalaverit et ipſa ſepes mentionalis non fuerit, Dominus ſepis interfectionis ſeu debili-

* Habetur *dum inter ſe* bis in Mss. Scac.

debilitatis reus judicetur. Si autem virga deforis sepem incaute missa sit, et aliquid interfecerit secundum legem **Rituairorum* solvatur. Si autem demtus sepem in virga inpalaverit non est solvendum. Si quis in sepem vel in quodlibet periculum res alienas invitus inviaverit & ibidem interfectæ vel debilitatæ fuerint similes restituat aut cum sex juret quod hoc non fecisset. Si * lignum communi opere aliquem occidat reddatur lignum interfecti parentibus vel infra XXX. noctes de terra educatur, vel habeat cujus est nemus. Idem de quolibet manufictile dicimus. Si homo taliter sit interfectus, non solvatur nisi forte quis auctorē interfectionis in usus proprios assumpserit, & tunc absque *fredo* culpa judicetur distantia vero sit. Si quis eum ad opus suum rogaverit, et si sponte advenerit. Et item si ad precium vel gratiam operetur. Et si quis casu decidat, vel ab aliquo dejiciatur, differt etiam si commune sit opus eorum domini, vel commune operantium, vel alicujus proprium. Si homo cadat ab arbore, vel quolibet mecannico super aliquem, ut inde moriatur vel debilitetur, etiam certificare valeat quod amplius non potuit antiquis institutionibus habeatur innoxius, vel si quis obstinata mente contra omnium æstimationem judicare vel *Weram* exigere præsumpserit. *Si placet ascendat & illum similiter obruat. Si alicujus manus aberraverit, ut alium occidere nolens, alium perimat, nihilominus eum solvat. Qui aliquem exarmaverit injuste *Haffangum* ejus emendet. Si ligaverit dimidiam Weram. Si quis injuste exarmatus ab aliquo mortem vel malum interim incurrat, componat hoc qui eum exarmavit. Sunt etiam infortuniorum genera quamplurima casu magis quam consilio contingentia, & misericordiæ potius quam judicio committenda. Legum enim est, qui inscienter peccat, scienter emendet. Et qui **Brethtun sepaldes, Betan sepaldes*, et in quibus homo non potest legitime jurare quod per eum non fuerit aliquis vitæ remotior morti propinquior digne componat sicut factum sit ex quibus sunt. Si quis alii missione in missatico causa mortis sit. Si quis pro quolibet mittat & inveniendo occidatur. Si quis mortem incidat ab aliquo vocatus, si alicujus arma perimant aliquem ibidem posita ab eo cujus erant. Si quis ea dejecerit, sive occisus, sive alius & noceant, si quis vocatus an alicujus alicubi reposita arma trans figatur. Si quis aliquem terreat vel impellat, ut equo vel aliunde cadens malum habeat. Si quis ad spectaculum fere vel insani ductus aliquid patiatur ab eis. Si quis equum vel aliud cuiquam commendat, & inde malum ei veniat. Si alicujus equus ab aliquo stimulatus vel subcaudatus quemlibet percutiat, in hiis & similibus, ubi homo aliud intendit, & aliud evenit ubi opus accusatur, non voluntas venialem potius emendationem & honorificentiam Judices statuant sicut acciderit.

* *Rubuarium*, Mss. Seld. & noster.

* *Igavit*, Mss Scac. *Igaum*, Mss. Seld. & nost.

* *Si placeat* bis in Mss. Scac.

* & *Brethun yaldet bet Angepealdes*, Mss. Seld. & noster.

CAP. XCI.

De solutione murdri.

SI quis *Francigena*, vel *Normannus*, vel denique transmarinus occidatur, et tantis res calamitatibus involuta sit, ut ad murdrum pertrahatur, & interfector ignoretur, vel denique fugiat, ut infra septem dies justiciæ Regis non reddatur ad quod justum fuerit perferendū XLVI. marc' argenti *persolvatur, et sint XL. marc' Regis, et sex parentum interfecti. Si parentes secundum legem repetentes vel probantes non habeant, sint illius qui murdrum abarnaverit, ubi autem inventum fuerit illic per legem requirendum est, et ejus persolutionem vadiare debet Aldermannus Hundredi, & in ejus terra jacebit, discrete tamen in omnibus juxta quod acciderit. Si murdrum in domo, vel in Curia, vel claustura inveniatur, tum ad præmissam XLVI. marc' redditionem pervenietur promo quicquid in ipso Manerio est in annona viridi, & sicca in animalibus & in omnibus omnino primo vendatur usque ad olera, & si ad XLVI. marc' abundat. Si etiam Manerium in quo murdrum invenietur de dominio, & firma Regis sit, & Rex ita præceperit per totum Hundredum inde componendam erit. Si murdrum in campis patentibus, & passim accessibilibus inveniatur à toto Hundredo communiter non solum ab eo cujus terra est suppleatur. Si in divisis accidat, utrumque pertranseat. Si in via regia sit, inde componat cui terra adjacebit.

* *persolvantur*, Mss. Seld. & noster.

CAP.

CAP. XCII.

De solutione murdri.

SI quis vulneratus in alium Hundredum eat, et ibi moriatur, & ad murdrum veniat, illinc persolvatur. Si murdrum ab eo loco non fuerit inventum, alias deportetur referri cogatur cum *Oversemnessa* ita solvatur. * Qui murdrum si capiatur debet *redei Justiciæ Regis, et talis de quo justicia fieri possit, vel videlicet occisus aut disfactus, ubi fugiat aut repugnet, & aliter nequeat retineri, & hoc intra septem dies à die qua prius inventum est. Si mortuus sit interim naturali morte sua ostendant, & advocent ad tumulum ejus, si parentes vel amantes non habeat qui eum innoxare nolit, & emendetur de pecunia illius, et Hundredi sicut fieret in vivente non habito. Si à parentibus murdriti sit ante redditionem interfectus ut justiciabilis reddi nequeat, vel si post septem dies habeat, nihil ad solutionem conferat. Si sciatur quis murdrum fecerit, & fugerit, habeat Hundred. pecuniam ejus, & si quis consociorum ejus capietur, Justiciæ præsentetur. Murdritus homo dicebatur antiquitus cujus interfector nesciebatur ubicumque, vel quomodocunque esset inventus nunc adjectum est. Licet sciatur quis murdrum fecerit, si non habeatur intra septem dies non procedit, nec solvatur murdro *Anglicus* sed *Francigena*. Ex quo vero deest qui interfectum hominem comprobet *Anglicũ* esse *Francigena* reputatur. Et licet malefactor Regem requirat, ut vitam et membra recipiat nihilominus murdrum solvatur sicut diximus. Si murdrum inveniatur alicubi, conveniat ibi Hundretum cum *Proposito, et vicinis, et sive cognoscatur sive non, custodiatur septem diebus super *Cletam* unam elevatus lignis nocte circum accensis, & circumquaque nuncietur multa promissione munerum & dacione cumulandus si quis eos adjuvaret. Si intra terminum malefactor capi possit & Justiciæ reddi, quietum sit Hundredum. Si non possit, et desit qui probet eum ex parte patris *Anglicum* sit ad prædictum modum. Murdrum enim habetur si alienigena occidatur, & quis hoc fecerit ignoretur vel ad diem non reddetur. Si quis neget accusatus triplici *lada* vel judicio LX. sol. applicetur. Si quis Francigenam fugientem, vel more suo resistentem solus vel cum aliis pro furto perimat statim palam faciat. Et si certum hoc innotuerit, pacem suam habeat. Si Hundredum de aliquo probare velit quod Francigena murdrum quod non fuerit XII. melioribus hominibus Hundredi jurantibus hoc credatur. Si quis murdritus intra septem dies inhumetur, & parentes ejus suspecti videre velint eum, non diffodiatur sine licentia Justiciæ si infodit eum ante terminum componat inde secundum rectum. Si alicui jure non creditur quod ei pertineat jure creditur judicio probet, homicidium *Werelada* pernegetur ad purgandum vero vel respondendum super his sufficit compellatio parentum bello vel *antejuramento, vel per legalem personam, vel per publicam fuerit, vel iter unum simul habuerint, vel aliquid hujusmodi, & quando & ubi simul fuerint, vel etiam recesserint, et si iræ, vel odium, vel minæ intercesserant: de confesso autem vel victo faciendum est, ut reddatur parentibus interfecti misericordiam eorum subiturus quibus nullam exhibuit. Si parentes non habeat, faciat inde Rex justiciam suam. Si Hundredum compellat aliquem quod murdrum fecerit, & ille neget, expectetur de redditione murdri, donec inde finis sit. Et si quis Baronum terram suam velit tollere de Hundredo ubi murdrum vadiaverit, vel Præpositus suus prius reddatur quod sine calumpnia vadiatum est, & postea transeat inde si velit & possit, quæ omnia fortiora erunt. Si unquam antea inibi conjectaverit, vel consuetudines alias Hundredi fecerit. Et eat submonitio Regis ad Dapiferum vel Ministrum Manerii. Si Dominus desit ut queat ei nuntiari. Qui murdrum aperte fecerit, sive combusserit, vel decapitaverit, vel excoriaverit aliterve defecerit ne cognosci valeat, ut dictum est reddatur parentibus interfecti. Et si compellatio sit, et in emundatione miseveniat judicet Episcopus.

* *qui murdrum fecerit si capiatur leg.* Mss. Seld. & noster. * *reddi.*

* *Præposito* Mss. Seld. & noster.

* *ãjuramento*, Ms.

CAP.

CAP. XCIII.

* *De comendacione vulneris.*

*De circumdatione vulneris, Mss. Seld. & noster.

SI vulnus eveniat alicui, sine membri truncatione, vel debilitatione, vel dissactione in nudo, & manifesto ut ante capillos ante manicam sub genibus, dupliciter emendandus est. Supra id quod in capite sub capillis, vel in membris sub vestibus in occulto fieret capitis vulnus emendetur. Si utrumque os perforatum sit XXX sol. Si exterius os percussum sit XV. sol. Si in capillis sit vulnus longitudine unius unciæ V. den. i. uno sol. componatur. Si ante * cesarrem sit vulnus unciam hens longitudinis duobus sol. i. decem den. emendetur. Si auris amputetur alicui XXX. sol. emendetur ei. Si auditum inde perdat LX. sol. emendetur. Si quis alii crepet oculum, solvat ei LXVI. sol. & VI. den. & trientem unius den. Si oculus in capite remaneat ut tamen homo nihil inde videat tertia pars in eo emendationis consistat. Dentes alii præcisores, alii canini, alii * malares. Præcisores dicuntur primi dentes hominis, quia omne quod accipit ipsi prius incidunt, sequentes canini dicuntur quorum duo in dextra maxilla, duo sunt in sinistra, & dicuntur canini, quia ad similitudinem caninorum dentium existunt, & canis ex ipsis ossa frangit sicut homo, & quod priores præcindere non possunt, illis tradunt ut confringant, ultimi sunt molares qui consciſa à prioribus vel confracta à sequentibus molunt, & inde massant, viri plures, fœminæ pauciores habent dentes. Qui primos* vel præcisores dentes excusserit alicui octo sol. emendet. Qui caninos vel * thongooder excusserit quatuor sol. culpa sit. Molares excussi XV. sol. constent. Ginginæ confractæ XV. sol. emendetur. Mentum XII. sol. gurgullio vel * throtebolla XII. sol. de lingua sicut de oculo componatur. Si quis in humero plagietur ut glutinum compagum effluat XXX. sol. emendetur. Brachium fractum super cubitum XV. sol. emendetur. Si utrumq; os brachii fractum sit, emendetur XXX. sol. Pollex manus amputatus XXX. sol. emendetur, unguis V. sol. Index XV. sol. unguis III. sol. Medius vel* impudicus XII. sol. unguis II. sol. Annularis vel medicinalis XVII. sol. unguis IV. sol. Auricularis IX. sol. constet unguis I. sol. i. V. den. Si quis illibus plagietur habeat XXX. sol. ad emendationem. Si transpunctus sit ad utrumque os emendetur XX. sol. Coxa transforata vel fracta XXX. sol. emendetur. Crus perforatum alicui sub genu XII. sol. emendetur. Fractum XXX. sol. Si major pedis articulus amputetur XX. sol. constet. Secundus XV. sol. tertius novem sol. quartus sex sol. quintus quinque sol. Si quis in genitalibus plagietur, ut procreandi perdat officium LXXX. sol. culpa judicetur. Si homini sit brachium cum manu penitus amputatum sub cubito LXXX. sol. emendetur. Omne vulnus ante capillos, & ante manicam, & sub genu, dupliciter emendetur. Lumbi truncati LX. sol. constent. Intus puncti XV. sol. Transpuncti XXX. sol. Si quis in humero plagietur emendetur LXXX. sol. si homo vivat. Si quis alteri manum extra plagiaverit XX. sol. emendet. Si dimidia manus* molaverit reddantur inde LX. sol. Si quis alteri costam fregerit X. sol. emendetur. Si cutis integra sit: si cutis aperta sit, & os extrahatur XV. sol. comparetur. Si quis oculum, vel manum, vel pedem excuciat alicui parem emendationem faciat de singulis, i. LX. sol. VII. d. & tertiam partem unius den. quæ est triens. Et si crus alicui excussum sit sub genu LXXX. sol. culpa judicetur. Si quis alii scapulam truncaverit XX. sol. mulctetur. Si quis intus plagietur ut os extrahatur sint ad emendationem XV. sol. Qui grossos tibiarum nervos truncaverit alicui si medicamentum sanitatis admittant XII. sol. emendabit. Si homo claudicet pro vulneribus nervorum & sanari non possit XXX. sol. emendetur. Si graciles nervi truncentur VII. sol. emendetur. Qui aliquem in collo plagiaverit ut incurvationem, vel inflexibilitatem, vel inde perpetuam contrahat ægritudinem, & tamen vivat ita contumeliatus C. sol. emendetur, & quicquid in medicatura fuerit erogatum nisi sapientum æstimacio amplius judicaverit.

* molares, Mss. Seld. & noster.

* bis vel in Mss. Scac. * pongood Mss. Scac. * protebolla, Mss. Scac.

* in impudicus, Mss. Scac.

* amolaverit, Mss. Seld. violaverit, Mss. noster.

CAP.

CAP. XCIV.

De verberatione absque sanguinis effusione.

* *verberaverit*, Mss. Seld. & noster.

QUi aliquem ita *vulneraverit ut sanguinem ejus non effundat quotlibet ictus ei det tres solummodo ictus per legem emendet singulum quinque den. quod est in summa $\overline{xv}$. den. Domino ipsius verberati *overseunessam* suam emendet. Si sint homines unius * hominis, vel si sit ibi retentus, vel divadiatus & curvatus & *Futhwitam* cui proveniet, sed non simul habenda est *Blodwita*, duæ scilicet emendæ de una culpa. Si quis partim confiteatur, & partim neget, emendet quantum recognoscit, & juret de reliquo solus vel amplius, sicut * fractum sit. Qui vulnus alicui faciet ac sanguinem, emendet hoc per uncias ad singulas $\overline{v}$. den. in cooperto. In nudo pro singulis unciis $\overline{x}$. den. & remaneat de cæteris ictibus, & *belundintis*, & *wita* Domini decidat, si sanguis exeat & ipsi coanguis non sit unius dominii, & sine cravatione sit. Differt autem in pluribus. Si homines unius Baronis pungnent cum sanguinē faciente vel non faciente, sive in præsenti, sive postea, quoniam cravetur, non remanet *wita* Domini. Si sint duorum Dominorum, & alius alium verberet cæcis ictibus & non cruentis, sive cravatus ibi sit, vel non convictus noxæ wytam emendabit Domino cujus hominem verberavit. Si sanguinem ei faciat & recedat sine cravatione & divadiatione *witam* Domini retulit, & non habebit eam Dominus * cum hominem vulneravit. Si autem retineatur, vel divadietur, vel implegietur ibi *blodwita* & *futhwita* poterit aggregari. Si plures unum aliquem vulnerent præcepto Domini sui & velit in quibus poterit warantus esse, solus emendet pro omnibus sicut malum fecerint, & unam *witam* cui rectum erit. Si eorum *crocca cowellet*, id est, si eorum olla non simul bulliat, & misfaciant singuli sigillatim componant. Si quis aliquem per capillos arripiat, tantum emendet quantum de uno colpo faceret, i. $\overline{v}$. den. de *Hergripa*. Si vulnus fiat alicui, & accusatus neget, se sexto juret sine perjuramento quia sanguis & vulnus ipsum *forade* prævenerint.

* *Domini*, Mss. Seld. & noster.

* *fractum*, Mss. Seld. & noster.

* *cujus*, Mss. Seld. & nost.

GLOS-

GLOSSARIUM.

ADvocare & *advocatio*, Saxonicè, ꝺýman ⁊ ꝺeam. *Est propriè* ꝺýman *propagare*, ꝺeam *soboles*, & *propagatio: per translationem vero, alium patefacere, atque in medium proferre. Erat enim in more positum, ut si quis rem furto surreptam mercatus, eandem alteri vendidisset, atq; is porrorem illam alteri cuiquam alienasset, idemq; fecissent alii præterea plures, Domino tamen per leges licebat rem suam ubivis deprehensam suo sibi jure vendicare. Tum vero ejus (quem penes res erat deprehensa) partes erant, venditorem proferre, causaq; illum advocare, ut is venditionem præstaret, atque in se reciperet. Is demum causa advocatus, alium citabat aliquem, atque ita alio alium advocante, in ipsum tandem furti autorem culpa transferebatur. Nos Gallice* voucher al garrantie, *cujus est frequens in legibus mentio, appellamus,*

Voucher al garrãtie.

Æstimatio *capitis*, Saxonicè ꝑeꝑe *id est, precium hominis, vox à* ꝑeꝛ *quod hominem sonat dulta; ego à Iustiniano (de perempti corporis æstimatione verba faciente) edoctus, corporis, & capitis æstimationem verti. Conjectura est, eaq; non levis, haud ita multis seculis fuisse prisca tempora sceleribus, quippe quibus rapinæ, furto, cædi, plurimisque aliis facinoribus mulctæ imponebantur pecuniariæ, cum his hac nostra tempestate nos omnibus merito capitis pœnam irrogamus, quod quantis nostris peccatis venerit, non potest sine molestia cogitari. Inter alias, capitis erat æstimationis mulctæ, atque ejus rei gratia æstimabantur quique & à summo ad infimum capite censebantur singuli. Hinc enim alius* ꝺꝛelꝑhýnomon, *quasi* ꝺꝛelꝑ hundmon, *quòd capitis æstimatio* 1200. *solidorum esset, decebatur: alius* Sixhýnomon, *quia* 600. *alius* ꝺꝛihýnomon, *quod* 200. *valebat solidis, nominabatur. Rex Henricus qui id nomen habuit primus, literis publicis signo regio munitis, civem quemque Londinensem* 100. *solidis æstimabat. Hanc capitis æstimationem, scriptorum vulgus* Weram *nuncupat.*

ꝺꝛelꝑhýnomõ, &c.

Wera.

Amphora, Saxonicè ambeꝛ, *quasi ampher, ἀπὸ τοῦ ἀμφιφέρω dicta Græca vasis vinarii genus, & mensuram significat: Sic dicta quòd duas habeat ansas, atque ex utroq; latere prehensa feratur. Continet autem, ut tradunt nonnulli, sextarios* 48. *Sextarius alijs unciarum est viginti, aliis viginti & quatuor, atque ita Amphora hæc nostra ad id genus mensuræ quod nunc vulgò* [fickyn] *dicitur proximè accedat, neque verò omnis evanuit vetusti illius nominis memoria.*

Arationis *eleemosyna*, Saxonicè Sulhælmeꝛꝛ. Sulh, *vel potius* Sullow *(verbo paulùm immutato) plurimis in locis etiam nunc aratrum significat:* ælmeꝛꝛ *notioris est significationis vocabulũ, quam ut interprete indigeat ullo. Ego me legisse memini in vetustissimo quodam legum Ethelredi Regis libello, impositum tunc temporis in singula aratra denarium unum. Ea fortassis pensio est, quam illi* Sulhælmeꝛꝛ *appellabant.*

Sullow.

Capitales *inimicitiæ*, Saxonicè ꝓæþh, *nomen à* ꝓah *quod adversarium sonat exortum, atque à borealibus Anglis hac nostra memoria usurpatum. Illi verò dictione non ita multum à priori dissidente,* fewd, *&* Deadly fewd *appellant. Erant quidem inimicitiæ primis tẽporibus illis justæ, & casi cognatis nonnunquam legitima fiebat (si id res posceret) necem ulciscendi, & domestici sanguinis pœnas expetendi potestas. Ego (quam bellè, aliorum esto judicium) eam agendi in judicio formulam, sive actionem cognatione proximo concessam, quam vulgò* Appeal de mort *dicimus, hujus effrænati, ac præcipitis furoris in locum successisse conjicio. Inimicitias capitales Carolus magnus in libello (cui nomen Capitulare indidit) taidam appellat.*

Deadly fewd.

Appeal.

Centuria, *Saxonicè* hunꝺꝛeꝺ *à numero centum hominum appellationem habens. Aluredus Rex ubi cum Guthruno Daco fœdus inierat, prudentissimum illud olim à Ietrone Moysi datum secutus consilium, Angliam primus in Satrapias, Centurias, & Decurias partitus est: Satrapiam* Sciꝛe, *à* ꝛciꝛan, *quod partiri significat, nominavit: Centuriam* hunꝺꝛeꝺ: *& Decuriam* ꝺeoꝛþing *sive* ꝺienmanꝺale, *id est, Decemvirale collegium appellavit. Atque eisdem nominibus vel hodie vocitantur. Ac ne quis ignoret, decuria ex decem viris constabat, quorum singuli uniuscujusque sistendi fidejussores erant, & si quid eorum aliquis dedisset damni, id omne reliqui resarcire debebant. Atque hinc novem illi quidem* ꝓꝛeoboꝑh, *id est, ingenui fidejussores dicebantur; Nos in titulis curiarum* francos plegios *appellamus: Decimus ille* ꝺeoꝛþingman, *id est, decurio dictus est, quo nomine hac nostra est tempestate occidentalibus Anglis notissimus. Eum tamen alii* ꝺienheoꝛꝺ, *alii* ꝓꝛeoboꝛheꝛheoꝛꝺ, *id est vadem primarium, & præcipuũ nuncupabant: Cantii etiamnũ* boꝛſholder *corrupte pro* boꝛheꝛealdop, *id est, vadem primum, vocant. Centuria quidem ex denis erat Decuriis conflata, quemadmodum & centenarium numerum decies decem conficiunt. Hanc etiam Transtrentani alio nomine, verum nec in vulgus ignoto,* ꝓꝛenꝺac *appellabant. Sed revocetur unde est digressa oratio. Decrevit tum porro Aluredus, liberæ ut conditionis quisque in Centuriam ascriberetur aliquam, atq; in decemvirale aliquod conjiceretur collegium: 'De minoribus negotiis decuriones ut judicarent, ac si qua res esset difficilior, ad Centuriam deferrent: 'Difficillimas denique & maximi momenti lites Senator, & præpositus in frequenti illo ex omni Satrapia conventu cõponerent. Modus autem judicandi quis fuerit, Ethelredus Rex, legũ (quas frequenti apud Vanatingũ senatu sanxit) capite quarto, his ferè*

Shyre.

Visus frãci plegii. Tithingman.

Borſholder. Hundred.

Wapẽtac.

Court lete Hundred. Counry court.

Iuriede.

verbis exponit. In singulis (inquit) Centuriis comitia iunto, atq; liberæ cõditionis viri duodeni, ætate superiores, unà cum præposito sacra tenentes juranto, se adeò vitum aliquem innocentem haud damnaturos, sontemve absolvturos. *Hunc etiam non dissimile est illud duodecem virorum judicium, quod in Anglia Walliæque sapientum consulto, (quodque nos hodie* per medietatem linguæ *appellamus) Fol. 91. reperitur. Quæ cum ita sint omnia, viri intelligentes judicent, quam deligenter omnia veterum monimenta perscrutatus sit Polydorus, qui lib. Anglic. histor. nono, ex centum hominibus electos fuisse Decemviros, adeóque Gulielmum Regem terribile illud (ita enim loquitur) duodecem virorum judicium introduxisse contendit: verum danda erat homini juris nescienti venia.*

per medietatem linguæ.

Colonus, *Saxonicè* ȝebuꝑe *Villicus ad certum censum singulis annis pendendum adscriptus. Belgæ hac nostra tempestate rusticos* Bowres *appellant, quos nos hodiè contracto vocabulo pro* colonis, clownes *appellamus.*

Bowres. Clownes.

Compensatio *mortis*, Saxonicè Manbote, Man *homo est*, bote à beꝺꝺan *quod compensare significat ductum, compensationè sonat. Nonnulla quidem perempti corporis æstimationis pars, cæsi domino compensationis loco tributa est, eaque solutio* Manbote *dicebatur.* Videas igitur quæ habentur in legibus Inæ, capit. 69.

Contubernalis, *Saxonicè* ȝeȝylꝺa, *qua vox à* ȝyldan *quod solvere sonat fluens, unà pariter solventem significat. Ipsus est quem aliis in locis* ȝeꝼeꝑa *dicunt, id est, socium, & vitæ comitem. Erat enim superiorum temporum consuetudo, ut isti (quos diximus) decemviri, pecuniam in unum conferrent, atq; interdum unà cum socio cædis conscio ad perempti corporis æstimationem expletam contribuebant, nonnunquam etiam illis compensationis nomine æstimationis pars soluta est aliqua. Hoc veteres contubernium* ȝyldꝛip *nominabant: atque ego hinc facile crediderim natum, quòd religiosorum aliquot societates, & mechanicarũ artium ordines* ȝyldeꝛ *dicantur.*

Gilde, & Gildhall.

Conventus *ex omni Satrapia*, Saxonicè ȝemoꝛe, à ȝemeꝺꝺan, *quod est convenire. Id aliàs* ꝓolcȝemoꝛe (*præposito* ꝓolc *quod populum significat*) *aliàs* Scyꝑeȝemoꝛe (à Scyꝑe, *de quo antea à nobis dictum est*) *nuncupatur. Ejus duo sunt genera, quorum alterum hodie* le countie court, *alterum* le turne del vicount, *vulgò appellatur. Priorem illum conventũ Edwardus Rex singulo quoque mense, posteriorẽ Edgarus bis quotannis celebrandum instituit. Londinenses etiam nunc celebrem ex omni civitate conventum*, Folcmote *verbo paulùm contracto, dicunt. Legules suos ad juris exercitationes obeundas congressus, vel hodie* Motes *appellant.*

County Turne. Folkmote. Mootes.

Custos paganus, Saxonicè Siꝺcunoman *nomen à* Siꝺian, *quod est proficisci, vel iter facere, exortum. Conjectare lubet eos esse, quos nunc Iureperiti* legales milites (*non dico equites auratos*) *appellant. Num autem hi fuerint, quos hodie Londinenses* Sidemen *appellant, aliorum per me liberũ esto judicium. Ego vero (si mihi istidem liceret liberè id quod sentio dicere) pronunciarẽ potius* Armiferos *esse, & duces quosdam paganos: Eorũ etenim muneris erat, atq; officij, in profectione militari se præbere quam paratissimos.*

Sidemen.

Decuria, *Saxonicè* ꝺeoꝛunȝ, *verbum idem valens. Quæ fuerit Decuriæ Origo, ac forma, satis est antea à nobis in dictione* Centuria *explicatũ. Hoc tantum subjiciã, Mirabiles illud unum Alureds (vel potius Ietronis) consiliũ allaturum Reipub. utilitatis fructus, si veræ Decuriæ solidam teneremus imaginem, nec amplius umbra uteremur. Verum hoc alii viderint, ego quæ reliqua sunt persequar.*

Tithing.

Demetæ, *Saxonicè* ꝑæꝺꝛæceaꝛ, ꝑeꝺꝛ *Australẽ sonat* Walliæ *regionem*, ꝑæꝺæꝺꝛiꝺꝺan *(quod est sedem habere) fuit, atq; habitatorem significat. Hinc igitur* monticolæ Dunꝛæta, Somerset. à Dun *quod mons est, dicuntur:* Sumerſetenſis *etiam Satrapiæ habitatores, à* Sumoꝛ *(quod ad austrum vergant)* Sumoꝛꝛæceaꝛ *appellantur. Sylvester Giraldus in sua Walliæ Topographia, Australem Cambriæ regionẽ* Demetiã *nuncupat, habitatores Lelandus, atq; alii ferè omnes* Demetas *appellant. Neq; interim desunt, qui Australes Wallos in* Cornubia *locant, atq; ingẽti illo maris brachio (quod ab occidente terram intrans, ad dextram Cornubiam, ad lævã Walliã ablut) à borealibus Wallis disjunctos existimãt.*

South-wales.

Hereotum, *Saxonicè* heꝛeȝaꝺ *vocabulũ ab* heꝛe (*quod exercitum sonat*) *effictum, atq; armamenta, sive belli instrumenta significat. Constat sanè* Hereotum *his primis temporibus nomine apparatus bellici dominis tributum, id quod etiã nunc aliquibus in locis observatur. Datur quidem & hodie passim* Hereotũ, *sed longè ab hoc nostro diversum. Imò quod hac nostra memoria Gallicè* relief *dicitur, veteris illius hereoti vim obtinet. Conjectura est igitur, Normannos villares Anglis vitis, omniq; spoliatis armatura, heriotum remisisse, atq; à miseris pecuniam exegisse.*

Heryot.

Relief.

Hyda *terra*, Saxonicè Hyꝺelanꝺeȝ, *fundi mensura, quæ* Mathæo Parisiensi, Johanni Lõdinensi, & *veteribus* bene multis *tanta erat terræ portio, quanta unico per annum arari & coli poterat aratro.* Gervasii Tilberiensis, *Henrici secundi Nepotis, quem legi, (inscriptus de* Scaccario) *Dialogus, ex centum acris hydam constare exponit.* Acta verò *constat in longitudinẽ ex perticis (ut vocant) 40, in latitudinẽ 4. Ac perticæ longitudo est, 16. pedum & di. Illud interim verum est*, Ecclesiasticæ Bedæ historiæ *interpretem, eam terræ portionem quam Latinus codex* familiam *vocat, Saxonicè* Hyꝺelanꝺeȝ, *plurimis in locis vertere. Beda autem idcirco familiam vocat, quòd ad familiam alendam sufficiat, post eam alii* mansam *appellarunt. Tantum abest ut terra* hyda *ex vicenis constet acris, quemadmodum Polydorus, atque alii eum sequuti tradiderunt.*

Hyde.

Judicialis *liber*, Saxonicè ꝺombec, *frequens est in his legibus judicialis libri mentio, neque interim quis fuerit usquam apparet. Bedas libro*

libro ecclesiastica historia 2. cap. 5. ait Ethelbertum Cantiæ Regem scripsisse idiomate Saxonico libellum cui nomen indidit Decreta judiciorum, *atque judicia illa vel sua memoria tradit fuisse observata. Hic noster etiam Alfredus in præfatione, fatetur se ex Ethelberto sumpsisse nonnulla. Quid plura? Asserius Menevensis olim Alfredo regi familiaris, prodit ipsum regem Saxonicis mandasse literis* judiciorum decreta, *verùm ad nos pervenire injuria temporum non permisit.*

Saxones. Jus Dacorum, Occidentalium Saxonũ, & Merciorum, *Saxonicè* Denelaga, ꝑeꝑꝺeaxnalaga, ⁊ Wyꝑenalaga. *Autor est Bedas, advolasse unà ab initio in Angliam treis Germaniæ populos:* Saxones *vel hodie notissimos:* Anglos, *gentem Saxoniæ vicinam, quorum Regionem Munsterus* Angriam *dici, & Saxonico Duci parere affirmat:* Et Jutas. *Ex* Jutis *orti sunt Cantuarienses, & qui* Vectem *insulam colunt: Ex* Saxonibus *profecti sunt hi, quos Orientales, Australes, & Occidentales Saxones nuncupamus: Ab* Anglis *originem traxerunt Orientales Angli, Mercii, & Northumbri. Horum autem omnium sedes, Heptarchiæ Tabula in hunc usum depicta monstrabit. Atque hic (quoniam Iutarum facta est mentio) admonendi sumus, librariorum incuria falsò haberi in Latino codice* vitas *præposito v. pro* Jutas: *Nam liber Bedæ* Saxonicus ȝeaꝺ m *vertit, id est* Gottos, *quos* Jutas & Jutones *fuisse antiquitus dictos, Philippus Melanthon, & Matthæus Westmonasterienſis affirmant. Sed reliqua explicemus. Hii igitur ut erant moribus diversi, patrias quique leges, atque instituta more majorum observabant: Præ cæteris autem, eorum qui Occidentalem & Mediterraneam regni regionem incolebant jura, & consuetudines vigebant: Quorum illi quidem à situ vulgò* Occidentales Saxones, *hi* Mercii *(à fluvio (ut quidam vult)* Mersey *limitaneo, qui est in Satrapia Lancastrensi) dicebantur; utriusque autem populi lex uno interdum nomine* jus Anglorum *appellatur. Longo post demum tempore* Dacorum *gens ferocissima in Angliam fertur, atque Anglos armis devexat, donec* Orientalem regni partem *subegisset. Atque horum etiam tandem consuetudines emituerunt. Hinc igitur natum, ut juris* Occiduorum Saxonum, Merciorum, & Dacorum *crebrius in hoc libello versata sit mentio. Cæterum ne quis suspicetur Gulielmum Normannum has leges penitus omnes sustulisse, operæ precium duxi hoc loco commemorare, quæ fuerit plus quadringentis abhinc annis Henrici Wintoniensis episcopi, atque ejusdem Gulielmi regis ex Adela filia nepotis, hac de re opinio, atque sententia.* Gervasius *igitur* Tilberiensis *in suo (quem diximus de necessariis Scaccarii observantiis) dialogo, de libro illo quem vulgò* Domesday *appellamus, verba faciens, hac habet*

Anglr. Angria. Jutæ. Gotti. Mersyssr. Domes-day Inquisitio.

quæ sequuntur. Porro liber ille de quo quæris, Sigilli regii comes est individuus, hujus autem institutionis causam ab Henrico quondam Wintoniensi episcopo sic accepi. Cum insignis subactor Angliæ Rex Wilhelmus, ejusdem pontificis sanguine propinquus, ulteriores Insulæ fines suo subjugasset imperio, & rebellium mentes terribilium perdomuisset exemplis. Ne libero de cætero daretur erroris facultas, decrevit subjectum sibi populum juri scripto, legibusque subjicere. Propositis igitur legibus Anglicanis, secundum tripartitam earum distinctionem, hoc est, Merchenlage, Denelage, Westsexenlage, quasdam reprobavit, quasdam autem approbans transmarinas * *Neustriæ* leges, quæ ad regni pacem tuendam efficacissimæ videbantur, adjecit. Deinde communicato consilio, discretissimos à latere suo destinavit viros per regnum in Circuitu, à quibus totius terræ descriptio diligens facta est, tam in nemoribus, &c. *Hactenus Gervasius.*

* id est, Normanniæ.

Lee, & Leemouth. Lea *fluvius*, Saxonicè Liȝa. *Prisci* Lui *vocabant, nunc* Lee *vulgus appellat. Is est, qui* Ware, Waltham, *&* Stratford *villas alluens, septimo à* Londino *lapide in* Thamesim *diffunditur. Ostium accola* Leemouth *nuncupant.*

Libra. Libra *Saxonice* punꝺe, *à pondo, quo nomine vel hodie appellatur. Libra his primis temporibus, 48. solidos valebat argenteos:*

Solidus. *Solidus vero, qui est apud nos pars libræ vicesima, denarios per id temporis continebat quinq;, nunc duodecim. Atque ita fit, ut libra ex 240. denariis constaret: quemadmodum etiam*

Denarius. *nunc constat. At tum quidem 240. denarii pondo unum gravitate exæquabant, id quod nunc 720. denarii, vix, aut omnino non assequuntur. Hujus autem rei monimenta certa extant, in denariis argenteis tempestate Ethelredi regis excusis.*

Marca. Mancula, & Marca. *Saxonicè* Mancꝩ ⁊ Meapc, *Numus, argenteus 30. valens denarios.*

Monticolæ, *Saxonicè*, Dunꝛeaꝛ à Dun, *quod montem sonat, &* ꝛaxa, *de quo antea à nobis dictum est. Hos Walli hac nostra tempestate* Gwer Blayny *appellant.*

Pillory. Mulcta *nomine colli obstricti*, Saxonicè Healꝛfanȝe. *Vox ab* healꝛ *quod collum sonat, &* fanȝ, *quod à* ȝefon *ductum captum significat, composita: atque ita* healꝛfanȝ *ad verbum est*, collum obstrictum. *Erat id temporis fortasse in more positum (uti nunc est)* Numellis *colla hominum constringere, quod genus vincli ligneî leges nostræ in pistores latæ,* colliſtrigium *appellant: Nunc vulgo* pillorie *dicitur. Versa est hæc tandem pœna in mulctam pecuniariam, at ij, non desunt qui decem fuisse solidorum affirmant.*

Mulcta *legis violatæ.* Saxonicè labꝛlive.

Verbum à lah & ꝑlīᵹe *compositum*, lah *legem significat*, ꝑlīᵹe *a* Slīᵹᵹan *finens, ruptum sonat: atque hoc modo* lahꝑlīᵹe, *jus ruptum & violatum valet. Duo reperiuntur in his legibus mulctarum genera: alterum in lege ipsa præscriptum atque expressum: alterum maxime quidem in singulis legibus explicatum, notum tamen, & cujusque personæ consentaneum, atque id* lahꝑlīᵹe *appellatur. Ego etenim me legisse memini, legis violatæ mulctam* Thano *irrogatam fuisse Marcarum quinque:* homini fundū ex scripto possidenti *trium:* pagano, *Orarum duodecem.* Thanus *autem, &* Ora *quid fuerit, loco dicemus apposito.*

Mulcta.

Nummus Romæ pendendus. Saxonicè Romᵹeoh. *Occiduorum Saxonum Rex olim Inas Romam religionis ergò pergens, circiter annum salutis humanæ* 720. *Denarium domesticatim pendendum papæ concessit. Atque hinc est, quod illud vectigal alio interdum nomine* Rompeniᵹ *dicebatur.*

Peter pence.

Ora, *vox à Saxonico* oꝑe *quod metallum significat efficta. Ego in vetustissimo codice legi, ex quindecem* Oris *constare libram, cui tamen opinioni haud facile assentior, quippe qui* Oram *ex nomine aream fuisse conjicio, adeóq; tanti valuisse non existimo.*

Ordalium, Saxonicè Oꝑdæl, *Dictio ab* oꝑ & dæl *composita,* oꝑ *privativum est, quemadmodum apud Græcos* ἀ, *apud Latinos,* in *ut in dictione græca* ἀβλαβὴς, *Latina innoxius, videre licet:* dæl *partem sonat, atque hoc modo* Oꝑdæl (*ut verbum verbo reddam*) *expers est, id est, criminis expers. Erat etenim* Oꝑdæl *criminis purgandi modus, cujus duo fuerunt genera, alterum ignis, alterum aquæ ordalium dicebatur. Igneum illud solitum est hoc modo perfici. Reus aut perpaucis passibus incedens, ferrum nuda manu candens ferebat, aut nudo currens pede, super ignitos quosdam gradiebatur vomeres. Ferrum illud unius erat interdum libræ, quod illi* simplex Ordalium, *pondo interdum tria, atq; hoc illi* triplex Oedalium *appellabant. Eum illi insontem (incolumis si fortè evaserat) pronunciabant; sin igne perustum deprehenderent, damnabant criminis.* Aquarii *itidem duo fuerunt* Ordalii *genera: Aquæ nimirum frigidæ, & fervent is. Aut enim in aquam gelidam accusatus immissus est totus, atque tubo (ut eorum ferebat opinio vehemens) criminis purus infundo residebat, sceleris verò conscium aqua protinus à se rejiciebat: Aut in aquam denique ebullientem manum cubito tenus immergebant, atq; de reo & innocenti (quemadmodum à nobis superius dictum est) decernebant. Viris tantummodo nobilibus, atq; ingenuis igni illius Ordalii quæstione facta est sese purgandi potestas; Rustici vero & pagani in aqueum detrusi sunt Ordalium. Operæ pretium erit, ad divulgandam illorum temporum Barbariem, & plerisq; inauditam (superstitione dicam, an immanitatem?) aliquam ejus rei formulam, quam vel ad tempora Joannis regis Angliæ stetisse deprehendi, ex vetustissimo codice excerptam inscribere.*

Ordell.

Hic incipit corde Judicii, quo rei aut innoxii probantur ferro candenti. Post accusationem legitime factam, & triduum in jejuniis & oratione consumptum, Sacerdos vestibus sacris præter casulam indutus, ferrum ante altare positum forcipe accipiat, & hymnum trium puerorum, videlicet, *Benedicite omnia opera* decantans, ad ignem deferat, & dicat hanc orationem super locum ubi fiet ignis ad faciendum judicium, *Benedic domine Deus locum istum, ut sit nobis in eo sanitas, sanctitas, castitas, virtus, & victoria, & sanctimonia, humilitas, bonitas, lenitas, & plenitudo legis & obedientia Deo patri, & filio, & spiritui sancto, hæc benedictio sit super hunc locum, & super omnes inhabitantes in eo.*

¶ *Benedictio super ignem.*

Domine deus, pater omnipotens, lumen indeficiens, exaudi nos, quia tu es conditor omnium luminum. Benedic Domine hoc lumen quod ante sanctificatum est, qui illuminasti omnem hominem vel mundum, ut ab eo lumine accendamur igne claritatis tuæ: Et sicut igne illuminasti Moysem, ita nunc illumina corda nostra & sensus nostros, ut ad vitā æternā mereamur pervenire, per Christū, &c. Qua finita, dicat Pater noster, &c. Salvum fac servum, &c. Mitte ei auxilium Deus, &c. De Syon tuere eum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oratio.

Benedic Domine sancte pater omnipotens Deus, per invocationem sanctissimi nominis tui, & per adventum Filii tui, atque per donum Spiritus paracleti, ad manifestandum verum judicium tuum hoc genus metalli, ut sit sanctificatum, ut omni dæmonum falsitate procul remota, veritas veri judicii tui fidelibus tuis manifesta fiat, per eundum Dominum, &c. *Post hoc ferrum in ignem mittatur, & aspergatur aqua benedicta, & dum calescit Missam celebret. Cum vero sacerdos Eucharistiam sumpserit, hominem probandum (sicut infra scriptum est) adjuret, atque communicare faciat.*

Officium Missæ.

Justus es Domine, & rectum judicium tuum, &c.

Oratio.

Absolve quæsumus Domine tui delicta famuli, ut à peccatorum suorum nexibus quæ pro sua fragilitate contraxit, tua benignitate liberetur. Et in hoc judicio quoad meruit justitia tua præveniente, ad veritatis censuram pervenire mereatur, per Christum dominum, &c. In illo tempore, cum egressus esset Jesus, in via præcurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum dicens, Magister, boni quid faciam, ut vitam æternam percipiam? Jesus autem dixit ei, Quid me dicis bonum &c.

Deinde

Deinde Secreta, &c.

Antequam vero communicetur, interroget eum sacerdos cum adjuratione sic. Adjuro te per Patrē, & Filium, & Spiritum sanctum, & per veram Christianitatem quam susce-pisti, & per sanctas reliquias quæ in ista ecclesia sunt, & per baptismum quo te sacerdos regeneravit, ut non præsumes ullo modo communicare, neq; accedere ad altare, si hoc feceris, aut consensisti, &c. *Hic communicet sacerdos illum, & dicat*, Corpus hoc, & sanguis domini nostri Jesu Christi, sit tibi ad probationem hodie. *Oratio.* Perceptis, domine deus noster, sacris mu-neribus, supplices deprecamur, ut hujus participatio sacramenti à propriis nos re-atibus expediat, & in famulo tuo veritatis sententiam declaret, &c. *Deinde* Kyrieleson, *& Letania, & Psalmi, & tum Oremus.* Deus, qui per ignem signa magna ostendens, Abraham puerum tuum de in-cendio Chaldeorum, quibusdam pereun-tibus eruisti, Deus qui rubum ardere ante conspectum Moysis, & minime comburi permisisti, Deus qui incendio fornacis Chal-daicis plerisque succensis, tres pueros tuos illæsos eduxisti, Deus qui incendio ignis populum Sodomæ involvens, Loth famu-lum tuum cum suis salute donasti, Deus qui in adventu sancti Spiritus tui illustra-tione ignis fideles tuos ab infidelibus de-crevisti, ostende nobis in hoc pravitatis nostræ examine virtutem ejusdem Spiri-tus, &c. et per ignis hujus fervorem dis-cernere fideles & infideles, ut à tactu ejus cujus inquisitio agitur, conscius exhor-rescat, & manus ejus comburatur, inno-cens vero penitus illæsus permaneat, &c. Deus, cujus noticiam nulla unquam secre-ta effugiunt, fidei nostræ tua bonitate re-sponde, & præsta ut quisquis purgandi se gratia hoc ignitum tuleric ferrum, vel ab-solvatur innocens, vel rei noxius detega-tur, &c. *Deinde sacerdos super ferrum aquā benedictam spergat, & dicat.* Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti descendat super hoc ferrum, ad discernendum rectum judicium Dei. *Et mox accusatus ad novem pedum mensuram ferrum perferat. Hujus denique manus sub sigillo triduum tegatur, & si sanies crudescens in vestigio ferri reperia-tur, culpabilis dicatur: Sin autem mundus extiterit, laus deo referatur.*

Quandoquidem ex eodem fonte fluant (Amice lector) quæ de aqueo traduntur Ordalio, satis superq; hac de re dixisse vi-deor; Nunc igitur ad id quod propositum erat revocetur oratio.

Ceorle. Paganus, *Saxon.* Ceorle, *rustici & pagani vel hodie* Carles & churles *appellantur. Erat apud veteres* Ceorle *infimæ quidem, at li-bera tamen conditionis homo, quemadmodum* Earle. Eorle, *(quem ego Satrapam verti) summæ, & amplissimæ,* Ceorl *is erat (ni longe fallor opinione) quem nuper juris peritissimus D. Fitzherbert in suo de natura Brevium libello,* Base tenant. Base tenant qui fesoit villein service, mes ne fuit pas villein, *appellavit. Prisci etenim servilis conditionis hominem, non* ceorl, *sed alias* beope, *alias* eorne *nominabant.*

Offa judi-cialis. Panis *certis verbis devotus*, Saxonicè Copcneb, *vocabulum à* Copc & neb, *com-positum:* Copc execratum *sonat*, neb, a ne-ob, *id est necessitate ductum*, panem *signifi-cat: atque ita* Copcneb *panis est execratus. Moris erat panem certis quibusdam, desti-natisque sententiis consecratum reo gustan-dum offerre; habebant enim penitus insitam opinionem, non posse quenquam mali conscium panem hoc modo dedicatum glutire. Offam judicialem, alii dixerunt.*

Pondus *lanæ*, Saxonicè peger pullep, *nunc vulgo* a weight of wool. *Pondus lanæ alias plus, alias minus continet, certum est ta-men* Salisberiæ, *& nonnullis aliis in locis, ex* 30. *constare libris.*

Shyrife. Præfectus, *vel præpositus*, Saxonicè zepe-pa & Scypzepepa, & hihzepepa. *Vocabu-lum (ut ego conjectura augeror)* a zepeccan *(quod regere sonat) ductum: ut sit* zepepa, *quasi* zepecpa, *facilis est enim lapsus. Le-gum Allemannorum, & Baioariorum, (quis-quis is fuerit) interpres* zepepa *hunc nostrū* Grafionem *vertit; neq; interim me latet lon-gè diversam reperiri in legibus* Guilielmi *hujus vocis derivationem. Utcunque sit, do hoc mihi dubium non est, eundem esse* zepepa, *qui hac nostra memoria vulgò* Reve *(abjecto* ze, *quod apud Saxones semper ferè superfluum est) dicitur. Atque ita* Scypzepepe *is est, quem nos hodie* Shyrife, *vel potius* Shyre Reve *appellamus. Hinc illud manat* popuzepep, *nomen prætoris Londinensis tempestate Guilielmi primi, atque illa Germanis in ore frequentissima,* Lurgreve, Margreve, *& Landesgreve. Bini tum temporis in singulis Satrapiis viri authoritate valebant,* Ealdop-man, *quem ego* Senatorem *verti, & secundū eum hic noster præfectus. Horum alterum Normanni postea* Comitem, *quod plerunque comitatui præficeretur, alterum* Vicecomitem *appellarunt. Erant denique & minuti quidam* Vicount. *præpositi, quos nunc vulgò* Reves of manors Reve. *nominamus: Eorum hac nostra ætate plerisque in locis aut omnino nulla, aut certè tenuissima est existimatio.*

distreignor & distresse Pignerari, *id est, pignus auferre*, Saxoni-cè Nyman, *vulgò* to distrein. *Inde* Nām, *ablatio pignoris, vulgò* distresse: *Atq; hinc etiam vulgatissimum illud nostrum* Wythern- Wythernā nam. *Verum maximam mihi admirationem movet introducta nominis depravatio, qua Wythernam* vetitum (*cum potius* iteratum *sonat*) namium *dicit. Est enim apud Saxones* pyþep, altera, & Nām pignoris (*ut dixi*) ablatio: *atque ita Wythernam* altera *sive se-cunda est* pignoris ablatio. *Accedit eodem verus & germanus vulgaris nostri* Wyther-nam *usus. Etenim si quis pecudem pigneratus, in aliam abegerit Satrapiam, is pignoribus ab-latis coercendus est. His primis tēporibus vade, & pignore caveri solebat, hac illi* peo y boph

Vades & salviplegii. nos (qui aliquam ejus rei tenemus umbram) vadios & salvos plegios, vulgo nominamus.

Primitiæ seminum Saxonicè Cỳpicpeaꝺ, ad verbum vectigal ecclesiasticum. Hic videntur justa interpretationis loco verba ex veteri quodam legum libello desumpta, digna quæ subjiciantur. Ibi autem legitur ad hunc modum. Chircheseed, ou Chirceomer, ou Chirceamber, fuit un certein de blee batu, que chescun home devoit al temps dez Brytons, & dez Engles, porter a lour esglise le jour Seint Marten. Id si verum sit, constat falsò scribi cỳpicpeaꝺ, pro cỳpicpæꝺ; ꝼæꝺ etenim apud illos semen significat, Sceaꝺ vero (unde id quod vulgò Shot) pecuniam sive vectigal sonat.

Purgatio simplex, Saxonicè anþealdꝺpe laꝺe. Varia fuit criminis purgandi ratio, Pane scilicet Eucharistico, pane certis verbis devoto, Ordalii quæstione, & jurejurando. Purgationis vero singularis & triplicis appellatio, Ordalii & juris jurandi propria est, & peculiaris. De simplici, & triplici quidem Ordalio superius à nobis dictum est: Jurejurando igitur simplex fit purgatio, cum reus adjunctis sibi duobus aliis interponit jusjurandum: Triplex, quoties cum aliis quinq; jurat unà. Accusato præterea aliter fiebat interdum per Sacramenti religionem criminis diluendi potestas, quod pro ratione 12. aut plurium pauciorumve hydarum terræ dicebatur, atq; id aliàs solus, aliàs cum aliis unà præstabat. Neq; est interim cuivis crimen quodque purgare concessum, verum pro delicti ratione, ipsa etiam purgandi augenda, minuendave fuit facultas, atq; ut cujusque fuerat capitis æstimatio, ita ei facta est criminum sive majora, sive minora purgandi copia. Pervaserat enim (uti nunc quidem) opinio per animos hominum, ut quo quis erat opibus assluentior, eò fuit majori fide, & in jurejurando religiosior. Hujus purgationis non omnis evanuit vetustate memoria, nam per hæc tempora de pecunia postulatus, debitum nonnunquam duodecima (quod aiunt) manu dissolvit.

Juramentum pro ratione hydarum.

Duodecima manus.

Satrapas, Saxonicè Eorle. Erant quidem Satrapæ viri summæ fortunæ nobiles, qui cum plerunq; integram procurabant Satrapiam, (quem ego magistratum Senatorem dico) usu tandem evenit, ut ex Satrapis suis singulis nomina sint sortiti. Hinc enim (sicut ego autumo) alius Huntendonensis, alius Bedfordiensis, alius Leicestrensis Satrapas primo est nuncupatus. Hos Normanni postea comites, quod in multis capiendis (ut non nemo suspicatur) fisco regio socii, & comites, id est, participes essent, nominarunt.

Comites.

Scata, vocabulum à Saxonico Sceaꝺa effictum. Est autem Sceaꝺa ingens argenti summa, quippe quæ argenti quinque millia contineat.

Senator, Saxonicè Ealꝺoꝼman, à senectute. Ipsum est qui alio interdum nomine Scỳpeman dicebatur: Scỳpeman autem virum cujus commissa est fides Satrapia, significat. Is magistratus hac nostra memoria non nisi in periculis, & asperis temporibus est mandatus, atq; tum quidem Lieutenantship appellatur.

Aldermã.

Lieutenãt.

Solidus, Saxonicè Scỳlling. Nummus argenteus. Ex quinis (ut dictum est) constabat denariis.

Shilling.

Terra ex Scripto, Saxonicè Bocland. Fundum veteres aut ex scripto qui Bocland, aut sine scripto, qui ꝼolcland dicebatur, possidebant. Quæ fuit ex scripto possessio, commodiori erat conditione, hæreditaria, libera, atque immunis: fundus sine scripto, censum pensitabat annuum, atq; officiorum servitute quadam est obligatus. Priorem viri plerunq; nobiles, atq; ingenui, posteriorem rustici fere & pagani possidebant. Illam nos vulgò frehold, & per chartam, hanc ad voluntatem Domini appellamus. Habebant etiam majores nostri & suas villas, quas à ꝼeoꝼmian (quod est cibum suppeditare) ꝼeoꝼmeꝛ appellabant, eamq; nos hodie nominationem retinemus. Dominis etenim quæ ad esum, potum, victumq; erant necessaria, ville subministrabant. Hæreditatem vero temporibus illis non (quemadmodum apud nos) solus ætate maximus adebat, verum ad filios omnes æqualiter fundus lege veniebat, quod illi lande ꝛcỳꝼꝼan dixerũt, & Cantii hac nostra memoria eodem vocabulo to shift land, id est, hercisc ere, & fundum partiri, appellant. Atq; hinc ego usu tandem evenisse credo, ut terra illa Gavelkyn, quasi gifeealcỳn, id est, omnibus cognatione proximis data, dicatur. Ac quoniam ex hoc sermone in memoriam Cantianorum incidimus, non erit opinor ab instituto nostro alienum commemorare, quid causæ fuerit, quare ex omnibus Angliæ provinciis, una fere Cantiorum regio veterem hanc terræ dividendæ consuetudinem servet, aliaq; nonnulla quæ erant in more majorum, etiamnum teneat. Cæterùm quoniam minorem fidem faceret oratio mea, excitabo religiosum testem, Thom. Spottum, monachum olim Cantuariæ Augustinensem, qui in suo de Abbatibus Cœnobii libello, ad hunc modum loquitur.

Ferme.

Freehold.

Gavelkynd.

Anno 1066. Wilhelmus Dux Normannorum rerum potitus, versus castrum Doveria iter suscepit, ut illud cum cæteris Cantiæ partibus subjugaret. Stigandus itaque Archiepiscopus, & Abbas Egelsinus, quasi totius Cantiæ majores, & domini, animadvertentes ubi in Anglia antea nullus fuerat servus, jam omnes etiam Nobiles servituti Normannorum subditos, populum universum Cantianum congregarunt, quibus exposuerunt imminentia pericula, Normannorum insolentiam, & servilis conditionis angustiam. Qui cum decrevissent potius mori, quam servitutis jugum subire, statuitur Duci occurrere, & pro patriis legibus dimicare. Facti sunt Duces archiepiscopus & Abbas, dieque dicto universus populus apud Swanescombe convenit, latitantes in Sylvis adventum Ducis expectant, statuuntq; ramos arborum in manibus portantes præcludere undique

Vitæ Spottus regnante Edovardo primo.

vias

vias Duci, & circumvenire. Postridiè Dux juxta *Swanescombe* transiens, sese animadvertit circumseptum quasi nemore paulatim undiq; appropinquante, non sine consternatione. Cantiani vero statim abjectis ramis ad Buccinæ sonitum arma præferunt, Missique sunt ad Ducem Archiepiscopus & Abbas, qui hæc dixerunt. Ecce domine Dux populus Cantiæ tibi obviã procedit, te tanquam ligeum Dominum suum recepturi, ea conditione, ut populus universus Cantianus in perpetuum avita gaudeat libertate, avitisq; fruatur legibus, alioqui tibi è vestigio bellum indicunt, parati hic potius omnes occumbere, quam servitutis jugum pati, & ab avitis legibus recedere. Dux in arcto positus, petita non tam libẽter quam sapienter concessit. Datis igitur utrinq; obsidibus, Cantiani lætos Normannos Rofecestriam deducunt, & comitatum Cantiæ, cum castro Doverensi eis tradunt. Sicq; antiqua libertas Anglorum, patriæq; leges in sola Cantia industria Stigandi & Egelsini usq; ad hæc tempora remanserũt. *Hactenus ille. Ego verò in hoc uno lectori verba dari facile non patiar, nam quod nondum id temporis servitutem introductam asserit, ego verè affirmare possum servos fuisse in Anglia complures: id quod vel me conticente leges ipsæ enunciabunt. Num verò in Cantianis tum tẽporis fuerint servilis conditionis homines, aut nunc sint, non affirmaverim; legi sanè, non fuisse unquam.*

Thanus, *Saxonicè*, ðeȝn, à ðenian *ductũ, quod alicui ministrare, atq; ad voluntatem nutumq; ejus totum se accõmodare significat. Est tamen* Thanus, *ei qui servitutem servit è regione contrarius, is enim* ðeop, à ðeopian, *quod est servire, dicebatur.* Thani *autem appellatione*, viri *interdum* nobiles, *interdum* liberæ conditionis homines, *interdum* magistratus, *atq; sæpenumero* ministri *notantur. Atq; hinc est, quod coronatæ plumæ insignia principis, Saxonicis vocibus titulũ præferant*

Ic Dien. Ic Dien, *sed corrupte (pace fecialium dixerim) pro* Ic ðen, *transfixa prima parte literæ* D. *virgula ad hunc modũ,* Đ, *ut sit* Ic Đen *quod idem sonat atq;* Ic ðeȝn, *id est, ego famulus, & minister sum: Hares namq; (ut inquit apostolus) dum puer est nihil differt à servo. Sed eã fortasse principes nostri inscriptionem à Belgis mutuati sunt. Illi enim etiam nunc pro* Ic ðen, Ic dien *loquuntur. Testis est Hector Boetius, rerum in Scotia gestarum Scriptor haud imperitus, Malcolmum Regem* Thanos *suos titulo Comitũ honestasse. Atq; ego non semel me legisse memini, eos esse qui post adventũ Normannorum* Virrones *& Barones dicebantur. Habebant enim* Thani *liberas quasdam jurisdictiones, quas vel hodie* courtz Barons *appellamus.*

Court Baron.

Thrimsa, à ðpeo, *quod tria sonat efficitũ. Est igitur Thrimsa trium solidorum nummus.*

Turma, Saxonicè hloþe, *Vocabulũ à* hlýde *quod tumultũ sonat deductum. Est quidẽ* hloþ *hominum manus ad rapinam parata, manipulus furum. Ego quod ad Romanam Turmã quæ ex 32. constabat militibus proximè accederet, turmã verti. Id si cui minus arriserit, cohortem dicat.* Route.

Via vetelingiana, *Saxonicè* pæðlinȝaȝpæð. *Visum est interpretationis loco verba* Ranulfi Higden *subjicere, ea autem in suo (quod Polychronicon inscriptum est) opere, ad hunc modũ reperies.* Statuit Molmutius rex Brytonum 23. & primus eorum legifer, ut aratra, templa, viæq; ad Civitates ducentes, immunitate confugii gauderent. Verũ quia succedente tempore de viis, (cum non essent certis limitibus distinctæ) orta esset dissensio, Belinus rex, filius prædicti Molmutii, ad subducendum omne ambiguum, 4. regales vias omni privilegio munitas per insulam sterni fecit: *fossam* scilicet, *Watlingstrete, Erningstrete, & Ikeneldstrete.* Et mox sequitur. Secunda via dicitur Watlingstrete; tendens ab Euro austro in Zephirum septemtrionalẽ. Incipit enim à Dovorio, trãsiens per medium Cantiæ ultra Thamesim juxta London (*hinc fortasse platea Londinẽsi nomen inditum Watlingstrete*) inde per Sanctum Albanum, Dunstapliam, & per Lilburn usq; ad montem Wrekene, deinde transcendit *Sabrinam* fluvium, tendit ad Stretton, & inde per medium *Walliæ* usq; ad *Cærdigan*, & in mari Hybernico terminatur. *Hæc ille.* Watling-strete.

Virgata terræ Saxonicè ȝýpolandeȝ, *nunc vulgo* Yardland, *fundi mensura pro ratione loci diversa, nonnullis enim in locis ex 20, aliis ex 24, aliis ex. 30. constat acris.* Yard land.

Usa *Saxonicè* uȝe, *Lelandus Isim appellat, Fluvius est in mediterranea Angliæ regione. Oritur prope* Stanes, *petitq; villas Buckingham, Newport, Bedford, Huntingdon, atque* Granta *flumine auctus,* Lyn *oppidum alluit, ac tandem Oceano se committit.* Ouse fl.

Wallus Saxonicè ȝealh, *id est, externus, vel peregrinus. Ita enim quadringentis ferè abhinc annis interpretatus est* Sylvester Gyraldus *in sua Walliæ Topographia.* Wallia (inquit) non à Wallone Duce, aut Wendoloena regina, sed à Barbarica potius nuncupatione nomen accepit. Saxones enim regno occupato Brytannico, quoniam lingua sua extraneum omnem ȝealh vocant, gentes has sibi extraneas *Wallenses* vocabant, & regionem *Walliam.* Hactenus Gyraldus. *Cæterum cum Brytannorum (qui post amissam patriam cædibus superfuerant) pars in Walliam, pars in Cornubiam se receperant; Saxones hos quidem* cornȝealaȝ, *illos verò diverso nomine* Bryðȝealaȝ *appellabant.* Wellshmẽ.

Lectori.

LECTORI.

MOliente Typographo novam hujus operis editionem, rogabar, ut si quid haberem, adderem: Sed non occurrebat pro tempore, & quibus jam premor angustiis, quicquam præter verba quædam harum legum obscura, in antiquo codice olim Monasterii S^ti^ Augustini Cantuar. manu circa tempora *Edwardi* tertii exarato Glossata, et uti videbis aliqua ex parte interpretatione adhuc carentia; cui quidem defectui mederi pro viribus studuissem, nisi doctorum consortio jam destitutus, & librorum penuriâ laborans ei operi imparem me vidissem. Admonendus tamen es quòd deprehendi Characterem ꝑ, modò denotare *th*, modò verò *w*; ex insciția fortasse scriptoris non animadvertentis differentiam inter Saxonicum *p*, et ꝑ: expressi igitur quod verisimilius duxi, et codicis figuram in margine connotavi.

Verba

Verba Anglica obscura & Glossata excerpta de Legibus regum Angliæ, Videlicet *Cnuti, Aluredi, Inæ, Ethelstani, Eluredi, & Godrini, Edwardi, Edmundi, Ethelredi.*

A

A Ebere morder *apertum murdrum.*
Aegild *insolutus.*
Aesne *inops.*
* Agenfriga *liber in cujus* *invenitur.*
* Athteswan *servus porcarius.*
Aldermannus *Comes vel senior.*
Anfealp Tihtle *simplex accusatio. L. E.*
Angild.
Ath *juramentum.*

* Agefrida, verus dominus, merus possessor. Spelm.
* Ahte span.
Ap.

B

Belflys *Timpani Vellus.*
Benripe *ad preces.*
Benryrden *alias* Benyrden *Aratura precium.*
Biscoppes Land *Terra Episcopalis.*
Berebrectus *Horrearius.*
Bernet *incendium.*
Bockland *Terra Testamentalis.*
Bonda *Paterfamilias.*
Brede *figmentum.*
Bredguna *Sponsus.*
Briggebota *pontium emendatio.*
* Byswike.
Burck bota *civitatum emendatio.*
Butan Cwk *sine electione.*

*Byspike
Butæcpk.

C

Cacepellus.
